Tractatus De Mercatura

Universidad de Deusto
Biblioteca

de
Mercatura

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

J. C. Cairney

J. C. Cairney

Dello Stess. Straccas;
De mercatura, cambiis, sponsionibus, creditoribus,
fideiussoribus, debitoribus, decoctoribus et praetoribus
variis. Amstelodami, 1669 in fol. = Raro.
(Cat. Loescher, N. 12 - n. 33 del 1881.)

Bilbao

~~34772~~ 0

Universidad de Deusto
Biblioteca
UNIVERSIDAD DE DEUSTO - BIBLIOTECA
179727

# CLARISSIMI IVRISCONSVLTI

BENVENVTI STRACCHÆ PATRITII ANCONITANI

DE MERCATVRA, SEV MERCATORE TRACTATVS.



VENETIIS. M. D. LIII.

CVM PRIVILEGIO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## Ad lectorem Ambroſius Nicander Toletanus.

*Sunt hæc ciuilis diuina oracula iuris,*
*Et noua, quæ doctus uir tibi Straccha dedit.*

## Eiuſdem Ambroſii Nicandri de caſticon.

*Mercator, nauis, decoctor, ſponſio iura*
*Quæ ſibi depoſcunt prompta libellus habet.*
*Hæc olim à iuriſconſultis facta fuerunt*
*Sparſa ſed, & uarijs mixta uoluminibus*
*Quæ modo digeſſit docta compage Venetus*
*Straccha, honor Anconæ, & gloria rara fori*
*Addidit & multa antiquis ignota, ſuopte,*
*Marte inuenta, uetus quæ ſibi ius cupiat.*
*Ergo alijs iuris tam præſtat uatibus ille*
*Quàm qui multorum munera ſolus obit.*

## *Benuenutus Straccha Anconitanus.* *S. P. Q. Anconitano.*

## S. P. D.

NOVI *iamdudum maioris noſtros ad mercaturam, ipſosq; mercatores uarias & diuerſas leges pertinentes tuliſſe, ſtuduiſſeq; ciues creari, qui leges ipſas tuerentur, & exequi omni cura ſtudio, atque diligentia curarent. Vidiq; extraneos et quidem non obſcuros, uiros qui ciuitatem Anconitanam frequentant, plerunque admirari tot tantisq; ſacratiſſimis legibus ciuitatem noſtram gubernari: & ſcio uarias & diuerſas gentes, leges noſtras deſideraſſe. Vt tamen Solonem de parricidijs legem non tuliſſe, ſapientiſſimi uiri ſunt admirati, ſic ego in decoctoribus, & decoctionibus ius proprium conſtitutum non fuiſſe, non ſemel ſum admiratus, & unam rem ex alia (ita ut fit ubi animus eſt in dubio) egomet mecum cogitans in cauſa fuiſſe putaui, quòd hominum malitia excreuerit, & decoctores (peſſimum genus hominum) quodammodo in ciuitate noſtra, ſiue hominum probitate, ſiue penæ formidine antea fuerint incogniti: Itaque patres ampliſſimi tractatum hunc (quem de Mercatura & Mercatore inſcripſi) uobis dedicandum putaui, ut ſi quid boni excogitaſſem, uel ex diuerſarum ciuitatum legibus retuliſſem, legibus comprehendatis atq; firmetis. Quamobrem nunc Iul. iij. Pontifi. Maxi. Diui Petri*

Universidad de Deusto
Biblioteca

*locum tenente, magis idoneum tempus nacti quam unquam antea. Is enim (quæ ſua eſt humanitas) ſubditos omnes & præcipue Anconitanos diligere, atque complecti apertiſſimis argumentis demonſtrauit, uos hortor & moneo & antiquas leges obſeruari procuretis, & ſi quid à Benuenuto Straccha in materia mercaturæ, dictum relatum, excogitatumq; fuerit quod ad forenſes controuerſias, remouendum pertineat ueteribus legibus addatis. Hoc mihi credite nihil ad litium expenſas euitandas aptius. Nihil ad conſeruandam amplificandamq; rempub. noſtram utilius, nihil denique ad omnium popularium ſalutem, & melius & antiquius fieri excogitariq; poteſt.*

*Valete.*

# TABVLA ALPHABETICA GENERALIS OMNIVM RERVM, ET MATERIARVM IN TOTO VOLVMINE TRACTATARVM.

## De litera. A.

Actus mixtus, & compoſitus ex duobus ſimplicibus ab altero ex illis ſimplicibus denominandus eſt, quē facere intendit ille qui mixtū actum agit in prima parte principalis tractatus. nu. 50. car. 14
Artificium omne incrementum recipit, & omnes naturæ ſcire deſideramus in prima parte principalis tractatus. nu. 70 car. 21
Argumentum à ſolitis in iure fortiſſimum: in ſecunda parte principalis tractatus. nu. 29 car. 37
Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur ubi legum correctio, uel prauus intellectus ſequitur, et quædam alia: in ſecunda parte principalis tractatus. nu. 45 car. 41
Aduerſaria quæ ſint, & quid codex, et quare appelletur codex: in ſecūda parte principalis tractatus. nu. 51 car. 42
Actio publiciana contra eū qui titulo poſſidet non datur, & quare: in ſecunda parte principalis tractatus. nu. 84 car. 50
Actor ſi probat merces ſuo proprio ſigno ſignatas: item, & ſe ſignaſſe reus uero titulum, quod ſit locus abſolutioni in ſecunda parte principalis tractatus. nu. 85 car. 50
Actor ſi probat merces ſuo ſigno ſignatas, & ſe ſubſignaſſe, quod plene nō dicatur probaſſe, et an iuramentū in ſupplementum defferri poſſit nec ne in ſecūda parte principalis tractatus. nu. 86 car. 50
Arma an liceat facere uel uendere priuatis, in quarta parte principalis tractatus. nu. 10 car. 67
Aurum pro mancipijs aut quibuſcunq; ſpecie. ad Barbaros transferre non poſſumus, idem in argento: in quarta parte principalis tractatus. nu. 15 car. 68
Animalia ad Barbaricum ſolum transferre uetamus, & ibidem de prohibitione equorum militarium in regno Siciliæ, & Aſturconum

Universidad de Deusto Biblioteca

in regno Hyſpaniæ in quarta parte principalis tractatus. numero 16 car.68

Arbores ex luco daphnes ſicomorum, uel cupreſſos ex luco perſeidos emere uetamur: in quarta par. principalis tractatus. nu.42. ca.74

Adagia ſeu prouerbia illa in folle offerre, et in folle merces non emendas declarantur in titulo de contractibus mercatorum. nume.12. car. 81.

Actio ad pœnam competit etiam ſi nihil ſtipulatoris interſit, ſi contrauentum fuerit, quid in curia mercatorum diſputatur, in titul. de contractib. mercatorum. nu. 21 car.83

Argumentatio, ex diuerſitate nominum, quod ſit fallax, & non ſemper procedat, idque exemplis declarat in tractatu ſponſionum in ea parte in qua queſtiones ſubijciuntur uerſiculo item quæritur Alexander. nu.9 car.116

Appellari an poſſit a ſententia fortunæ in tractatu ſponſionum in ea parte in qua quæſtiones tractantur uerſi. quæro igitur. numero.3. car.118.

Ambiguæ cauſæ benigno atque naturalis iuris moderamine temperandæ ſunt: in tractatu ſponſionum, in ea parte in quo quæſtiones tractantur uerſiculo quæro igitur. nu.5 car.118

Archigubernius claſſis præfectus dicitur: in tractatu de nautis in prima parte. nu.4 car.125

Anconitani ciues non debent ſinere piſcatores polyporum temperate extra diui clementis ſcapulos luminib. piſcari, ne nauigantes decipiantur: in tertia parte tractatus de nautis. nu.36 car.134

Anconæ laudes: in tertia parte tractatus de nautis. nu.38 car.134

Anconitani ciues qui imaginarias emptiones pecudum forenſium faciunt, ut a publicis oneribus ſubtrahant damnantur, & quod pecudes ſint publicandæ: in ſecunda parte tractatus de nauis. numero.4 carte 126

Actio utilis in eum qui naui præpoſitus ſit competit ſi de naui deiectum quid ſit in ultima parte tractatus de nauis. nu.4 car.144

Aggeres ſe aliæ munitiones in fluminib. an liceat facere quando curſus aquæ immutatur. in tractatu de nauigatione. nu.10 car.166

Autoritas ſuperioris liberat a periurio, & à pœna quomodo in tractatu de nauigatione. nu.22 car.170

Argumentum à ſolitis eſt optimum, & naturali ratione conſonum: in tertia parte tractatus de conturbatoribus ſiue decoctoribus. numero.20 car.180

Animos alicuius ubi ad bonum, et malum uerti poteſt ſecundum qualitatem perſonæ iudicandus eſt: in ſecunda parte ultimæ partis tractatus de decoctorib. nu.19 car.180

Actus ubi eſt in differens ad bonum, et malum, et neminem cadit præſumitur potius bonus quam malus: in ſecunda parte ultimæ partis tractatus de decoctorib. nu.22 car.181

Animus occultandi tunc præſumitur quando ſic occultatur, ut nemini pateat ſecus ſi pateat bono uiro: in ſecunda parte ultimæ partis tractatus de decoctoribus. nu.23. car.181

Apices iuris qui dicātur: in prima particula ultimæ partis principalis tractatus. nu.5. & ſeq. car.246

Actiones pœnales deſcendentes ex ſtatutis ducum comitum & Marchionum annales ſunt, quando ciuiliter inſtituuntur, ſecus ſi criminaliter: in prima particula ultimæ partis principalis tractatus: nume.52. car.257

Actor habet actionem agendi contra mercatorem coram conſulibus, uel coram ordinario, nec reus habet priuilegium petendi ſe remittī ad conſules in ſecunda particula ultimæ partis principalis tractatus. nu.8. car.269

Actio acquiritur abſenti & ignoranti ex numeratione pecuniæ ſuo nomine facta etiam ſi pecunia fuerit aliena: in tertia particula ultimæ parti principalis tactatus. nu.17. car.271

De litera. B

Bona delinquentis ſunt tacite obligatæ, ad ſatisfactionem de iure pontificio & quomodo procedat in ſecunda parte tractatus de nauibus. nu.17. car.177

Baldi laudes, in tertia parte tractatus de decoctoribus. nu.1. & numero. 21. car.182

Breuitate temporis fraudandi animus dignoſcitur: in tertia parte tractatus de decoctoribus. nu.32. car.183

Baldi laudes. in ſecunda parte ultimæ partis tractatus de decoctoribus. nu.1. car.122

Banchum uulgare uerbum quam interpretationem habeat, in ultima parte ultimæ partis tractatus de decoctoribus. numero. 27. car.240.

Universidad de Deusto Biblioteca



Communis uſus loquendi probare debet, tempore diſpoſitionis & legis fuiſſe alias probatio non concludit : in prima parte principalis tractatus.nu.15. car.7

Clericis licet emere rudem aliquam materiam, ut inde aliquod artificium faciant, ſi eis ſua non ſufficiunt, & tunc lucrum non acquiritur ex negociatione, ſed ex artificio: in prima parte principalis tractatus.nu 53. car.15.

Compromiſſum ſi eſt factum in duos arbitros, quorum alter eſt clericus alter laicus reductio ad arbitrium boni uiri, petenda eſt coram iudice eccleſiaſtico: in prima parte principalis tractatus. numero.54. car.15

Campſores an contineatur mercatoris appellatione : in prima parte principalis tractatus.nu. 67. car.20

Collibus quid ſignificet: in prima parte principalis tractatus.nu.68. car. 20.

Commercium quid ſignificet : in prima parte principalis tractatus. nume 94. car.27

Corporum tria ſunt genera: in prima parte principalis tractatus.numero 93. car.28

Certare cum uſuris fructibus prædiorum ſtultiſſimum eſt, & declaratur Cic. locus & admonentur ciues Anconitam ne faciant : in ſecunda parte principalis tractatus.nu.30. car.37.

Commercium eſt regulariter inter Chriſtianos & Iudæos fallit in quibuſdam caſibus enumeratis: in ſecunda parte principalis tractatus.nu.50. car.42

Codex rationum mercatorum ut more proborum mercatorum inſtitutus & conſcriptus dicatur, que requirantur: in ſecunda parte principalis tractatus nu.52. car.42

Codex rationum debet habere inſcriptionem, & ex ea ſumitur argumentum mercaturam communi nomine factam : in eadem parte ut ſupra.nu.53. car.42

Calculatores qui inter partes dantur notionem habent, & ex ſimplici datione uidendi rationes & calculandi poteſtas iudicandi data cenſetur: in parte ſupradicta.nu 67. car.45

Conſuetudini quod res ex ſignis demonſtretur ac probetur an ſtari debeat in ſecunda parte principalis tractatus.nu.88. car.51

Cognitis his qui mercaturam facere non poſſunt : cognoſcuntur qui poſſunt in tertia parte principalis tractatus.nu.1 car.57

Clerici mercaturam facere non poſſunt.in eadem parte.nu. 4 & declaratur in ſequentib. numeris. car.57

Clericis ex iuxta cauſa licet rem emere, ut inde aliquid operentur, & rem mutata forma diſtrahant: in eadem parte. nu.5 car.58

Clericus emens ligna ſeu cementa, ut in domo ſacerdotij edificet, ſi mutato conſilio clericus uenderet non in probatur in eadem parte numero.6 car.58

Clerici, quod ex mercatura ſuperlucrati ſunt pauperib. erogare tenentur & ſi non fecerint an in ſtatu damnationis eſſe cenſeantur : in eadem parte.nu.7 car.58

Clerici in his quæ negociationis cauſa defferunt immunitate non potiuntur in eadem parte:nu.8 car.58

Clerici negociatores fori priuilegium perdunt, quod quomodo procedat, declaratur: in eadem parte.nu.9 car.58

Contractus minoris cum curatore uel sine iuramento confirmatur: in eadem parte. nu.32 car.64

Capitalis pœna que imponitur defferentib. prohibita ad hoſtes quæ sit in quarta parte principalis tractatus. nu.18 car.68

Capitalis pœna ubi declaratur a lege ſtandum eſt declarationi. et quo modo conſtare dicatur de mente legis: in eadem parte.nu.19 ca.69

Capitalis pœne in ſeruo intelligitur de morte, ut perſone conueniat: in eadem parte.nu.20 car.70

Capitali pœne ubi, à lege adijcitur bonorum proſcrptio intelligitur de morte in eadem parte.nu.21 car.70

Capitalis pœna in dubio intelligitur de exilio in eadem parte numero.22 car.70

Conſuetudo eſt optima legum interpres.in tertia parte tractatus de ſponſionib nu.6 car 110

Conditionis euentus habetur pro cauſa: in quarta parte tractatus de sponsionibus.nu.21 car.111

Caſum aduerſamque fortunam liberi hominis expectare neque ciuile neque naturale eſt in eadem parte.nu.3.ea.q. car.111

Contractus, a conſuetudine approbati pro legitimis habendi ſunt et a conſuetudine formentum recipiunt: in eadem parte nu.6.ead. q.eo.tractatu. car.ead.

Caſus fortune reddit licitum id quod alias reprobatur. nume.2 q.4.

Universidad de Deusto Biblioteca

eod.trac. car.113
Conuentio illa frequens inter mercatores ſuper mercium aſſecuratione aliquo dato uel promiſſo tenet & ibidem de actione.nu.1.q.8.eodem tractatu. car.114
Communi uſui loquendi ſtandum eſt.nu.7.q.10.eo.tra. car.115
Conſuetudo mala nomen conſuetudinis perdit, & dicitur uſurpatio & non eſt admittenda,ubi eſt contra naturalem æquitatem.nu.7.q.13 eod trac. car.119
Crimen ſtellionatus obiici poteſt is qui ſcientes conditionem in ſponſionem deductam dolo malo ad ſponſionem aliquem inducunt:nume.4.q.14.eo.trac. car.119
Captatio uerborum quod admittatur in ſponſione. ſecundum Alciatum quem improbat ex pluribus numero.2 q.16.eo tra. car.121
Captiones equitatibus et bone fidei contrarie ſunt, & captioſos modos lex improbat.nu.3.q.16.eo.tra. car.121
Clauſula omni meliori modo facit, ut et in his que tradita ſunt pro forma actus ſuſtineatur eo modo quo poteſt:in titulo mandati.nume.15. car.91
Collibus dicitur pecunie permutatio ac detrimentum, quod in permutatis pecuniis aſſolet fieri:in eod.ti.nu.22. car.92
Clauſula illa in mandatis ſolita adiici prout uiderit expedire, uel ſimilis ad arbitrium boni uiri refertur, & an excludat probationem & queſtionem inferius:in eo.ti.nu.32.& ſeq. car.94
Culpa nominatim obiici & probari oportere & plura exempla ſubiicit:in eod.ti.nu.40. car.97
Clauſula in aſſecurationibus adiici conſueta de non transferendo merces ex una naui in aliam declaratur:in eo.ti.nu.43. car.98
Clauſula ſolita adiici in mandatis in negocio quos nobis expedire uidebitur.ſeu utile uiſum fuerit peragetis, quod uerba reduci debeãt ad arbitrium boni uiri,& conſequenter cenſeatur remiſſa culpa:in eo.ti.nu.44 car.99
Conſuetudo mercatorum quod aliena gerentes negocia nomine proprio expediant,declaratur relatiue:in eo.ti.nu.47. car.99
Culpe annumeratur naute ſi nauiget uetito tempore, quod hodie ex conſuetudine nõ ſeruetur, & quod ſit tempus uetitum:in ter.par. tractatus de nautis nu.1. car.129
Culpe reus es nauta ſi aduerſo tempore nauiget:in ead parte & tractatu.nu.2. car.129
Culpæ nautæ aſcribitur qui recta nauigatione contempta littora deuia ſectatur:niſi iuſta de cauſa rectam nauigationem non ſeruaret, & cauſe enumerantur.in ea par.& trac.nu.6. car.130
Culpæ nautæ arguitur ſi nauis minus idoneis hominibus commiſſa eſt in ead.par & trac nu.13. car.131
Culpa non caret nauta ſi per loca notorie non tuta nauigare uoluerit:in ead.par.& trac.nu.15. car.135
Culparum genera ueniunt ſecundum genera contractuum,in ead.par.& tra.nu.17. car.132
Culpæ nautæ tribuendum eſt, qui cum per lacunas abſque periculo nauigare poteſt ſpreta tuta nauigatione mari proficiſcitur. in eod.loco nu.19. car.133
Culpa ubi agendo uel excipiendo obiicitur uagandum non eſt,ſed certa deſignari debet,in quarta parte tractatus de nautis numero.1. car.139.
Culpa quomodo deducenda, & probanda ſit,in eodem loco:nume.2. car.139.
Culpa tunc afficit cum caſus propter illam euenit,qui alios non eueniſſet:in eo.loco.nu.3 car.139
Contractus, a conſuetudine contrahentium & loci interpretationẽ recipiunt,& an ſubſtantialia ſuppleãtur a conſuetudine: in tertia parte tractatus de naui.nu.9. car.157
Conducens fundum aut domum penſione certa non conſtituta, quod debeatur penſio ſecundum preteritam conſuetudinẽ:in eodem loco.nume.10. car.157
Caſus ex qua parte euenerit in promiſſione puta diſtinguitur,non in conditionali in eodem loco.nu.20. car.159
Conducens mulierem uehenda naui quod uectura non debeatur, pro infante in naui nato:in eod loco.nu.22. car.159
Cato pro tribus rebus per omnem uitam pœnitentiam egiſſe dicitur, ſi quod arcanum mulieri crediidiſſet, ſi per aquam traieciſſet quo poterat terra proficiſci,ſi aliquis dies per incuriam ſine ſtudio tranſiſſet in tractatu de nauigatione.nu.3. car.167
Ciuitas Perusina poteſt ſtatuere quod aliquibus liceat nauigare per lacum Perusinum,& aliquibus nõ liceat in eo.loco. nu.7.car.166.
Commeatum & remeatum pro unica nauigatione accipi debere:eo.in loco.nu.16. car.168
Condemnatus ad conficiendum quaſdam literas ſtatim & incon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinenti ita quod pro primo paſſagio transmitti poſſint alias ad centum an in mora per requiſitionem cenſeatur conſtitutus, uel ſit neceſſe, ut ſit paſſagium eod. in loco. nu. 18. car. 163
Conſuetudo nautica ſpectanda eſt, dummodo à lege non reprobetur: eod. in loco nu. 24. car 170
Conturbare ſimpliciter uel pleniori locutione conturbare rationes uel fortunas idem eſt quod de quoq; re: in prima parte tractatus de decoctoribus nu. 3 car. 173
Cautela pro filiofamilias qui uult carcerem euitare: in tertia parte tractatus de decoctoribus. nu. 12. car 180
Contra decoctores omnis coniectura creſcit, & coniectura ac preſumptiones habentur pro legitimis probationibus eodem in loco. nume. 39. car. 184
Creditores in pecunia decoctorum, aliud pro alio accipere non ſunt regulariter compellendi: eod. in loco. nu. 43. car. 185
Creditores si omnium bonorum decoctoris poſſeſſionem apprehendũt non tamen ex hoc decoctores ſunt liberati, niſi ſequatur datio in ſolutum: in eod. loco. nu. 45. car. 185
Creditor qui elegit uiam realem ad perſonalem poteſt redire, & ecõtra: eod. in loco. nu. 46. car. 185
Contrahens uel aliquid gerens per ignorantiam cum procuratore decocto. ſeu inſtitore quod teneat quod geſtum eſt, & dominus obligetur: eodem in loco. nu. 52. car. 186
Creditor habet pignoris perſecutionem in bonis decoctoris ante diem: eodem in loco. nu. 55. car. 187
Cedens debitorem si is non ſoluendo ſit, uel poſtea efficiatur ceſſi nominis periculum ad quam pertineat declaratur. in quinta parte de decoctoribus. nu 4. car. 196
Coniunctum facta coniuncti ignorare non eſt uerisimile: eod. in loco nume. 7 car. 198
Creditores remittentes partem debiti decoctoribus reſiduũ conſequãtur, quod remiſerunt cõditione ob turpem cauſam poſſunt repetere & plene diſputatur, in ſexta parte tractatus de decoctoribus. numero. 1. car. 202
Creditores numero plures cõcurrentibus requiſitis poſſunt partem debiti remittere, ſolidum autẽ non poſſunt: eo. in loco. nu. 12. car. 207
Creditores si hereditati Titij debitoris Seium elegerũt & conuenerũt quod contra ſempronium, qui & creditor erat, & in conuentione interuenerat nullo modo procedi poſſit, ex cauſa cuiuſdam arbitrij lati inter quondam Titium & ſempronium, si deceſſerit Seius curator num creditores alium curatorem conſtituere compelli poſſint, & num poſſint agere aduerſus ſempronium uigore dicti laudi plene diſputatur: eod. in loco. nu. 24. car. 211
Contra mercatorem qui fortune uitio decoxit procedendum eſt ciuiliter omni corporali cruciatu remoto: in prima parte ultime partis tractatus de decoctorib. nu. 3 car. 214
Creditores bona debitoris qui foro ceſsit inter ſe diuidere non poſſũt tanquam domini eodem in loco. nu. 4 car. 214
Creditores ubi decoctor eſt preſens poſſunt in unum conuenire et curatorem bonorum eligere per quem bona diſtrahantur, & poſſunt pretorẽ adire, qui ex cõſenſu maioris partis eorum conſtituat: eod. in loco. nu. 6 car. 214
Curatoris bonis decoctoris conſtituti, quod ſit officium: in eodem in loco. nu. 7. car. 214
Creditores decoctorum poſſunt ante diem pignori incumbere: eodem in loco. nu. 12 car 215
Creditores ſecuta decoctione debitoris bonorum deſcriptionem fieri impetrare poſſunt et circa libros et ſcripturas admonentur creditores: eodem in loco. nu 14 car. 215
Creditores poſſunt impetrare, a iudice proclama fieri, ut manifeſtentur res decoctoris ſub pœna et de forma proclamatis, et aliis ad id pertinentibus: eodem in loco. nu. 15 car. 216
Creditorib. quomodo ſit conſulendum mortuo decoctore: eodem in loco. nu. 16 car. 216
Creditores poſſunt impetrare ſeparationem bonorum, si forte decoctoris heres ſoluendo non ſit: eod. in loco. nu. 18 car. 217
Creditores aliqui decoctoris si ab omnib. creditoribus ſunt conſtituti procuratores cum pleno mandato, et liberationem decoctori fecerint, an proprio, et procuratorio nomine liberationem feciſſe cenſeantur: eodem in loco. nu. 25 car. 219
Conſilium ad malum an preſumatur datum ex colloquio in ſecunda parte ultime partis tractatus de decoctoribus. numero. 2. car. 223
Codices rationum decoctoris poſſunt mercatores iidemque creditores pœnes ſidem perſonam deponere et dicuntur quo ad proprietatem, ipſorum mercatorum in eodem loco. nu. 21 car. 228

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conſulere dicitur qui uerbo ſuadet, et opem preſtare qui delinquenti adminiſtrat, et de conſilio relatiue, eo in loco. nu. 4 car. 223

Conſules maleficium alicui qui alias eſſet facturus num in aliquo ſit puniendus: eod. in loco. nu. 5 car. 223

Conſulere ad fugam an ſit conſulere ad maleficium, et utrum fugere ſit maleficium: eod. in loco. nu. 6 car. 224

Codex rationum an debeat appreciari ſecundum nomina in eis contenta, an materialiter: in eod. loco. nu. 18 car. 227

Cedentes iura debiti ſoluti extraneo, ut contra creditores bona decoctoris defendant falſi crimen non euitant. eodem in loco. numero. 32 car. 231

Creditor ſi inito conſilio cum decoctores obligationis diem immutauerit in fraudem aliorum creditorum, pœna falsi coercetur: eod. in loco. nu. 33 car. 231

Creditor alicuius mercatoris quem nouit iam iam decocturum ſi alij idoneum eſſe falſo affirmauerit, ut pecunia ſibi crederetur ex qua ſibi poſtea ſatisfieri procurauit actione de dolo ab eo qui credidit conueniri poteſt. eod. in loco. nu 35 car. 231

Cautela pro uenditore cum de fide emptoris dubitat, ut in uenditione adijciat rei uendite dominium non intelligi translatum quo ad precium non ſoluetur: in ultima particula ultime partis tractatus de decoctoribus. nu. 7 car. 235

Contrahens cum mercatore non tamen ex eo, quod mercator ſit tacitam habet hyppothecam: eod. in loco. nu. 9 car. 235

Creditores chirogrophariij omnes pro rata uocantur in bonis decoctoris temporis diuerſitate non conſiderata, & de ratione: eod. in loco. nu. 16 car. 237

Creditor anterior generalem hyppothecam habens an poſſet pecuniam ſolutam, et bona fide conſumptam reuocare, a creditore poſteriori: eodem in loco. nu. 29 car. 240

Creditor, a mercatore qui decoxit ſi ſibi uult ſatisfieri debet preſtare cautionem ſe pro rata refuſurum ſi alij emerſerint creditores ſecus in alijs actionib. que ratione negociationis non dantur ſatisfieri enim debet his, qui primi ueniunt: eod. in loco. nu. 34. car. 241

Cautio preſtita a creditore in exactione facit ut uigilando ſuam conditionem meliorem non feciſſe dicatur. eod. in loco, nu. 35 car. 241

Collegia mercatorum, quod poſſint ſibi ius proprium conſtituere, et in quibus: in prima particula ultime partis principalis tractatus, nu. 8. & ſeq. nu. & nu. 15. & ſeq. car. 247

Conſtitutio que de uno iudice loquitur et in alio locum habet: eod. in loco. nu. 13. car. 249

Clericus heres mercatoris quod non poſſit coram conſulibus mercatorum ex negocio mercature, à defuncto geſto conueniri & quare: eodem in loco. nu. 45. car. 255

Conſtitutione Florentina qua officialibus mercature in quibuſdam iurisditio tantum tribuitur, num cenſeatur adempta iurisditio ordinari: eod. in loco. nu. 46. car. 255

Curia nomen quod ſignificet relatiue: eodem in loco. numero. 54. car. 256.

Collegium mercatorum poteſt iudicem eligere cuius iurisditionem declinare nequeunt, et quomodo creandus ſit: in ſecunda parte ultime partis principalis tractatus: nu. 1. car. 259

Collegium mercatorum poteſt plures etiam iudices ſeu cōſules eligere, non tantum ſeorſum quilibet adiri poteſt: eo. in loco. nu. 2. car. 259.

Conſules tres ſi inceperunt et unus eorum abeſt, quartus poteſt ſupplere uices illius abſentis, et quod in extra iudicialibus uerbi gratia ſi plures eligantur ad uendendum gabellas Florentie: eod. in loco nume. 4. car. 259

Conſules electi, à collegio mercatorum ordinariam habent iurisditionem, et ſi tanquam ſuſpecti recuſati fuerint, idem in his quod in ordinarijs eſt dicendum: eod. in loco. nu. 5. car. 260

Conſules electi a collegio mercatorum quod iurisdictionem poſſint exercere abſq; confirmatione: eod. in loco. nu. 6. car. 260

Conſules licet habeant iurisdictionem inter ipſos mercatores non propterea cenſetur adempta ordinario loci iurisditio. quando imo et ipſi mercatores et conſules ordinarijs iudicibus ſubiiciuntur: eod. in loco. nu. 7. car. 260

Conſulis ex longa et antiquata conſuetudine extra negocium mercature cauſas poſſunt cognoſcere: eodem in loco nu. 10. car. 260

Conſules mercatorum cognoſcunt in his, que ex mercatura ueniunt, ideſt annexis et connexis ut puta pœnis: eo. in loco. nu. 2. car. 260

Conſules mercatorum non cognoſcunt inter ipſos mercatores in his que ſunt extra mercaturam, uerbi gratia ſuper uenditione domus: eodem in loco. nu. 12. car. 26

Conſules cauſas collegij mercatorum poſſunt cognoſcere, ſi a mercatura proficiſcantur. eodem in loco. nu. 13. car. 261

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clericus mercaturam exercens quod mercaturæ cauſa coram conſulibus conueniri poſsit, quia non ut clericus ſed, ut mercator conuenitur, & idem iuris eſt in milite. eod. in loco. nu. 17 car. 262

Contrahens certo loco cum mercatore qui habet bona in diuerſis locis non poſsit petere in alio loco ſibi ſatis fieri eod. in loco. nu. 25. car. 264.

Conſules qua ætate creari poſſunt eod. in. loco. nu. 30 car. 263

Conſules electi iurant, et de forma relatiue, & quod in iuramento intelligatur exceptum ius ſuperioris: eod in loco. nu. 31 car. 265

Conſules mercatorum qui iurant ſeruare ſtatuta, a collegio facta nũ obligentur ad periurium, ſi non ſeruant ſtatuta, idem quod ius commune diſponentia eod. in loco nu. 32 car. 265

Conſules mercatorum quod poſsint per edicta citare ſi præponantur edicta in foribus auditorij eorum quia habent pretorium: eodem in loco. nu. 33 car. 266

Conſules mercatorum a collegio creati an reuocari ſeu reprobari ab eorum collegio poſsint ante finitum officium: eodem in loco. numero 34 car. 266

Collegium mercatorum quomodo conſtituatur, & quomodo diſſoluatur, & circa id quædam alia relatiue. eod. in loco. nu. 35 car. 266

Conſules mercatorum ſummatim poſſunt et debent procedere in ultima parte principalis tractatus in titulo de exceptionibus. numero 16 car. 278

Comparatio literarum quomodo fiat, et in quo caſu, & de comparatione multa in ultima parte principalis tractatus in tit. de probationib. nu. 9 et ſeq. car. 281

Conſuetudo mercatorum, quod credatur teſtibus, quod aliqua ſcriptura ſit manu alicuius quia manum notam habeant, an ualeat: eod. in loco. nu. 12 car. 282

Conſules mercatorum ex arbitrio dato, quod cognoſcant de æquo & bono ſi æquitas iure ſcripta reperiatur licet non in ſpecie, ſed uel in genere uel in ſimili poſſunt de ſimilib. ad ſimilia procedere: in ultima particula principalis tractatus nu. 6 car. 285

Conſules christi fideles eſſe debent quoniam ſine diuino auxilio dubia explicari non poſſunt: eo. in. loco. nu 8 car. 285

Conſules non debent ſe intromittere temporib. aliorum conſulum, et dum res in controuerſia eſt immisſiones in poſſesſionem accelerare non debent eodem in loco. nu. 11 car. 286



Conſules oportet obſeruare conſuetudinem mercatorum, & enumerantur quidam caſus relatiue. eod. in loco. nu 12 car. 286

Conſules curant plerunque, ut mercatores eligant calculatores, unde quædam relatiue. eod. in loco. nu. 13 car. 286

Conſules debent interrogare partes ubi æquitas mouerit in quacũque parte iudicij etiam parte poſtulante, & interrogationum forma religioni eorum committitur eod. in loco. nu. 14 car. 286

Conſules exprimere debent quare probationib. minus legitimis fidem habuerint, uel contra. eod. in loco, nu. 15 car. 286

Conſules tanquam ſpeculum habere debent præ oculis legem ſi me, et Titium, & quaſdam alias leges, & interpretationem bonæ fidei ſemper ſequi. eodem in loco. nu. 16 car. 286

Conſules habere debent præ oculis. c. i. de ſenten. & re iudi. in. 6 & non ſubitas, ſed deliberatione habita in ſcriptis ſententias proferre debent. eod. in loco. nu. 17 car. 287

## De litera D.

Diuiſio intelligentis animum incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificioſe reformat, illuſtremque, & perſpicuam orationem facit, & alia. in prima parte principalis tractatus. numero. 1 car. 4

Diſputatio ubi de aliqua re futura eſt neceſſarium eſt ante deſinire, ut intelligatur id de quo diſputatur. eod. in loco. nu. 2 car. 4

Deſinitio a deſcriptione quomodo differat. eod. in loco. nu. 3 car. 4

Dictio quilibet, declaratur, eod. in loco. nu. 81 car. 23

Dictio aliquis, declaratur, eod. in loco. nu. 86 car. 24

Deceptio, an permittatur in emendis, uendendisque mercimonijs. in ij. parte principalis tracta. nu. 6 car. 32

De ſtatu illius mercatoris maxime dubitandum, qui ære alieno grauatus iam cœperit ſarcinulas componere. eod. in loco. nu. 31. car. 37

Dementes, & minores curatorem habentes mercaturam facere non poſſunt. in tertia parte principalis tract. nu. 19 car. 60

Decoctores, qui in ipſa mercatura fraudis aliquid admiſerunt, mercaturam facere non poſſunt, ſecus ſi fortunæ uitio quis dequoquat. eod. in loco nu. 35 car. 64

Durante bello inter Reges Christianos merces quaſcunque exportare uetamur. in quarta parte prin. tract. nu. 27 car. 71

Universidad de Deusto
Biblioteca

Depoſitarij communis Anconæ pecuniam publicam ad uſus certos deſtinatam in alios transferre non poſſunt: eodem in loco. nume. 38. car. 73.
Decretum tempore penuriæ ne quis frumẽtum uẽdendi negociandiue cauſa emat ualet: eod. in loco. nu. 45 car. 74
Doctoribus aliquid obiter ſeu curſim dicentibus & iuris articulos nõ diſputantibus non eſt admodum habenda fides. in tractatu ſponſionum in ea parte in qua quæſtiones proponuntur uerſiculo quæro igitur. nu. 6 car. 119
Dolus ſi dat cauſam contractui decepto conſulitur, etiam ſi deceptio ſit intra dimidiam; in eodem tract. eodemq; parte uerſiculo, item quæro. nu. 3 car. 120
Dolo facere non uidetur qui fraudes excludit: in eodem trac. eademq; parte: uerſic. illud poſtremo. nu. 1 car. 121.
Dictio non aliter nec alio modo inducit formam, in titulo mandati. numero. 7 car. 89
Dictionis dummodo ea eſt natura, ut in id quod ea dictione adiicitur interueniat actus ruat: eod. in loco. nu. 8 car. 89
Dominus ſciens procuratorem ſuum fines mandati excedere & non contradicens aſſentire uidetur: eod. in loco. nu. 18 car. 91
Dietarij ſunt qui in nauibus cuſtodiæ gratia proponũtur: in tractatu de nautis in prima parte. nu. 12 car. 125
Dictio ſed ſi aduerſatur in iure, & in facto: in tertia parte eiuſdem tractatus. nu. 43 car. 135
Dominus nauis ſi culpa nautarum ſoluerit ab eis poteſt repetere: in ultima parte eiuſdem tracta. nu 4 car. 144
Domino mercium ex conducto actio competit qui nauim conduxit ex locato magiſtro nauis in ultima parte tractatus de nauibus. nume. 6 car. 162
Diſtrictus ſeu territorium in mari quomodo cognoſcatur: in tractatu de nauigatione. nu. 9 car 166
Decoctor deſcendit, a uerbo decoquo: in tractatu de decoctoribus in prima parte. nu 1 car. 173
Decoquire quid ſignificat, quid decoctores, & quid decoctio plene declaratur: eod. in loco. nu. 2 car. 173
Decoctor quid ſit multis modis deſcribitur: in ſecunda parte tractatus de decoctorib. nu. 1 car. 173
Decoctorum tria ſunt genera: eod. in loco. nu. 2 car. 173
Decoctores dicebantur cedere foro item & uertere ſolum: eod. in loco nume. 5 car. 176
Decoctores an notentur infamia diſputatur: in tertia parte eiuſdem tractatus. nume. 2 car. 178
Decoctores quibus plectantur pœnis diſſeritur: in eodem loco. num. 3 car. 178
Decoctione unius ex fabricenſibus omnes tenentur: eodem in loco. nume. 7 car. 179
Decoctores ſeueriſsime punire ſalus eſſet mercaturæ: eod in loco. nu. 8 car. 179
Decoctores an habeant beneficium ceſsionis diſputare: eod. in loco. nume. 9 car. 179
Decoctores an gaudeant dilatione quinquennali ſeu annali in tract. de decoctorib. in tertia par. nume. 9. & in ſi & in eod. tracta. parte. 6. nu. 20 car. 269
Decoctor qui bonis ceſsit nec agere nec conueniri poteſt: eod. in loco. nume. 14 car. 180
Decoctores mentiri facile ſolent: eod in loco. nu. 15 car. 180
Decoctores ſunt faciles ad colludendum: eodem in loco. numero. 18 car. eadem.
Decoctores ut plurimum ſunt fraudatores: eodem in loco. numro. 19. car. eadem.
Decoctores an excuſentur ob aduerſam fortunam eod. in loco. nu 21 car. 181
Decoctor ergo fraudatur an ualeat conſequentia: eod. in loco. nu. 12. car. 181
De edicto fraudatorio remiſsiue: eodem in loco. nu. 23. car. ead.
Decoctores ſolent rationes intricare in necem creditorũ ex quo dolus malus præſumitur, item intercidere adulterare & turbare: eod. in loco. nu. 24 car. ead.
Decoctoris dolus demonſtratur ex rationibus librorum & quomodo. eod. in loco. nu. 25 car. ead.
Decoctores ſolent merces data opera uilioris diſtrahere, & quomodo conſulatur creditorib. eod. in loco. nu. 27 car. 182
Decoctores ſolent merces ipſas & bona intricare, item merces auertere, & poſſeſsionem in alios transferre, unde dolo non carent: eod. in loco. nu. 26 car. 182
Decoctores ſolent omnia bona uel maiorem partem alienare, unde do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus preſumitur:eod.in loco.nu.29 car.182

Decoctores ſi per biduũ triduumue ante decoctionem uel gerant quid uel contrahant,an teneatur:eod.in loco.nu.30 car.183

Debitor hoc ipſo probatur in fraudem facere , quod ſcit ſe habere creditorem & ſcientia quod habeat creditores probatur,eo quod ipſe contraxit:eod,in loco.nu.34. car.134

Decoctores qui beneficium ceſſionis non habent; beneficio immunitatis Eccleſiæ non gaudent:eod in loco.nu.42 car.184

Debitor ſuſpectus poteſt capi ante diem ut caueat:in eodem loco.numero.55 car.187

Doctori aſſerenti aliquid à conſuetudine receptum , an ſit credendũ: in quinta parte trac.de decocto.nu.6 car.198

Datum ſeu remiſſum ob turpem cauſam propter uinculum iuramenti (quod eſt maximum) repeti non poteſt:in ſexta parte eiuſd.trac. nume.4 car.204

Decoctorum filij uiuis parentibus cum creditoribus paternis paciſci poſſunt,ut certa parte debiti ſint contenti,& reſiduum remittant: eod.in loco.nu.6 car.205

Decoctores an gaudeant dilatione quinquennali plene diſputatur: eodem in loco.nu.20 car.209

Decoctores ſi conuentiones inuitas cum creditoribus non obſeruant, nec ipſi creditores conuentionib.ſtare tenentur.eo.in lo.n.23.c.211

Dictio nullo modo quid ſignificet eod.in loco.nu.28 car.212

Decoctores tenentur bona creditoribus indicare & exprimere cauſas quibus ſtrangulati ſunt: in ſeptima parte ultimæ partis tracta.de decoc.nu.1 car.213

Decoctor ius detrahendi creditori cedere poteſt , & creditores poſſunt in cauſam iudicati capere id ius detrahendi competens debitori conſanguineo uenditoris , qui alias non eſt ſoluendo:eodem in loco.nu.9 car.114

Decoctor ſi fraudationis cauſa latitat bona poſſideri uendique iubet prætor, ſed ſi captus eſt ab hoſtibus curator bonis dandus eſt , & de poteſtate curatoris:eod.in loco.nu.10 car.114

Dardanarij ſunt πωπῶλαι qui omnia præmunt, ut charius uendãt: eod.in loco.nu.22 car.218

Declaratio ad ea quæ ſcripſit Bar.in.l.ſi uentri in.§.corũ.ff.de priu. cred.in ſecunda parte ultimæ partis eiuſdem trac. nume.3.& ſequenti. car.223



Debitorem alicuius faciens fugere ſciens prudenſque quem creditor capiendum præparauerat damnum ſarcire, & debitum ſoluere tenetur.eod.in loco.nu.11 car.225

Dormiens non delinquit niſi præceſſerit culpa:eo.in lo.nu.13.car.226

Debitorem latitantem exhibere quiſquam non agitur & ſi retinuerit in domo propria ſeu receptauerit quis qua actione conueniri poſſit eod.in loco.nu.28 car.229

Dominorum & deponentium ſi extant depoſita in decoctionibus primo loco ratio habenda eſt, in ultima parte ultimæ partis tract.de decocto.nu 1 car.233

Depoſitarius ſi dominium tranſtulit quo ordine nocetur in bonis decoctoris et ſi uſuras recepit priuilegium perdat, quod fallit in caſu legis qui nominibus.ff.de admi.tut. & de ratione:eodem in loco. nume.3 car.233

Depoſitarij in bonis decoctoris ſimul admittuntur , nec ordo inter eos ſpectatur, ſed ſatisfieri debet pro rata temporis prioritate non conſiderata:eod. in loco.nu.4 car.234

Dictio pro rata quid ſignificet relatiue: eod.in loco.num 18.car.238

Declaratio ad Bar. in.l. fideiuſſor in.§. quædam & in.l.quintus.ff. mand.nu.6.in ult.par.prin.trac. car 246

Differentia inter ſtatutum factum à collegio mercatorum , & à populo quod libris mercatorum credatur.eo.in loco. nu.43.car.254

## De litera E.

Epiſcopi præſunt uenalibus rebus ut iuſto precio uendantur.in prima parte prin.trac.nu.20 car.8

Exercitium commune uerbum eſt officij & artificij: eo.in lo.n.25.c.8

Exercentes ſe in uarijs & diuerſis mercium generibus , à qua merce magis denominandi ſunt:eod.in loco.nu.56 car.16

Equus illius eſſe preſumitur cuius ſigno eſt ſignatus: in ſecũda parte principalis tractatus.nu.73 car.47

Equum uel bouem queris uendicare uel poſſeſſionem obtinere an ſufficiat probare mercatum mercho ſui gregis eodem in loco. num.79 car. 48.

Eunuchi Romanæ gentis homines facti non ſunt in commercio, ſecus uero Barbaræ gentis extra Romanum ſolum facti:in quarta parte tracta.princ.nu.3 car.66

Universidad de Deusto Biblioteca

Ementes ſcienter res effectas religionis incidant in crimen leſæ religionis eod. in loco. nu. 5 car. 67

Encauſtum Imperatoris nulli permittitur habere aut quærere conſequenter mercatura uetatur: & eodem in loco dicitur de priuilegio ſcripto ſacro enchauſto: eod. in loco. nu. 7 car. 67

Epiſcopalis conſtitutio quæ clericum capitali pœna puniendum decernit intelligit de excommunicatione: eod. in loco. nu. 23 car. 70

Edificia demoliri & marmora diſtrahi negociandi cauſa non licet, eodem in loco. nu. 29 car. 71

Ex mala adminiſtratione frumenti penuria creſcit: eod. in loco. nu. 46 car. 74

Exercitor quis ſit: in tractatu de nautis in prima parte. numero. 16. car. 125.

Exarmare nauim eſt armamentis ſuis ſpoliare: in tertia parte eiuſdem tract. nu. 39 car. 135

Exercitor quando ex his quæ geſta ſunt cum magiſtro nauis & recepta quando nauta reſtituere teneatur, & quando in exercitorem detur iudicium ex delictis eorum qui in naui ſunt relatiue: in quinta parte eiuſdem trac. uerſi. ſcio alienum. nu. 1 car. 142

Electio datur dominis mercium agendi uel contra magiſtrum nauis uel dominum mixta præpoſitionis legem: in ultima parte, eiuſdem tract. nu 2 car. 144

Emens ſeu redimens nauim, à pyratis & latrunculis exteræ gentis precium quod ſoluitur, à domino recuperare poteſt. in ſecunda par. tract. de nauib. nu. 18 car. 151

Extranei ſi lege municipali acquirere immobilia prohibentur nõ cenſentur prohibiti naues acquirere: eod. in loco. nu. 32 car. 154

Eximens debitorem, è manibus curiæ creditoribus ſatiſfacere tenetur: in ſecunda parte ultimæ partis tractatus de decoctoribus. nu. 10. car. 225.

AEquitas in curia mercatorum præcipue ſpectanda eſt, & ex bono & æquo in cauſis eorum procedendum reiectis iuris apicibus in prima particula ultimæ partis principalis tracta. nu. 1 car. 244

AEquitas ex circunſtantijs conſideranda eſt, & quæ ſint circunſtantiæ: eodem in loco. nu. 3 car. 245

Exceptio hec tu non es procurator, quod ſit admittenda in curia mercatorum in ultima parte principalis tractatus in titu. de except. nume. 3 car. 274

Exceptio excuſsionis an poſsit obiici, coram arbitratore: eodem in loco nume. 7 car. 275

Exceptio excuſsionis duobus modis conſiderari poteſt: eodem in loco. nume. 8 car. 275

Exceptio nõ numeratæ pecuniæ an poſsit in curia mercatorum, à mercatore opponi eodem, in loco. nu. 9 car. 276

Exceptio præſcriptionis & uſucapionis an poſsit obiici in curia mercatorum: eod. in loco. nu. 10 car. 277

Exceptio quod nudo pacto promiſiſti reiicitur in curia mercatorum: eod. in loco. nu 11 car. 277

Exceptio non ſoluti uectigalis in curia mercatorum non eſt reiicienda: eod. in loco. nu. 12 car. 277

Exceptiones omnes ordine proceſſus reſpicientes reiiciendæ ſunt, quæ iuris apices reſpiciunt, exceptiones uero quæ merita cauſæ & ueritatem negotij, & partis defenſionem reſpiciunt admittendæ ſunt: eod. in loco. nu. 14 car. 277

Exceptio ex bono & æquo accommodanda eſt ſemper. eodem in loco nume. 15 car. 278

AEquitas ſi reperiatur ſcripta in iure licet non in ſpecie in ſimili tamen iudex ad cauendum poteſt compellere ex arbitrio ſibi, à lege quod ſi ephesi attributo, contra uero ſi iudex moueretur æquitate nec in caſu nec in ſimili ſcripta, in ultima particula principalis trac. nu. 7 car. 283

De litera. F.

Fœneratores quod contineantur ſub uocabulo negociator: in prima parte principalis trac. nu. 30 car. 10

Frater pecunia fratris proprio nomine, negocia gerens ſibi acquirit, & non fratri, ſi uero negociationem ſeu mercaturam communem incepiſſet nomine proprio adminiſtrare menſa & negociatio non poteſt ex parte unius augeri, quin etiam ex parte alterius augeatur: in eod loco. nu. 97 car. 27

Fides recta ac bona in mercatoribus præcipue eſſe debet, & ſeruare debeant quæ eis placuerunt ſemel in ſecunda parte prin. trac. nu. 10 car. 35

Furioſi mercaturam facere non poſſunt: in tertia parte princi. tract. nume. 18 car. 60

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fatui pari modo & quomodo inter ſe differant prædicti & probētur tales eod. in loco. nu. 22 car. 60
Fœminæ mercaturam facere non probibentur argentariam uero uetantur: eod. in loco. nu. 38 car. 64
Filiusfamilias quod poſsit eſſe mercator. & de eo multa ad mercaturam pertinentia: eod. in loco. nu. 40 car. 64
Fratres ſi diuidunt ad breuia, & ſortis infœlicitate emergit intolerabilis deceptio diuiſio in melius eſt reformanda, & ibidē declaratur. in trac. de ſpon. q. 13. nu. 8 car. 19
Fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt, & refertur memorabili exemplum. P. Craſsi Mutiani: in tit. mandati. nu. 2 car. 85
Formæ omiſsio in parte qualibet cum ſit indiuidua actum uitiat: eodem in loco. nu. 9 car. 89
Facultas data, a debitore creditori accipiendi pecunias ſub cambijs, ne damnum creditor patiatur, an ad prima tantum cambia referatur, ſeu magis ad cambia & recambia: eodem in loco. numero. 20 car. 92
Ferraculum quid ſignificet in ter. part. tra. de nautis. numero. 44. car. 136.
Fugientes cum pecunijs creditis, & ſe decoctos fingentes. non ſunt decoctores, & de his plene in ſecunda parte tractatus de decoctoribus. nu. 3 car. 176
Fugientes cum pecunijs, ſeu rebus alienis an ſint fures: in tertia parte trac. de decocto. nu. 6 car. 178
Filiusfa. ex omnibus contractib. obligatur: eod. in loco. nu. 11. car. 179
Filiusfa. qui decoxit et fraudem admiſit indignus eſt beneficio ceſsionis: eodem in loco. nu. 13 car. 180
Fraudes decoctorum uix dici aut enumerari poſſunt, et fraudum præſumptiones relatiue: eo. in loco. nu. 36 car. 184
Fideiuſſor an liberetur ex prorogatione dici facta, à creditore reo, ſi reus decoxerit in termino prorogato diſputatur plenius: in quinta parte trac. de decocto. nu. 1 car. 195
Fideiuſſores dantes nō iterum ſatisdare teneant, ſi non ſoluendo efficiantur: eo. in loco. nu. 2 car. 196
Fideiuſſores ſolent interuenire in pactionib. inter creditores et decoc. unde uariæ quæſtiones oriuntur. uide relatiue: in ſexta parte trac. de decocto. nu. 22 car. 211
Fraudem pro pœna ueteres accipiebant et quare: in ſecunda parte ultimæ partis tract. de decocto. nu. 27 car. 212
Fortiora ſunt iura quæ nobis facto noſtro quærimus quam ea quæ a lege nobis conceduntur: in ultima parte ultimæ partis tracta. de decoctoribus. nu. 32 car. 241

## De litera. G.

Graſsiæ frugum uenaliumq; appellatione quid contineatur relatiue: in prima parte principalis tractatus. nu. 88 car. 25
Genus ubi eſt in obligatione reſpectu ſpeciei tollitur genus ſoluta ſpecie in ſecunda parte ultimæ partis tractatus de decoctoribus. nume. 16 car. 226

## De litera. H.

Habens multos creditores ſi prædium quod ſolum in bonis habet Titio uendat ea lege ut ſatis creditoribus faciat, quod creditores rectà uia, et abſq; ceſsione aduerſum Titium agere nō poſsint: in quinta parte de decocto. nu. 9 car. 199
Habentes ædes communes ſtipulati ſunt inuicē, ne extra eos alienentur neue in extraneos quouis titulo transferantur, etiam per dationem in ſolutum adiecta bonorum obligatione, ſi unus ex his mole debiti prægrauatus partem ædium quam habet dare uelit an poſsit ſitque iuris remedium relatiue: eodem in loco numero. 10 car. 199.
Hæredi aliter non adituro ſuadens, ut hæreditatem adeat, aſſerens ſeu omnia facturum dummodo alij conſentiant, annumeratur inter creditores aſſentientes remiſsioni partis debiti: in ſexta parte tractatus de decocto. nu. 11 nu. 199
Hypothecarij creditores præferuntur niſi in fraudem hypotheca ſit adiecta, ut puta ſi a fugitiuo, et eo qui non ſoluendo eſt in debito etiam uero ſit addita: in ultima parte ultimæ partis tract. de decoctoribus. nu. 17 car. 237
Hypotheca etiam in pecunia conſiſtit: ibid. nu 31 car. 241

## De litera. I.

Interpretatio ad capitulū eiciens. 83. diſtinctione, in prima parte

Universidad de Deusto Biblioteca


principalis tractatus.nu.29 car.9

Interpretatio ad.l.legatis.ff.de leg.iij.nu.39. & ſeq.& nume.46. eadem parte. car.12

Interpretatio ad.l.principalis.ff. ſi cer.pet.in eo loco.nu.44.car.13

Interpretatio ad.l.quaritur.ff.de ſta.homi.& .l legatis.§. ſi unus. ff.de leg.iij.in eod.loco.nu.58 car.16

Interpretatio ad.l. ſemper in.§.negociatores.& .§.negociatio.ff.de iure immu.eod.in loco.nu.61 car.17

Interpretatio ad.l.ceſſante.C.de com.& mer.eo.loco.nu.63. car.18

Interpretatio ad.l. legatis in.§.ornaticib.ff. de legatis.iij. ibidem. numero.71 car.21

Iudei amiſerunt regnum, & ſubijciuntur Chriſtianis, & Imperio Romano tanquam ſerui ſubiecti eſſe debent in ſecũda parte principalis tractatus.nu.47 car.41

Inſcriptio codicis actionum ſi reperiatur deleta in caſu notabili defenditur.eodem in loco.nu.55 car.43

Iuramentum in ſupplementum ceſſat ubi præſumptio eſt contra iurantem.eodem in loco.nu.82 car.49

Interpretatio ad.l.primam.in.§. ſi dolium. & .l. quod ſi neque.ff. de peri.& commo.rei uend.eod in loco.nu.90 car 51

Iurans mercaturam ulterius non facere, quod iuramentum ſeruare non teneatur, ſi aliter uiuere non poſſit. in tertia parte principalis trac.nu.37 car.64

Interpretatio ad.l.mercatores.C.de com.& merca.in quarta parte principalis trac.nu.24 car.70

In ſale prohibitiones quædam,& de materia relatiue.eodem in loco. numero.31 car.72

Interpretatio ad.l. ſed & ſi pupillus.in.§.de quo palam.ff.de inſti. in tit.de contractibus mercatorum.nu.14 car.81

Interpretatio ad.c. ſuam.de pœnis,relatiue.ibidem.nu.24. car.84

Iudices ſponſionum recuperatores appellabantur.in prima parte tractatus ſponſionum.nu.7 car.105

Interpretatio ad.l.quib.reb.ff.de alea lu.& alea.in tertia parte eiuſdem trac.nu.3. car.109

Inhoneſta cauſa, ſeu conditio,quæ in ſponsione adijcitur,quæ ſit, generaliter declaratur.ibidem.nu.7 car.110

Interpretatio ad.l.ſi.C.de pact.in eod.trac.q.i.nu.9 car.111

Inſpicientes ludum tanquam ludentes puniuntur. eodem tract.q.5. numero.2 car.114

Interpretatio.l.quod in conuiuio.ff.de alee,luſu,et aleato. in eodem tractatu in ſeptima quæſtione.nu.2 car 114

In contractu tranſactionis,an habeat locum remedium.l.ij.C.de reſcin.uen.in tractatu sponsionum, in ea parte in qua quæſtiones tractantur uerſi.quæro igitur.nu.4 car.118

In re non dubia, ſed aperta ſingulorum argumentationum enumeratio minime neceſſaria.in tit.mandati.nu.5 car.89

In generali mandato,an cenſeatur tradita facultas recipiendi pecunias ad cambium.ibidem.nu.19 car.91

Interpretatio ad.l.boue.in.§.hoc ſermone.ff.de uerbo.signi. relatiue.ibidem.nu 21 car.92

Interpretatio ad.l.quod ſeruus.ff.de ſolu.ibidem.nu.24 car.92

Interpretatio ad.l.primam in.§.igitur præpoſitio.ff.de exer. ibidẽ. numero.25 car.93

Interpretatio ad.l.thais in.§. ſorore.ff.de fideicom.liberta.ibidem. numero.34 car.95

In examine peragendo naufragij partem citari non eſt neceſſe.in ſecunda parte trac.de nautis.nu.7 car.127

In culpa eſt,qui non prouidet,quod a prouidente fuiſſet prouiſum.in tertia parte tractatus de nautis.nu.26 car.113

Interpretatio ad §.item labeo.in.l.quẽadmodum.ff.ad legem aqui. ibidem.nu.45 car.136

Interpretatio ad.§. ſed ſi fune rupto,in.l. quemadmodum.ff.ad legem aqui.ibidem.nu.46 car.136

Incendium ſi ſit in uicinia,et arcendi incendii cauſa ne uagetur ignis unius uicini ædes interciſæ ſint, quòd dãnum ab omnibus uicinis ſit ſarciendum.in trac.de nau.in.5 par.uer.ſed nec eſt quotidiana.numero.2 car 142

Interpretatio ad.l.i.in.§.magiſtrum.& .l.ſi.ff.de exer. relatiue.ibidem.uerſi. ſcio alienum.nu.2 car.142

Interpretatio ad l.interdum.& .l. ſeq.ff.qui pot.in pig.ha.in eadem parte uerſi.& illud in dubium.nu.2 car.143

Inſtruentes,et docentes hoſtes in fabricãdis nauibus capite plectuntur.in ſecunda parte trac de nauib.nu.24 car.152

Interpretatio ad.l.ſi.in.§.ſi.ff.ad leg.rho.de iac. in tertia parte eiuſdem tractatus nu 5 car 156

Interpretatio ad.l.fina.in princi.ff.ad legem rhodi. de iac. ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

numero.16 car.158

Interpretatio ad.l.in naui ſaupbelli.ff.loc.relatiue.ibid.nu.26.c.160

In mandato non ſolum id quod expreſſum eſt uenit,uerũ & id quod negotii ſequela eſt,et ideo requirens aliquem,num contẽtus sit,ut ijſdem cõditionibus,quibus proprias pecunias in naui aliqua transmiſiſſet, & ſua cenſeantur tranſmiſſæ eo aſſentiente, & ad conducendum nauim mandatum datum cenſeri. ibidem.nu.27. car.160

Interdictum poſſeſſorium pro naui non cõpetit, & quæ remedia poſſeſſoria competãt,relatiue.in ult. par. trac. de nauib. nu.3. car.162

Interpretatio noua ad.l.i.ff de præſ.uerb.ibidẽ.nu.7. car.162

Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rub.de ſide danda lib. et ſcrip. ſcriba.in trac. de nauigatione.nu.14 car.165

Interpretatio ad quadam ſtatuta Anconitana circa formam eligendi ſcribam nauis,ut contractibus ab eo factis, & teſtamentis habeatur fides ibidem.nu.17 car.168

Interpretatio ad auten.hoc nisi,relatiue,in tertia parte tractatus de decoctoribus.nu.44 car.185

Interpretatio ad.l.ſocietatem,in.§.diſſociamur ff pro ſocio.ibidem. numero.48 car.185

Inſtitores,qui alicui negociationi proponuntur, ſeu ſocij,qui ab alijs ſocijs procuratores conſtituuntur eo ipſo quod fugerint,ſeu decoxerint cenſentur reuocati.ibidem.nu.51 car.186

In uectigaliũ licitatione si Titius obtulit ſexcenta,Seius uero poſtea ſeptingenta,si Seius qui licitatione uicit nõ ſoluendo sit, num Titius sit liberatus.in quinta parte trac.de decoctorib.nu.8.car.198

Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo, quo poteſt, & habet uim expreſſi.in.6.par.trac.de decocto.nu.3 car.203

In dilatione concedenda a maiori parte creditorum, quæ requirãtur. ibidem.nu.19 car.209

Interpretatio ad text.in.l.si tibi decem millia. in.§. si pactus.ff.de pactis.nu.26 car.212

Interpretatio ad.§.si debitorem. in.l. ait prætor.ff. de his , quæ in fraud.credi.relatiue.in prima parte ultimæ partis eiusdem tract. numero.13 car.236

Impoſtores qui sint, & quid impoſturam facere significat,declaratur.ibidem.nu.20 car.238

Inquisitio contra opem præſtantem maleficio quomodo concipienda sit.in.2.parte ult.partis trac.de decoctorib.nu.8 car.225

Indicare,ac prodere,an quis teneatur, exiſtente in procinctu fugæ. ibidem.nu.25 car.228

Interpretatio ad.§.quoties.in.l.si hominem ff.depo. et.l.si uentri. §.in bonis.ff.de priui.cred.in ultima parte ultimæ partis tractatus de decoctorib.nu.2.et ſeq. car.233

In hipothecarijs creditoribus regula prior in tempore potior in iure procedit etiam si res hipothecata poſteriori tradatur.eodem in loco,numero.11 car.236

Inſtrumenta negociationis illius contribui debent, et quomodo,quia plerunque apparatus ex merce ſunt.eodẽ in loco.nu.24. car.240

Interpretatio ad.l.procuratoris, in.§.si plures.ff.de tributo. eodem in loco.nu.26 car.240

Interpretatio ad.l.i.ff.de iuſti.et iure.in prima particula ultimæ partis principalis trac.nu.2.et ſeq. car.245

Interpretatio ad.l.placuit.C.de iudi.ibidem.nu.4 car.246

Interpretatio ad Acur.in.l.pe.C.de conſt.pecu.ibid.nu.11. car.248

Interpretatio ad.l.diffamari.C.de ing.et manu.ibid.nu.14.car.250

Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rub.de offi.dua.colla. off ibidem.nu.48 car.256

Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rub. de non uocan.cit. in ſecunda particula ultimæ partis prin.trac.nu.29 car.265

Iurisdictio ubi certo caſu aliquibus tributa eſt,libellus coram eis productus non procedit,nisi in eo narretur caſus ille in quo iurisdictio eſt tributa,in tertia particula ultimæ partis prin.trac.nu.3. et in ſeq.nu.elegans declaratio additur. car.268

Interpretatio ad.l.si fideiuſſor.in.§. quadam.ff manda. in ultima parte prin.trac.in tit.de exceptionib.nu.1 car.273

In quocunque iudicio etiam ſummario, & executiuo plene de perſonis quærendum eſt, & legitimationem plena probatione fieri oportet.eodem in loco.nu.4 car.274

Interpretatio ad.l. ſcripturas.C.qui pot.in pig.hab.relatiue.in ultima parte principalis trac.in tit.de proba.nu.6 car.280

De litera L.

Lex municipalis,quæ de mercatore meminit, ſeu artifice intelligitur in eo,qui proprio nomine mercaturam exerceat non alieno. in prima parte prin.tractatus.nu.72 car.21

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex municipalis ſi mandat ex qualibet negociatione ſeu Mercantia uectigal ſolui num in legatis locum habeat. ibidem. nu. 80. car. 23

Lex municipalis ſi mandat mercatum, à ſocio initum ratum habendum num intelligatur de re mobili uel immobili. ibidem. num. 91. car. 25.

Lex in omnibus. ff. de iudi. locum habet tam in contractib. bonæ fidei quam ſtricti iuris, & exempla ſubiiciuntur: in ſecunda parte prin. trac. nu. 32 car. 38

Liber rationum ut legitime confectus dicatur neceſſarium eſt, ut ex eo explorari poſſit computationes probe an improbe ſint relatæ, ibid. nu. 56 car. 43

Liber rationum omnia ſingulariter & explicite continere debet, & non continere ſummas in genere uel in concreto. ibidem nume. 58. car. 43.

Librum rationis de morte factum oportet, in quo loci consuetudo ſpectanda eſt, ibid. nu. 59 car. 43

Liber rationum & rationes ipſæ bonam fidem continere debent non repugnantia aut non uere ſimilia. ibid. nu. 62 car. 44

Liber rationis mercatorum carere debet inductionibus ſuper inductionibus cancelationibus, & omni ſuſpitione ibid. nu. 63. car. 44.

Liber mercatorum non refert an ab ipſo mercatore uel alio ſcriptum ſit, & non eſt neceſſe teſtes in eo adnotarij. ibid. nu. 65 car. 45

Leges & canones in unam conſonantiam legitima interpretatione redigendi ſunt. in tertia parte prin. trac. nu. 10 car. 59

Lunatici fatuis & mentecaptis, & quibusdam aliis comparantur quamdiu mens propter lunam ſuum officium non facit, ibidem. nume. 23 car. 60

Legum doctor minor. 5. & 10. an. exceptionem ſeu aliquid in cauſa propria probare ommittens non reſtituitur. ibid nu. 27 car. 61

Loricas, arcus, ſagittas, ſpatas, & quædam alia ad Barbaros exportare non licet in quarta parte prin. trac. nu. 13 car. 68.

Lex municipalis uetans quemcunque frumentum in foro emere, niſi uictus cauſa non includit ſcholarē, qui uictus cauſa pro toto anno emerit deinde mutato propoſito uolens recedere frumentū met uendiderit. ibid. nu. 35 car. 72

Lucrum ceſſans in infinitum non eſt producendum, ſed primū lucrum tantum peti poteſt. in titu. de contractib. nu. 4 car. 78

Lex ſi quis maior. C. de trāsa. an habeat locum in curia mercatorum, ut ſcilicet non liceat purgare moram, uel liceat prout de æquitate canonica. ibid. nu. 18 car. 83

Lex ſi quis maior. C. de transac. an ſit reſtringenda uel extendenda, ibid. nu. 19 car. 83

Luſus aleæ declaratur quod ſit: in tertia parte tract. de ſpons. num. 4 car. 101.

Luſor ſi uiginti ab aliquo receperit & promiſerit quinquaginta, ſi in poſterum luſerit ualet conuentio, in trac. de ſpons. queſtio. ſexta. nume. 1 car. 114

Læſio quomodo probanda ſit in ſponſione ratione dubij euentus: in trac. ſpons. in ea parte in qua queſtiones tractantur, uerſic. quæro igitur. nu. 9 car. 119

Locus Ciceronis in oratione pro Pub. Quintio in principio ac fine declaratur ſcilicet an ſponſio ſit actionis nomen. in tract. ſponſio. uerſi. reliquum eſt. nu. 2 car. 121

Lintrarij qui ſint & lintres, in prima parte trac. de nautis. nume. 13. car. 131

Locatores ex dolo & culpa tenentur: in ſecunda parte eiuſdem trac. nume. 3 car 126

Locatores de caſu non tenentur niſi aliud actum ſit, ibidem nume. 5. car. 126.

Lex plerique. ff de in ius uoc. quod in naui etiam locum habeat, in ſecunda parte trac. de nauib. nu. 5 car. 148

Laudemium ſi debetur Regi ex uenditione rerum mobilium, quod nō debeatur naui uendita, quoniam inter mobilia non autem immobilia annumeranda eſt, ibid. nu. 31 car. 153

Locare uerbum promiſcue accipitur. in tertia parte tra. de nauibus. nume. 1 car. 155

Locationes nauium per quos fieri ſoleant. ibid. nu. 4 car. 155

Locans nauium ſi dixerit eſſe duo millium amphorarum in circa quomodo illud uerbum inteligatur. ibid. nu. 13. car. 158

Locans operas ſi prohibetur eas præſtare ſine ſui culpa & ex caſu cōtingente ex parte conductoris uel rei conſequitur mercedem, ac ſi præſtitiſſet. ibidem. nu. 18. idque declaratur. nu. 20. car. 158. 159

Locator nauis ſi propter amiſſam nauim uel caſum qui in ea contigit munere uehendi non ſit functus, non ſolum uecturam petere non poteſt, uerum ſoluta repetetur, pro parte tamen itineris debetur. ibid. nu. 24 car. 160

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libellus in uendicandis armamentis, & ſcapha nauis, quomodo concipiendus ſit. in ult. parte trac. de naueb. nu. 1 car. 162

Lege Iulia de ui publica tenetur, qui hominibus armatis de naui ſua, quem deiecerit concuſſerit, expugnauerit ue. ibidem. nu. 5. car. 162

Libellus defendi poteſt in quo diceretur peto ex conducto, cum dici debuiſſet ex locato, uel contra quia ueteres his uerbis promiſcue utebantur. ibidem. nu. 8. car. 164. et in. iij. parte. nu. 1 car. 155

Liber homo pro debito capi non poteſt, & creditori ſeruire non debet, unde ad eccleſias confugiens inde extrahendus non eſt. in tertia parte trac. de decoctorib. nu. 40 car. 184

Liber homo ſi lege municipali capi poteſt propter æs alienum poteſt extrahi ex eccleſia, quia ubi poteſt capi, extrahitur ex eccleſia. ibidem. numero 41 car. 184

Liberatio facta a filijs debitoribus paternis, uiuis parentibus, eis non obeſt parentibus mortuis. in ſexta parte tractat. de decoctoribus. numero. 7 car. 205

Libellus non procedit, in quo peto mihi in ſolutum dari bona debitoris mei quoniam creditores in ſubſidium tantum admittuntur. in ſeptima & ultima parte tractatus de decoctorib. nu. 5 car. 114

Laudandi ſunt populi, qui in decoctionibus ſibi ius proprium conſtituerunt. ibidem. nu. 27 car. 221

Lex procuratoris in. §. ſi plures. quæ loquitur in tributoria, & ſeruo quod in libero homine locum habeat. in ultima parte ultimæ partis tractatus de decoctorib. nu. 22 car. 239

Lex municipalis, quæ iubet ſcripturis mercatorum plenam fidem haberi ualet, et fides habetur inter eos, etſi alibi agatur, ſeu in alio loco producantur. in prima particula ultimæ partis prin. tractatus. numero. 31 car. 252

Libris hebræorum ſi ex priuilegio principis ſtari debet ad plenariam probationem non auditur, uolens contra probare. ibidem. numero. 36 car. 253

Locus ubi mandatum factum eſt, non attenditur, ſed ubi ſit mandati executio. in ſecunda parte ultimæ partis principalis tractatus. numero. 18 car. 265

Libellus, an admittendus ſit inter mercatores, in quo petitur mutuũ, & non exprimitur in eo mutuum cauſæ mercaturæ factum. in tertia particula ultimæ partis prin. tract. nu. 1 car. 268

Libellus ineptus tollerandus eſt, ſi aliquo modo defendi poſſit. ibidem. nu. 5 car. 269

Libellus an ſit offerendus in curia mercatorum, & inter ipſos mercatores ibidem nu 9 car. 270

Libellus inter mercatores defenditur, in quo actoris intentio recte exprimitur, inepta uero actio adiicitur. ibidem. nu. 12. car. 270

Libellus inter mercatores defenditur in quo non condemnari, ſed cogi dicitur. ibidem. nu. 13 car. 270

Libellus an procedat inter mercatores, in quo petitur centum, quæ numerauit, & exhibet inſtrumentum. in quo per ſtipulationem promittitur reddi. ibidem. nu. 14 car 270

Libellus inter mercatores, & eorum foro ab omnibus exceptionibus iuris apices reſpicientibus defendendus eſt. ibidem. nu. 19. car. 272

Libellus & petitio quomodo differant. ibidem. nu. 20 car. 270

Literæ quæ inter ipſos mercatores abſentes mittuntur, an probent. in ultima parte principalis tractatus in titulo de probationibus. numero. 13 car. 277

Literæ credentiæ, & commendatitiæ, an obligent, & probent. ibidem numero. 15 car. 277

Literæ quæ inter abſentes mittuntur non probant ubi deceſiſſet is, qui ſcripſiſſet antequam ei cui aſcriptæ erant literæ traditæ fuiſſent. ibidem. nu. 16 car. 278

De litera. M.

Mercatoris definitio, ſeu deſcriptio. in prima parte principa. tracta. numero. 4 car. 4

Mercari, & negociari, an idem ſint, mercatorque & negociator, an ſint ſynonima. ibidem. nu. 5 car. 5

Mercator an proprie dicatur is, qui ſemel merces emit, ut uenderet. ibidem. nu. 6 car. 5

Mercator ex unico actu non dicitur, niſi præcedat profeſſio, uel deſcriptio in matricula. ibidem numero. 9. & declaratur in ſequen. nume. car. 6

Matriculandus mercator iuramentum præſtare debet, & de uirtute iuramenti. ibidem. nu. 11 car. 6

Mercator etiam is dicitur, qui uulgi opinione pro mercatore habetur. ibidem. nu. 12 car. 6

✝✝✝

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mercatorum appellatione emẽtes, & uendentes ſeruos non continentur, ſed hi mangones, ſeu uenalitiarij dicuntur, ibid. nu. 16. car. 7
Mercatura hominum, & quæſtus ex ea prohibetur, ibid. nu. 17. car. 7
Merces uenales per ciuitatem afferentes, negociatores dicuntur, ibidem, numero. 22 car. 8
Merces ementes, ut eas in aliam formam redigant, et uendant, non mercatores, ſed artifices dicuntur, ibidem, nu. 23 car. 8
Mercator dicitur officium gerere, ibidem, nu. 24 car. 8
Mercatores merces ementes, et eaſdem non ſua opera, ſed aliena elaborari curantes, tranſmittendi aliquo quæſtus cauſa non ideo minus mercatores dicuntur, ibidem, nu. 26 car. 8
Mercatoris appellatione, an contineatur uſurarius, ibid. nu. 27. car. 9
Mercatura alia licita, et alia illicita, ibidem, nu. 28 car. 9
Mercatores minus legitime mercaturam exercentes, ſed turpis quæſtus gratia uſurarij etiam dici poſſunt, ibidem, nu 31 car. 10
Mercator illicite, et iniuſte mercaturam exercens, et ſic malus mercator non eſt mercator proprie, ſed abuſiue, ibidem, nu. 32 car. 10
Mercator ſimilis eſt fœneratori, ibidem, nu. 33 car. 10
Mercatores, qui merces præſenti pecunia emunt, et eaſdem non mutata forma cariori precio ad diem uendant, quàm præſenti pecunia uendi ſoleant, uſurarij cenſendi ſunt, et an in his locum habeat. c. quanquam, de uſu. lib. 6. ibidem, nu. 34 car. 10
Mercator abominandus, qui uſuras exercet, et contra uſurarios multa, ibidem, nu. 36 car. 11
Mercatorum appellatione, an contineantur equorũ locat ores, ibidem, numero. 38 car. 12
Mutuũ dantes, num mercatores appellari poſſint, ibid. nu, 40. car. 12
Mercari, aut negociari dici non poſſunt, mutuas pecunias recipientes, ibidem. nu. 41 car. 13
Mercatores, aut negociatores dici non poſſunt ſimpliciter mutuum dantes, ibidem, nu. 42 car. 13
Mutuas dantes fœnebras pecunias dici poſſunt negociatores, non autem mercatores, ibidem, nu. 43 car. 13
Mercator proprie dicitur cum obligationis actus ultro citroque interuenit, ibidem, nu. 46 car. 14
Mercator, ſeu negociator, an dicatur, qui tantum prædia propria locat, et aliorum conducit, ibidem, nu. 48 car. 14
Mercatores, an dicantur, qui trans mare negociantur, emuntque et uendunt merces, et etiam domi pharmaca conficiunt, ibidem numero. 49. et ſeq. car. 14
Matriculatus in duobus exercitijs oneribus utriuſque artis aſtringitur, ibidem, nu. 59 car. 16
Mercator, ut quis dicatur, an ſit neceſſe quod maiorem partem facultatum in mercibus cõtulerit, ut potiatur priuilegijs a iure communi, ſeu ſtatuto conceſſis ibidem nu. 60. uſque ad nu. 64. car 16. 18
Mercator, qui mercaturæ officium exercuit, et in albo mercatorum deſcriptus ſi deſtitit, num mercator dicendus ſit, ut priuilegiis mercatoribus conceſſis uti poſſit, et quando, ſeu quomodo cognoſcatur deſtitiſſe, ibidem, nu. 65 car. 19
Mercator, an ſit, dicique poſſit ille, qui mercaturæ officium per ſe non exercet, ſed inſtitorum opera, ac ſeruorum utitur, ibidem, numero. 66 car. 20
Mercatorum appellatione, an contineantur iuuenes, qui cum ipſis morantur ad miniſteriũ, et mercaturæ exercitiũ, ibidem, nu. 69. car. 20
Mercator unde dicatur, ibidem, nu. 73 car. 21
Mercatura quid ſit, ibidem, nu. 74 car. 21
Mercis appellatione, an pecunia contineatur, ibidem. nu. 75 car. 22
Mobilium appellatione, quod ueniant pecuniæ, et in legato mobilium conſiderantur tres facti species, ibidem. nu. 76 car 22
Mercis appellatione num gemmæ, margaritæ, et annuli contineantur, ibidem, nu. 77 car. 23
Mercatores ſi in mercantiis florenos certa ſumma recipere ſunt obſtricti, num in dote procedat, et an dos mercantia dicatur, ibidem numero. 78 car. 23
Mercaturæ, ſeu negociationis appellatione, an legatum contineatur. ibidem, nu. 79 car. 23
Mercis appellatione, an contineantur ueſtimenta, quæ habemus ad uſum quottidianum pertinentia, et quottidianum penus, ibidem. numero 87 car. 25
Merx, et mercatura differunt, ibidem. nu. 89 car. 25
Mercatus nomine quid contineatur, & unde deducatur, an a merce, uel mercor. ibidem. nu. 90 car. 25
Mercimonium mercium contractionem ſignificat, et de nomine mercatio. ibidem, nu. 93 car 26
Mercis, ſeu mercantiæ nomini, num plura corpora ſubiiciantur, id eſt, uniuerſale corpus ſit. ibidem. nu. 95 car. 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mercator mercaturam ſuam legans & debita & credita legato cedũt ibidem nu.96 car.27
Mercatura duplex ſecundum Platonem,ibi.nu.99 car.28
Mercatorũ uſus antiquitas in inſula Rhodo fuit, & ab eadem inſula naualiũ cõmerciorũ leges dictæ ſunt, in.ij.parte. prin.tra.n.1.c.31
Mercatorũ & campsorũ maſſa ſummũ bonũ,& quintũ elemẽtũ ſecũdum Bal.licet tẽpeſtate noſtra atrocia admittant,ibi.nu.4. car.32
Mercatorũ ſtatus eſt in magno diſcrimine ſalutis æternæ.ib.n.5.c.32
Mercatores an quæ dixerint in uendendis mercibus præſtare teneãtur ibid.nu.8 car.32
Mendacium omne in rebus contrahẽdis tollẽdũ eſt, quia mẽdaciũ ſine peccato eſſe nõ põt & in mẽdaces mercatores quædã, ibi.n.9.c.32
Mercator callidus laudatur qui ſine dolo malo deſeruiat,per diſſimulationem,& ſua uel aliena tueatur.ibi.nu 11 car.33
Mercator experiens laudatur & plurimum in mercatura ualet experientia,ibid.nu 12 car.33
Mercator literarum non ignarus eſſe debet, & qui ſua prudentia inſtructus ſit ,ibi.nu.13 car.33
Mercatores Florentini ſunt diligentes,& pecunias dormire non ſinũt, ibi.nu.14 car.34
Mercatores probe ſe agant circa omne officium ſuum et temperẽt ſe ab his quæ ſunt prohibita rationes diligenter conficiant, & calamo non pareant.ibi.nu.15 car.34
Mercatores an ſint utiles & neceſſarij urbibus ,& cõmoda atq; incõmoda,quæ à mercatorib. proueniũt enumerãtur ,ibi.nu 16.car.34
Mercatores an ſint habendi inter honoratas perſonas, ibi.nu.17.c.35
Mercatura refert an tenuis uel magna uel copioſa ſit, ibid.nu.19. & ſeq.nume. car.36
Magnus et diues mercator pecuniã in promptu habere præſumitur cõtra uero ſi tenuis ſit,& magna ſumma.ibi nu.20. & ſeq. car.36
Melior conditio dicitur oblata ubi boni campſores ad emptionem accedunt,ibi.nu.31 car.36
Mercatori uili ſeu pauperi aſſerenti gemmas ſeu precioſas margaritas habuiſſe non creditur,ibi.nu.32 car.36
Mercator diues ſi uiſus eſt exire ex domo ſempronij cui magna pecuniarum ſumma ſubtracta fuit furto, & quidem furti tẽpore quod non poſſit ex hoc ſolum queſtionis ſubijci,ibi.nu.24 car.36
Mercator qui multas merces habet quæ difficile amoueri , ſeu exportari ,poſſunt,ſi conueniatur non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti, ibi.nume.25 car.36
Mercator qui in periculoſo loco merces habet iuxta flumẽ quod uim fecisset,uel mare ubi numerus pyratarũ eſſet,uel in mõtib. ubi aquarũ eſſent impetus uerisimile eſt non ſoluendo effici , ibid. nu.26.quod declara ut in ſeq.nu. car.37
Mercator fœnebres pecunias recipiens præſumitur cito pauper, & nõ ſoluendo effici quod declara ut in ſeq.ibi.nu.27 car.37
Mercator qui ad diem merces emit, & eaidemmet uiliori precio quam emerit præſenti pecunia uẽdit breui ad inopiam redigi præſumitur ibi.nu.28 car.37
Mercatores extranei an ſine cauſa,à dominis locorum expelli poſſint. ibi.nu.23 car.38
Mundus eſt omnibus communis patria,ibi.nu.34 car.38
Mercatores inclytas nominatim uetuſtis legibus prohibitas ciuitates trãsgredi prohibentur ſub pœnis,ibi.nu.36 car.38
Marani peſſimum genus hominum , & multa aduerſus eos relatiue, ibi.nu.37 car.39
Mercatores dum uagantur inter miſerabiles perſonas connumerãtur ibid.nu.38 car.39
Mercator abſens mercaturæ cauſa an ex uoluntaria ſeu probabili cauſa abeſſe cenſeatur,ibi.nu.39 car.39
Mercatoribus Chriſtianis prohibitum eſt eſſe cõmercium cum Saracenis,& hoſtibus populi Roma.tempore belli ,& in mercibus nõ prohibitis & etiam prohibitis,ibi.nu.40 car.39
Merces prohibitas etiam redimendorum captiuorum gratia ad hoſtes belli tempore deferre non licet ,ibi.nu.41 car.39
Mercatores Chriſtiani cum hoſtib. & Saracenis inita pace ,uel pactis inducijs poſſunt habere commercium , & merces exportare dummodo non ſint merces prohibitæ,ibi.nu.43 car 40
Mercatoribus Chriſtianis exceptis Saracenis & hoſtibus cum alijs,cũ quibus nec pax,nec fœdus ,nec bellum exiſtit , ut puta cum Indianis eſt commercium , & poſſunt omnes merces ad eas exportare, ibid.nu.48 car.41
Mercator qui tenetur reddere rationem quatuor implere debet edere librũ legitime confectũ calculum ponere, reliqua reddere,& morã ſolutione eius quod debetur purgare ibid.nu.66 car.45
Mercatori credendum non eſt, qui in reddenda ratione ſe librum non

Universidad de Deusto
Biblioteca

confeciſſe aſſerit unde ſi non edit occultate præſumitur, et quod iuretur in litem, & quid ſi dicit ſe perdidiſſe, uel in longinquo habere, ibidem. nu. 68 car. 45
Mercatorum libris an ſit habenda fides, & quid ſi teſtator mandat in re quampiam credi, ac multa alia relatiue, ibidem. numero. 69. car. 46.
Mercatores an teneantur edere codicem rationum, ibidem. nume. 70. car. 46.
Merces ſeu ſarcinule preſumuntur, illorum eſſe quorum ſignis ſunt ſignate, ibid. nu. 71 car. 47
Mercator ſi egit aduerſus alium conſequendi gratia ſarcinulas quaſdam, & probauit tantum ſarcinulas de quibus agitur ſuo ſigno ſignatas non poteſt obtinere, ibid. nu. 78 car. 48
Merces de quibus eſt controuerſia ſi reperiatur ſignate ſigno actoris, & rei quod iuris. ibid. nu. 83 car. 50
Mercatores numero tres ſi emerunt ſinguli duas ſarcinulas, & unus Venetias nauigauit cum eis, et direpte fuerint, à pyratis duo aſportatis, num ex communi ſigno ſarcinulis adiecto communicatio, & inuicem poſſeſſionis traditio facta cenſeatur. ibidem numero. 89. & ſequen. car. 51
Mercatores ne diuerſarum negociationum fiat confuſio, & ne oriatur incertitudo ubi forſan ſocietatem coiuerunt ſigno ex communi conſenſu facto utuntur, & in libris notant. ibi nu 91 car. 52
Mercator an ſigno alterius mercatoris uti poſſit, ibi. nu. 92. car. 52
Mercator non poteſt uti ſigno alterius qui primo uſus eſt, ubi fieret iniuria uel ignominioſe uteretur, & exemplum additur in decoctore, ibid. nu. 95 car. 53
Mercator non poteſt uti ſigno alterius mercatoris, qui primus unus eſt ubi primus ledi poſſet, & intereſſes ſua uel publice, non licet tamen queri niſi ex magna cauſa, ibi. nu. 96 car. 53
Mercatores ſi de ſigno contendunt, ille qui agit lite pendente ſigno uti non poteſt. ibi. nu. 100 car. 53
Mercatores ſi prebuerint teſtimonium contra ſignum proprium, & quidem falſum pœnam falſi non euitant. ibidem. nu. 101. car. 55.
Milites armatæ militia ob exercitio mercaturæ remouentur, in tertia parte prin. trac. nu. 11 car. 59
Milites negociatores fori priuilegium perdunt & quomodo, ibidem nume. 12 car. 59
Milites inermis militia & qui honoris cauſa militant non prohibentur facere mercaturam, ibi. nu. 13 car. 59
Mentecapti mercaturam facere non poſſunt, ibi. nu. 21 car. 60
Minores. 5. et. 20. an. curatorem non habẽtes in rebus mobilibus quæ ſeruando ſeruari poſſunt ſine iudice adminiſtrationem liberam nõ habent, ſecus uero in his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: ibidem nume. 25 car. 60
Minores. 5. et. 20. an. in albo mercatorum deſcripti, et approbati reſtitutionem non habent ſecus ſi induſtrij ſint, non tamen ex pub. approbati idque diſputatur, ibi. nu 26 car. 61
Minor. 5. et. 20. an. approbatus mercator ſi in ipſa mercatura contraxit, mobiliaque ſine decreto obligauit an hypotheca teneat, diſputatur, ibi. nu. 29 car. 62
Mercator iudicis decreto mercaturam facere prohiberi ex cauſa poteſt, ibi. nu. 33 car. 64
Mercatores poſtquam decoxere num mercatoris perdunt, ibidem. numero. 36 car. 64
Mercatura regulariter ſuper rebus omnibus mobilibus, tamen poteſt fieri, in quarta parte prin. trac. nu. 1 car. 66
Mercatura in hominibus non eſt, et multo magis in liberis hominibus, ibid. nu. 2 car. 66
Mercatura non eſt in rebus ſacris, ibi. nu. 4 car. 67
Mercatura in frumẽto publici canonis non eſt, et idem iuris eſt in frumento exercitui miſſo, ibi. nu. 9 car. 67
Mercator tranſiens per prouinciam negociandi cauſa gladium quod poſſit ferre et quomodo, ibi. nu. 11 car. 67
Merces licitæ an publicentur propter illicitas, ibi nu 28 car. 71
Magiſtratus qui publicas pecunias in uſus ſuos cõuertit maxi. uſuras præſtare uice cuiuſdam pœnæ debet, ibi. nu 39 car. 74
Mercatura publicis ſpeciebus fieri nequit, ibi. nu. 40 car. 74
Mercatura quandoque conſtitutionibus locorum iuſta de cauſa arctatur, et exempla ſubijcit, ibi. nu 44 car. 74
Mercatoribus qui res uenales ad quottidianum hominum uictum neceſſarias expoſuere precium moderari poteſt, et exempla in pannis et unde quod de penſionibus domorum ſubijciuntur, ibidem. numero. 51 car. 75
Mercator ſi paciſcatur in nundinis Ricinenſium centum ſolui et ſi debitor præſtituto die non ſoluerit pro intereſſe decem dari an ualeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

pactio in tit. de contract. nu. 2 car. 77

Mercator ut lucrum ceſſans conſequi poſſit, quæ debeat probare: ibid. nume. 3 car. 78

Mercatori tradens pecuniam ut lucrum & damnum ſentiat, num poſſit petere ubi uoluerit ut ſibi, à mercatore rationes reddantur, diſtinguitur & diſtinctionis fœdere diſſentientes doctores ad concordiam redegit, ibi. nu. 8 car. 79

Mercator ſi ad lucrum & damnum pecunias mutuas recepit, & ſe damnum deinde paſſum affirmat ut puta naufragij nõ ſit ſtatutũ tempus, à iure eidem ad faciendum fidem de prædictis, & quod teſtes ſuper naufragio in loco in quo caſus euenit, minus legitimæ recepti probent, ibi. nu. 9 car. 80

Mercatores qui merces per tranſennam ſeu foramina in uendendo ſeu permutando oſtendunt reprehenduntur, ibidem. num. 11. car. 81

Mercatores ſcribunt Titius & ſocij de qua formula multa, ibid. numero. 17 car. 85

Mart. Silimanus max. Iuriſconſul. dicere conſueuerat illas ſententias tenendas eſſe, quas prudentes commendant, in tertia parte tract. ſpons. nu. 5 car. 109

Matrimonium debet eſſe liberum ideo promiſſo adiectæ pœnæ non tenet. in quarta parte trac. de ſpons. nu. 5 car. 111

Mercator ſciens biduo aut triduo proclamationem fieri quo frumẽtũ uilius uendi præcipietur ſi ob id tacens frumentum uendidit ad id quod intereſt emptor contra eum poteſt agere, in eo. tract. & ead. parte in qua quæſtiones proponuntur, uerſi. item quæro Vincentius &c nume. 2 car. 120

Mandata ex officio atque amicitia originem trahunt, & in uſu frequenti ſunt, in tit. mandati. nu. 1 car. 85

Mandans Benedicto debitori ſuo, ut centum quæ ſibi debet perſoluat Pandulpho cui tantumdem debet ſi Benedictus non ſoluit ſed promiſit an mandatum impleuiſſe ſeu exceſſiſſe dicatur, & an cenſeatur facta delegatio, & an mandatum huiusmodi poſſit reuocari, ibid. nu. 3 car. 85

Mandans in mandato poteſt dare formam, ibi. nu. 6 car. 89

Mandatum habens ad uendendum ſeu locandum num & ad preciũ, ſeu mercedem recipiendum mandatum habere cenſeatur, ibidem. nume. 23 car. 92

Mandatum habens ad uendendum an poſſit uendere habita fide de precio, ibi. nu. 26 car. 93

Mandatum habens ad recipiendum pecuniam ad certam cauſam, ſufficit ſi aſſeratur ex illa cauſa de qua in mandato pecunia recepta, licet qui recipit mentiatur, ibi. nu. 27 car. 93

Mercator ſi uendidit Abbati pannos induendi gratia eius monachos, quod obliget monaſterium licet mutata uolunt ate in alios uſus uerterit, & quomodo intelligatur, ibi. nu. 28 car. 93

Mandatum habens ad recipiendũ ſolutiones terminum ad ſoluẽdum prorogare non poteſt, ibi. nu. 29 car. 95

Mandatarius an uſuras quas ſoluit ex mandato ſibi iniuncto de recipiendis pecunijs mutuis ſub uſuris poſſit repetere, & an teneatur nominare ſeu probare perſonas, quibus uſuras ſoluit, ibi. nume. 31 car. 94

Mercatores qui ex mandato iniuncto merces uendunt ad diem, ſi interim emptores mercium decoquunt num mandati actione ex eo quod minus legitime mandatum curauerint, teneantur, ibidem nume. 39 car. 96

Mercatores qui alienas merces uendunt ad diem & ſuſcipiunt nominum periculum certa mercede conſtituta, ut puta trium aureorum ſolarium pro quolibet centenario ſi emptores mercium non ſoluendo ſiant, an teneantur, ibi. nu. 37 car. 97

Mandatum niſi gratuitum nullum eſt, & interueniente pecunia ad locationem potius reſpicit, ibi. nu. 38 car. 97

Mercatores Anconitani mandarunt mercatorib. Neapolitanis ut merces emerent & eaſdẽ mari Anconam tranſmitterẽt cũ fideiuſſione ſeu aſſecuratione & clauſula de non transferendo merces exoneræ ta naui in aliam quod credebatur fieri poſſe ſolutis ſeptem pro centenario quolibet num ſi Neapolitani tranſmiſerint cum aſſecuratione ſine tamen dicta clauſula quoniam aſſeruerũt cum clauſula inueniri nõ potuiſſe niſi ſolutis quindecim pro cẽtenario & merces in aliam nauim tranſlatæ perierint Neapolitani mercatores teneãtur, ibidem. numero. 39 car. 97

Mandatum iuxta ſolitum interpretatur & ad ordinaria non extraordinaria refertur, ibi. nu. 41 car. 98

Mandata ſi duo ſint alterum adimplere non ſufficit, ibidem. nu. 42. car. 98

Mandatarius quod teneatur de dolo, & leui culpa et natura mãdati negocij inſpicienda ſit, ibi. nu 45 car. 99

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mandatum ad merces emendum datum declaratur ex his emptis ad quem periculum pertineat relatiue, ibi. nu. 46 car. 99

Mandatum re integra domini morte finitur declaratur relatiue, ibid. nume 48 car. 99

Mandatum poteſt fieri poſt mortem duraturum et de procuratore ſolito conſtitui in teſtamentis mercatorum quadam notabilia, ibid. nume. 49 car. 99

Mandatum plenum illam interpretationem recipit quatenus ex fide reſagatur, ibid. nu. 50 car. 50

Mercatores ſuſcipientes mandatum aliquid gerendi si facere omittunt, ad omne damnum quod paſſi ſunt mandantes tenentur, ibi. nu. 51 car. 50

Mercatores qui mercatorum abſentium ſine mandato negocia gerunt & culpam & dolum praſtare debent, & quandoque caſum, ibi. nu. 52 car. 50

Merces uænales in generali bonorum obligatione continentur, in calce tituli de contrac. uerſi. reliquum. nu 1 car. 100

Merces uænales an in legato generali comprehendantur relatiue. ibidem. nu 2 car. 101

Merces uænales in obligatione bonorũ nõ continentur ubi ad certum locum obligatio eſt relata, quod declaratur, ibi. nu. 3 car. 101

Merces uænales an in tacita hypotheca contineantur relatiue, ibidem nume. 4 car. 101

Merces futuræ an ueniant in generali mercium obligatione, ibidem. nume. 6 car. 101

Merces si obligentur quod nõ propterea alienatio earũdem impeditur ibid. nu. 7 car. 101

Merces uænales illæ dicuntur obligatæ quæ reperiuntur apud obligantem tempore quo agitur, ſeu tempore quo aſtio oritur, & si mora poſſit imputari creditori quod imputetur sibi, ibidem. nume. 8 car. 106

Mercatura in nauigatione ualde uerſatur, in prima parte tract. de nautis. nu. 1 car. 124

Magiſter nauis eſt cui totius nauis anchora mandata eſt, & generaliter qui dicantur magiſtri ibidem dicitur, eodem in loco. nume. 5 car. 125

Meſonauta uilis mancipij nomen, ibi. nu. 14 car. 125

Mercatores, qui pecunias uehendarum mercium cauſa dant conductores appellantur, in ſecunda parte tractatus de nautis, numero 2 car. 126

Magiſtris nauium & nautis caſum probare ſat eſt, & qui eorum culpa caſum eueniſſe aſſerit probare debet. ibi nu 6 car. 126

Mare homini potenti, & crudeli comparatur, in tertia parte tract. de nautis. nu. 20 car. 132

Magiſter nauis qui recuſans ordinarium uectigal ſoluere portum non petit, si naufragium fecit tenetur, ibi. nu. 37 car. 134

Mercatores si nautæ ſarcinulas ligatas, ſeu signatas tradidere, & uel aperte uel reſignatæ reſtituuntur, quibus remedijs mercatoribus, ijsdemque dominis conſulatur relatiue, in quinta parte trac. de nautis uerſi. uulgaris illa. nu. 1 car 140

Merces ubi ſunt amiſſæ, uel deteriores redditæ culpa nautæ aſtio conductoribus datur uel contra magiſtrum nauis, uel dominum nauis in ult. parte tract. de nautis. nu 3 car. 144

Magiſtri nauium & nautæ qui merces uehendas accipiunt, & ex hoc mercedem locatores dicuntur mercatores uero qui pecunias uehendarum mercium cauſa dant conductores appellantur, in tertia parte tractatus de nauibus. nu. 2 car. 155

Mutuans in cibaria nautarum, uel ad armandum uel ad reficiendum nauium, uel in merces, ut ſalute fiat, uel inſtruendam quod priuilegium habeat, & quod ibid. nu. 30 car. 161

Merces ſi dubitetur an ſint magiſtri nauis uel alterius ad cõiecturas confugiendum eſt, ibid. nu. 32 car. 162

Mandatum præpoſiti ad recipiendum merces eſt diligenter inſpiciẽdũ, in prima parte tract. de nauigatione. nu. 12 car. 165

Mandans Cornelio ut cum naui Byſantium proficiſcatur & conueniens quod in loco dabuntur à Titio pecuniæ onerandi cauſa nauim ſi Titius pecunias non numerauit, & naui uacua Cornelius reuertatur ad damna & id quod intereſt tenetur ibidem, numero. 19 car 169

Magiſter ſeu dominus nauis non præsumitur à nautis quibus imperare poteſt inuitus ad aliquid dicendum uel gerendum compulſus. ibid. nu. 23 car. 170

Mercator eſſe deſinit ubi officium mercaturæ deſeruerit item et morte in ſeptima parte prin. trac. nu. 1 car. 171

Mercator deſinit eſſe ubi pœnæ cauſa negociatione illi iudex interdixit. ibid. nu. 2 car. 171

Universidad de Deusto Biblioteca


Mercator, quòd eſſe deſinat aliis modis relatiue. ibidem. nu. 3. car. 172

Mercatores qui labefactata fide decoxerunt, & in decoctione aliquid fraudis admiſerunt in tantum mercatores eſſe deſinunt, ut ulterius mercaturam exercere non poſſint. ibidem. nu. 4 car. 172

Mercatores, qui conſilium conturbandi inierunt ſi ſe in ſoluendo gratioſos reddunt aliquibus quomodo conſulatur creditoribus. in tertia parte tract. de decoctorib. nu. 26 car. 182

Mercator ſi cum conſilium fugiendi iniuiſſet merces ab alio emit mercatore, quod ſecuta traditione dominium non intelligatur translatum. ibidem. nu. 31 car. 183

Mercatores cum ſe iam decocturos ſciunt, ſolent eſſe fallaces, et cum dolo malo faciũt niſi ſit alia de dolo datur actio. ibid. nu. 33. c. 183

Maritus ſi lucrũ dotis quod a ſtatuto defertur, remiſerit uxori, quod a creditoribus tanquam in fraudem reuocari non poſſit. ibidem. numero. 37 car. 184

Mandatum reuocatur ipſo iure ubi deterioris conditionis mandatarius effectus eſt, & limitatur, & declaratur in ſequentibus. ibidem numero. 50 car. 186

Mandans ſi ſtatum immutauerit, an mandatum cenſeatur reuocatum, relatiue. ibidem. nu. 53 car. 186

Mercatori, ſeu campſori dicens quod ſoluat Titio illud quod ſibi debetur, uum ſi campſor promiſerit, liberetur. in quinta parte tractatus de decoctorib. nu. 5 car. 197

Minor pars creditorum diſſentientium poteſt agere ad ſolidum debitum contra fideiuſſorem pro debito obligatum pactione inita a maiori parte non obſtante, idque declaratur. in ſexta parte tracta. de decoctorib. nu. 14. car. 207

Minor pars creditorum diſſentientium, ſeu unus ex eis uolens probare creditum unius, uel plurium creditorum aſſentientium remiſſioni partis debiti decoctori fiendæ fictitium eſſe audiri debet. ibidem. nu. 15 car. 208

Minor pars creditorum poteſt appellare, ſeu prouocare a ſentẽtia maioris partis creditorum iniqua ſuper remiſſione debiti, & de forma, ac effectu prouocationis. ibidem. nu. 17 car. 208

Minor pars creditorum, an poſſit aſtringi a maiori parte creditorum ubi eſt altercatio de bonis debitoris præter tres enumeratos caſus ab Aff. deci. 288. diſputatur ibidem. nu. 21 car. 210

Mercatores falliti, ceſſantes, & fugitiui poſſunt torqueri, ut indicent pecunias ipſis datas ad mercandum, quas nunc denegant habere. in ſeptima & ultima parte tract. de decoctorib. nu. 2 car. 213

Mercatores fugitiui pro confeſſis habentur. ibidem. nu. 11 car. 215

Mercatori ſine hærede decedenti ſuccedit collegium mercatorum. ibidem. nu. 17 car. 217

Mercatores, & decoctores ſolent uaria crimina admittere, & quæ ſint, enumerantur. ibidem. nu. 19 uſque ad nu. 24 car. 219

Menſuræ, & pondera quod iuſtæ, & iuſta eſſe debeant, & de pœnis infalſantes. ibidem. nu. 23 car. 219

Mercatores ſolent ſecuta alicuius decoctione in unum conuenire, & tres, aut quatuor ex eis cum pleno mandato conſtituere, idque commendatur. ibidem. nu. 24 car. 219

Merces uenditæ ſi non extant quod in alijs locum earum ſubrogatis non cenſeatur inducta hypotheca. in ultima particula ultimæ partis tract. de decoctorib. nu. 8 car. 235

Mutuans ad merces emendas caret hipotheca, et ſolum in perſonalibus habet priuilegium, eſt enim ſpeciale in pecunia pupillari ad rem emendam quod hipotheca competat ibidem. nu. 10. car. 236

Mercator qui in uarijs, & diuerſis locis habebat traſſicum unius negotiationis ſi decoxerit, quod creditores omnes non ſint confundendi, ſed ſeparatim in quocunque loco uocandi, in eo tamẽ quod ſupereſt alij admittuntur. ibidem. nu. 20 car. 238

Mercator qui duas negociationes exercuit, & ſeparatim habuit creditores ſi decoxerint ſeparatim in qualibet negociatione uocantur creditores. ibidem. nu. 21 car. 238

Mutinenſis, qui emit merces Bononiæ, ſi Mutinæ ad precium conueniatur ſeruandum eſt ſtatutum Bononienſe, quod litis deciſionem reſpicit, & cur diuerſum in eo, qui mercator non eſt, & a mercatore conuenitur, ut mercatorum ſtatutum non ſeruetur quando non adeſt populi, uel principis confirmatio. in prima particula ultimæ partis prin. trac. nu. 12 car. 249

Mercatores, an poſſint ſtatuere, ut pater pro filio teneatur. ibidem. numero. 15 car. 250

Mercatores quod poſſint ſtatuere cimatores in poſterum non accedere cum emptoribus ad eorum tabernas licet accedere conſueuerint inſpiciendi gratia qualitatem pannorum ibidem. numero. 21. car. 251

Mercatores non poſſunt ſtatuere, quod nullus ex eis poſſit alium in

Univerſidad de Deusto
Biblioteca

ius uocare coram præſide, ſed tantum coram conſule. ibidem. numero.24 car.251

Mercatores inter alias perſonas eis non ſubiectas ſtatuere non poſſunt, niſi ſe foro ſubijciant, uel agant, ſi enim agunt reconueniri poſſunt. ibidem. nu.25 car.251

Matriculatus in diuerſis artibus, ſeu negociationibus ubi ſit conueniendus. ibidem. nu.26 car.251

Mercatores poſſunt decernere, quod priuatæ ſcripturæ fides habeatur. ibidem. nu.28 car.252

Maior pars conſulum, an ſufficiat, ut quod factum eſt ualeat, præſertim alijs abſentibus, & irrequiſitis. in ſecunda particula ultimæ partis principalis tract. nu.3 car.259

Mercator ab eo, qui mercator non eſt, cauſa & occaſione mercaturæ coram conſulibus conueniri poteſt. ibidem. nu 14 car.261

Mercatores, an poſſint de delictis cognoſcere, & multam indicere. ibidem. nu 15 car.261

Mercator qui deſijt mercaturam exercere pro his, quæ geſſit tempore quo mercator erat, & quæ ad mercaturam pertinebant coram conſulibus mercatorum conueniri poteſt. ibidem nu.16 car.262

Mercator forenſis, qui Anconæ tabernam, pergulam, ſeu menſam habet ratione contractus, uel quaſi Anconæ poteſt conueniri et ſi domicilium non habeat coram præſide, uel conſule, in his tamen quæ ad mercaturam attinent ibidem nu.18 car.262

Mercatores Florentini, qui menſam nummulariam certo loco exercent, tenentur ibidem ſe defendere in his, quæ ad menſæ rationem pertinent, nec excuſandi ſunt ſi Florentiã codices rationum tranſmiſiſſe dicant, quia afferri lex iubet ſumptibus, et periculo eorum. ibidem. nu.19 car.262

Mercator forenſis, qui nec tabernam, ſeu menſam, aut pergulam Anconæ habebat, ſi merces emit habita fide de precio, aut uendidit præſenti pecunia habita fide de rebus ſi is receſſurus ſit, nũ Anconæ conueniri poſſint, & quid ſi fides non eſt habita de precio, uel rebus. ibidem nu.20 car.262

Mercatores Florentini, qui Anconæ inſtitores habent, poſſunt ibidem ex eorum contractibus conueniri directa, uel utili inſtitoria. ibidẽ. numero.21 car.263

Menſa poteſt conueniri et ſi plures menſæ ſint in diuerſis locis principalis conuenietur ſi alia ei accedant. ibidem. nu.22 car.263

Mercatores, qui ad nundinas profecti ſunt, non poſſunt nundinarũ tempore in ipſis nundinis, et ſi pergulam habeant, ab his, qui nundinas impetrarunt, conueniri, ab alijs uero mercatoribus, qui cum eis contraxerunt, poſſunt. ibidem nu.23 car.264

Mercator num ex aſſidua conuerſatione in loco forum ſortiatur. ibidem. nu.24 car.264

Mutuum a mercatore mercatori factum præſumitur factum, & uerſum in cauſam mercaturæ. in tertia particula ultimæ partis princ. tract. nu.4 car.269

Mercator unam cauſam in libello proponens, & aliam probans non ſuccumbit, & quomodo intelligatur. ibidem. nu.7 car.279

Mercator ſi directam actionem inſtituit, cum utilis ſibi competit, non ſuccumbit. ibidem. nu.8 car.270

Mercator agens ex numeratione, & confeſſionem probans, an ſuccumbat. ibidem. nu.15 car.271

Mercator unus quandoque ſcribit nomen alterius, in libellis tamen hæc abuſio non procedit. ibidem. nu.16 car.271

Mercator faciens ſequeſtrationem mercium alterius mercatoris, & nihil probans, quod reuocata ſequeſtratione per ſententiam damna, & intereſſe peti poſſint, licet in ſententia, uel dictum de his fuerit ibidem. nu.18 car.271

Mulier an poſſit eſſe procuratrix in foro mercatorum. in tit. de exceptionib. nu.1 car.273

Mercatores, & campſores, ac nummularij exceptionem excuſſionis, an poſſint obijcere. nu.5. ibidem car.274

Mercatores admonentur ne fidant ſimplicibus apochis clam factis, & a nemine ſubſcriptis. in tit. de probationib. nu.10 car.276

Mercatores accipientes literas, & tacentes ubi præiudicant, & quomodo intelligatur. ibidem. nu 14 car.277

Mercatores, qui ſe æquitatis magiſtros credunt, quod longe errent, et æquitas melius cognoſcatur a Iuriſconſultis. in ultima particula prin. trac. nu.1 car.284

Mercatores in dicendis ſententijs conſulere debent Iuriſconſultos, bonoſque uiros ubi cauſæ expoſtulant. ibidem. nu.3 car.285

Mercatores non putent ſe clementiores, aut æquiores lege, & de legibus ſeruandis pulchra. ibidem. nu.4. & ſeq. car.285

Mercatores oportet ſeruare æquitatem, & circunſtantiis a lege conſideratas, & pulchra dicta referuntur. ibidem. nu 5 car.285

Univerſidad de Deusto Biblioteca



Nomina uerbalia alicuius officii ſignificatiua, quod quis ſua autoritate, ſeu optione ſumit, unico actu non uerificatur. in prima parte prin.trac.nu.7 car.5
Nomina a profeſſione dicta profitendo acquiruntur, nomina uero dicta a conſuetudine, ſeu ab actuum generalitate uſu, & exercitio acquiruntur, non autem ex unico actu.ibidem.nu.10 car.6
Nauicularii, & negociatores publici, qui fuerint.ibidē.nu.62. car.17
Negociatores quando a muneribus propter negociationem, quam gerunt, excuſentur.ibidem.nu.64 car.18
Nauis præſumitur illorum eſſe, quorum uexilis nauigat. in ſecunda parte prin.tractatus.nu.72 car.21
Nomina inuenta ſunt, ut homines agnoſcantur, & ſigna, ut res indicentur.ibidem.nu.75 car.22
Nobiles mercaturam facere non poſſunt.in tertia parte prin.tracta. numero.14 car.59
Nobiles mercaturam exercentes amittunt nobilitatem. ibidem. numero.15 car.59
Negociationi, ſeu negociationibus pœnæ cauſa interdici poteſt.ibidem numero.34 car.64
Negociatione licita nemo eſt prohibendus, & nemo in prohibita exerceat ſe.in quarta parte prin.trac.nu.51 car.75
Nuda pactio obligationem non parit, exceptionem parit.in tit.de contractib.nu.1 car.77
Nauis uerbum eſt generale.in trac.ſponſionum in quarta parte quæſtione decima uer.item quæritur Alexander.nu.2 car.116
Nauis nomen unde deſcendat.ibidem.nu.3 car.116
Nauis deſcribitur ſecundum uſum loquendi.ibidem.nu.8 car.116
Nil eſt inter homines ſic indubitatum quin ſollicitam dubitationem recipiat, licet illud ſit iuſtiſſimum.in tit.mand.nu.10 car.90
Nautæ uerbum generale eſt, & omnes continentur, qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt.in prima parte tractatus de nautis.numero.3 car.125
Nauarchus princeps nauis dicitur.ibidem.nu.6 car.125
Nomina græca ætimologiam latinam non recipiunt. ibidem. numero.7 car.125
Nauarchi iure militari teſtari poſſunt.ibidem.nu.8 car.125

Nauicularii

Nauicularij qui ſint, ibi.nu.11 car.ead.
Nauigantium tria ſunt genera, ibi.nu.17 car.ead.
Nautæ qui merces uehendas accipiunt & ex hoc mercedem locatores dicuntur.in ſecunda par.trac.de nautis nu.1 car.126
Nauta qui certa mercede operas domino nauis locauit inducēda naui de leuis.culpa tenetur, ibi.nu.4 car.126
Nauta in culpa eſt qui poſt conuentum tempus nauiget, in tertia par. trac.de nautis.nu.3 car.129
Nauta modum in nauigando ſeruare debet, & culpa uacat, ſi agit quod diligens faceret, ibidem.numero 4 car.129
Nauta ſi cum proſperior flatus inuitat, ſine cauſa in portu immoratur demiſſa nauigatione, damnum mercatoribus ſarcire tenetur, ibid.nu.5 car.129
Nauis cum uentis committitur non quo uult nauta, ſed quo flatus impellit illuc eſt curſus, ibi.nu.7 car.130
Nauta qui propter illicitas exactiones publicanorum curſum nauigationis aliquantulum immutat, excuſatur, ibi.nu.8 car.130
Nauta ſoluit uectigal pro naui pro mercibus mercium dominus, ibid. numero 9 car.130
Nauta tenetur ex locato ſi merces ex una naui in aliam deteriorem tranſtulerit, ibidem nu.10 car.130
Nautæ imputatur culpæ qui integrum nauim non præſtat, unde tenetur, ſi merces ex hoc deteriores reddantur, ibidem nume.11. car. 131.
Nautæ culpæ uertitur ſi plus iuſto nauim oneret, ibidem nume.12. car. 131.
Nauis naufragium factum in dubio cenſetur propter ſuppoſitum onus, ibi.nu.14 car ead.
Nauta notatur culpa ſi abſque cautela ignotos homines in naui aſſumpſerit, unde ſi mercium ſubreptio ſubſequatur, tenetur dominis mercium, ibi.nu.18 car.132
Nautæ qui Venetias uadunt, & per lacunas tuto ire poſſunt, ſi mari proficiſcuntur non carent culpa, ibidem, nume.20 car.132
Nauta mercatoribus tenetur ſi illicitas merces in naui immiſerit, & ex hoc omnes publicari contigerit, ibi.nu.22 car.132
Nautæ annumeratur culpæ ſi illicitis inſignibus in naui ſit uſus, & propterea merces ablatæ ſeu amiſſæ fuerint, ibidem numero.23 car 132

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nauta qui Piraticam nauim, à uadis liberauit ſi poſtea, à pirata cum naui captus fuerit, & merces perdiderit tanquam cauſam damni dans tenetur, ibi.nu.25 car.133

Nautæ uitio ac culpæ uertitur ſi nõ impetu uentorum aut tempeſtate coactus ſed imperitia in uada ſeu ſcapulos incidit, ſeu nauim frangit, ibi.nu.32 nu,134

Nautis culpæ non uertitur ſi piſcatores nocte lumine oſtenſo ipſos fefellerint ut credentes ſe in portum recipere, quaſi ſit ubi lumen cernitur, in ſcopulos incidant, ibi.nu.34 car.134

Nauta in uitio eſt ſi non omnes miniſtros in naui neceſſarias adhibuerit, qua de re ſequatur naufragium, ibi.nu.35 car.134

Nauis ſi culpa nautæ exarmari contigerit, nautæ nil præſtandum eſt & ſi conuentum eſt nauim bene inſtructam eſſe, & propter malæ armamenta nauis perierit nauta præſtare debet damnum merciũ amiſſarum, ibi.nu.41 car.135

Nauta in culpa eſt ſi non ligauerit nauim, uel ſi ligauerit malis funibus, uel ſi ligauerit bonis funibus, minus tum diligenter, ibi.nu.42 car.135.

Nauta eſt in culpa ſi mures merces roderint ubi fellem non retinet, ibi.nume.48 car.137

Nauta damnũ mercatoribus præſtare debet quod euenit propter eius inimicitias, ibi.nu.49 car.137

Nauta cum naui captus fuerit à Pirata an præſtare damnũ dominis mercium teneatur, ibi.nu.50 car.138

Nautæ an culpæ tribuatur ſi pluuiali aqua merces madefactæ ex hoc deteriores reddantur, ibi.nu.51 car.138

Nauta eſt in culpa qui contra uoluntatem domini portui alieni ſe applicuerit, ibi.nu.52 car.138

Nauta ſi cum ad nauigandum proſperior flatus inuitaret uocatis loci publicanis obtulerit uectigal ſolitum ſecundum pondus mercium alibi eſtimatum & publicani recuſauerint recipere an ſi, è portu diſceſſerit naui onuſta mercibus merces cecidiſſe in commiſſum dicantur, in quinta parte trac.de nautis.nu.1 car.139

Nauta an poſſit eſſe teſtis, in cauſa domini, eadem parte uerſic.item quæritur.nu.1 car.140

Nauta an cogi poſſit nauigare, ueluti hoſpes hoſpitari. ea.par.uerſi. quæri poſſit.nu.1 car.141

Nauta ſi merces unius marani Archigubernio Cæſaris indicauerit, ut cæterorum maranorũ occultarit an contributioni ſit locus, in trac. de nautis in quinta par.uerſi.ſed nec eſt.nu.1 car.141

Nautæ qui operas ſuas in nauis miniſterio præſtitit an in ipſa naui tacita pro ſeruitio competat hypotheca. in ea.par.et trac.uerſi. & illud in dubium.nu.1 car.143

Nauta quibus actionibus conueniendus ſit relatiue: in ult.par.eiuſd. trac.nume.1 car.144

Nauis exercitium utile & neceſſarium eſt, & ad ſummam reip pertinet: in prima par.trac.de nauib.nu.1 car.145

Nauis appellatione omnia nauigiorum genera continentur. ibid. numero.2 car.145

Naues emphractæ ebipatæ ſeu embatæ quæ ſint & declaratur.l i.§. quadam.ff.de exer.ibi. de nu.4 car.146

Nauis maritima eſt rates fluuiatilis ſecundum Accurſium quod reprobatur, ibi.nu.6 car.146

Nauigium generale uerbum eſt quod & pro nauigatione ponitur.ibi. numero.7 car.146

Nauis partes quæ ſint, in ſecunda parte tracta. de naui.nu.1.car.148

Naues ſub titulis alienis ſeu inſignibus ut neceſſitates publicas euitent excuſari non licet ſub pœnis præſcriptionis earum, ibidem. numero.3 car.148

Nauis paratur ut nauiget & naui ſine alia re ſocius ſocio inuito uti poteſt ſi utiliter agit.ibi.nu 6 car.149

Nauis ſi ſit plurium & non conueniant in eligendo magiſtrum præfertur his qui magis idoneum elegit, ibi.nu.7 car.149

Nauis ſeu alterius rei, ſi duo ſint domini & refectione res egeat alter negligens eſt in reficiendo ſi alius communi nomine refecit, & ceſſans intra quatuor menſes ſumptus errogatos pro portione non reſtituit cauſa uſuris centeſimis qui reficit ius dominij obtinet, ibid. nume.8 car.149

Nauis ſi diſſoluta & refixa & iiſdem tabulis compacta uel refecta ſit an eadem uel alia nauis dicatur, ibi.nu.9 car.149

Nauis ſi ex alienis tabulis refecta uel facta ſit an maneat facientis ſeu reficientis, & quid ſi ex aliena materia, ibi.nu.10 car.150

Nauis ſi tempore quo recedit ex aliquo loco eget refectione, & cum ad deſtinatum locum peruenit tantundem et medio tempore quo nauigauit refectione indiguiſſe præſumitur, ibi.nu.11 car.150

Naui empta cum inſtrumentis ſcapha non debetur et publicata naui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcapha non cenſetur publicata.ibidem.nu.12 car.150
Nauis traditio,& conſequenter nauis dominium,quibus modis tranſlatum dicatur.ibidem.nu.13 car.150
Naui quadam exercuit Titius artem piraticam uendidit,deinde eandem nauim,num his,qui depredati fuerunt a Titio cum dicta naui aliquo iuris remedio conſuli poſsit aduerſus nauis emptorem. ibidem.nu.14 car.151
Nauis,ſeu res alia inanimata non delinquit.ibidem.nu.15 car.151
Nauis ſeruitus imponi nequit,ut ſemper merces alicuius defferat cõuentio tamen iure pacti,& perſonalis obligationis circa id defenditur.ibidem.nu.20 car.152
Nauim uenalitiarum mercium perforans aquilia actione tenetur.ibidem.nu.21 car.152
Nauis tua ui fluminis in agrum meum delata tolli non poteſt,niſi de præterito quoque damno caueatur.ibidem.nu.22 car.152
Naues omnes ſua habent uocabula,& quare.ibidem.nu.23. car.152
Nauium,& planſtrorum præſtationes inter regalia annumerantur. ibidem.nu.25 car.152
Nauis ſi tempeſtate ad portum relata ſit, ſeu ſi hoſtium,uel piratarũ timore portui ſe applicauerit,quod uectigal non debeatur et circa l.caſar.ff.de publi.quadam alia.ibidem.nu.26 car.152
Nauis diuiſionem non patitur,& locus Caſſelij refertur,ac Q. Fabium Labeonem damnatum, qui naues ſecuit diuidendo cum Rege Antiocho.ibidem.nu.27 car.152
Naues ex portu dimittendæ non ſunt,niſi nauclerij deponãt in quam prouinciam ſunt profecturi,ibidem.nu.33 car.154
Nauis aduerſione conducta,non adiecta certa uectura,debetur uectura,tamen ſecundum conſuetudinem,& ita conueniſſe cenſetur. in tertia parte tractatus de nauib.nu.8 car.157
Naues ſi fuit conducta pro uectura mille, & dictum fuit in.l.locationis eſſe duo millium amphorarũ locator præſtare tenetur,ſi minus capiat.ibidem.nu.12 car.158
Nauis ſi fuit conducta certa & expreſſa uectura relata ad nauim, & non adiecto numero amphorarum integra uectura debetur nauis capacitate non inſpecta.ibidem.nu.14 car.158
Nauis ſi fuit conducta ex uectura relata non ad corpus nauis, ſed ad amphoras,& ſarcinulas uectura debetur pro ſarcinulis,et amphoris impoſitis.ibidem.nu.15 car.158
Nauta certa uectura conuenta promiſit Titium in naui ſua ponere, & in loco aliquo exponere,num ſit neceſſarium nautam probare Titium in naui poſuiſſe,uel ſufficiat in naui fuiſſe, & expoſitum in loco conuento conſequendæ uecturæ gratia, & quid in rebus inanimatis quatuor facti ſpecies conſiderantur. ibidem. numero.23 car.159
Nauis onerata ſi conductoris culpa detenta ſit, quia forſan illicitas merces impoſuerit locator nauis uecturam poteſt exigere ibidem. numero.25 car.160
Nauim conducens a prædone,ei recte ſoluit, contra uero ſi a domino prædoni enim non recte ſoluit,& ibidem declaratur. ibidem. numero.18 car.161
Nauigatio neceſſaria periculoſa,ac incerta.in tractatu de nauigatio. nu 1.& ſeq.nu. car.167
Nauigantes,nec inter uiuos,nec inter uita functos cenſentur, ſecundum Biantem philoſophum.ibidem.nu.2 car.167
Naufragis leges conſulunt,& fauent.ibid.nu.5 car.166
Nauigare in mari,ac in flumine publico unicuique licet,prohiberi tamen poteſt ab eo,qui iura regalia habet in illo territorio. ibidem. numero.6 car.166
Nauigatio una,uel plures quando dicantur.ibid.nu.15 car.165
Nauis peritis in negocijs nauticis ſtandum eſt,& quomodo.ibidem numero.25 car.170
Non ſoluendo quis dicatur.in tractatu de decoctoribus.parte ſecunda.numero.4 car.175

## De litera. O

Omnis diſpoſitio a communi uſu loquendi interpretationem recipit. in prima par.prin tract.nu.14 car.7
Obſonatores,& obſonium quid ibidem.nu.47 car.14
Officium artificio mutatur,non autem contra.ibidem.nu.51. car.15
Officium, ſeu ars dicitur nobile ex loci conſuetudine,atque opinione. in ſecunda par.prin.tract.nu.18 car.35
Officiales quem modum in conficiendis rationibus ſeruare debeant. ibidem.nu.57 car.43
Oẽs qui merces emere et uẽdere, ſeu permutare nõ poſſunt,et cõtrahere prohibẽtur mercaturã facere non poſſunt. in tertia parte prin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trac.nu.2 car.57
Officialis temporales ſubditis mercaturam facere prohibentur, idque declaratur,ibi.nu.17 car.60
Opem ad maleficium,ignarus & inſcius maleficij præſtitiſſe dici non poteſt in ſecunda parte ultimæ partis tracta.de decoctoribus. numero.7 car.224
Opem præſtitiſſe nõ dicitur qui mutuauit equum uel arma alicui qui ius dixit ſe iturum & homicidiũ commiſit ſi delictum ignorauit & de ope ac auxilio quadam relatiue,ibi.nu.9 car.225
Occultans debitorem alicuius an faciat ſe eiusdem periculi, ſuccedaneum ſeu conſortem,ibi.nu.12 car.226
Officium magnum & elegans uirtutis eſt præconium, ibidem.nu.24 car. 228.
Obligatio illa dicitur antiquior cuius dies antecedit,licet altera ratione horæ alteram præcedat, in ult.particula ult. partis tracta. de decocto.nu.15 car.237
Obligatio quæ deſcendit ex decreto mercatorum an ſit pretoria & conſequenter arbitraria,in prima particula ultimæ partis prin.tractatus nu.51 car.256

## De litera. P.

Potentius atrahit ad ſe naturam minus potentis ubi duo permiſcẽtur in prima par.prin.trac.nu.52 car.15
Permutatio quomodo diſcernatur,à contractu uenditionis, ibid.numero.57 car.15
Partis nomen declaratur,ibi.nu.82.& ſeq. car.24
Promercal quid ſignificet declaratur,ibi.nu.92 car.26
Præſumptio excluſiua doli mali ex conditione mercatoris accipitur, in ſecunda par.prin.trac.nu.23 car.36
Popularium appellatione an aduenæ incolatum habentes contineãtur. ibi.nu.35.& ſeq car.38
Perſæ ſemper graues populo Romã fuerunt,ibi.nu.44 car.40
Pileati ſerui qui eſſent,& quæ mancipia quæ coronis induta uenibant ibi.nu.76 car.47
Pileus ſignum ſacerdotalis dignitatis,ibi.nu.77 car.48
Priuatis priuatorum ſignis uti regulariter eſt permiſſũ ceſſante fraude ibid.nu.94 car.53
Palatini proceres palatij & conſiliarij mercaturam facere non poſſunt,et quomodo procedat declaratur,in tertia parte prin.tracta. nume.16 car.59
Prodigi qui ſententia ſunt declarati tantundem,ibi.nume.20.car.60
Phrenetici mercaturam facere non poſſunt,ibi.nu.24 car.60
Purpuræ quibus princeps utitur, dum in maieſtate ſedet diſtrahi et uendi prohibentur, in quarta parte principalis tractatus nume.6 car. 67.
Puluis quo utimur in bombardis deferri ad hoſtes non poteſt, quemadmodum cotes ad acuendum ferrum, et idem in ſulphure, ibidem nume.14 car 68
Pœna aduerſus exportantes res prohibitas ad hoſtes quæ ſit de iure pontificio,et quæ de iure ciuili,ibi.nu.17 car 68
Potentia actui prox.in actu habetur,ibi.nu.34 car.72
Primum propoſitum honeſtũ,et licitum inſpiciendum,ib.nu.36.c.72
Pecunia publica mercatura fieri nõ poteſt,et in materia tres facti ſpecies ſecundum Decium proponuntur,ibi.nu.37 car.73
Præfecti annonæ ordinẽ dare poſſunt qualiter quo ordine quãtũue frumenti uendi poſſit quolibet die uel menſe,ibi.nu.47 car.74
Piſcator,Venator et auceps lucrum ceſſans petere non poſſunt,et quare,in tit.de contrac.nu.5 car.78
Pactum quod de damnis ſtetur ſimplici uerbo ſeu iuramento quod ualeat,et declarationes ad conuentionem eo in loco.nu.6 car.79
Pactum in pecunia mutuata quod ſalua ſorte ita quod de ea nõ eatur in dubium lucrum diuidatur an ualeat,ibi.nu.7 car.79
Pater et filius ſi in eodem inſtrumento ſe precium aut aliud quidpiam recepiſſe fateantur an alter tantum uel potius uterque recepiſſe præſumatur,ibi.nu.10 car.81
Pœna quæ ex partium conuentione proficiſcitur an cenſeatur contra æquitatem.et quod Tit.de conſtituta pecunia ſit factus propter mercatores,ibi.nu.22 car.83
Pœnæ legales non debentur in foro conſcientiæ conuentionales debentur etiam ſi nihil interſit,ibi.nu.23 car.84
Panthera de quo in l.emptorem in.§.ſi.ff.de act.emp.quod ſignificet declaratur ſecundum Budeum,in trac.ſpon.in quarta parte uerſi. ex prædictis.nu.2 car.113
Portus quis dicatur,ibi uerſi.uidi etiam.nu.2 car.115
Procurator ad recipiendum mutuas pecunias, ſeu ſolutionem et quie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tandum non fines mandati exceſiſſe dicatur, ſi in inſtrumēto ſola conſeſſio contineatur, in tit. mandati, nu. 4 car. 85

Perſona in literis ſeu inſtrumētis nominata præſumitur eſſe, ſi literas ſeu inſtrumenta penes ſe habeat, nec requiritur ut iura etiam habeat, ibi. nu. 30 car. 93

Probatione remota an cēſeatur remota nominatio, & an probationis appellatione ueniat nominatio, ibi. nu. 33 car. 94

Pecunia aliunde habita quam a creditore quod ueniat in generalī bonorum obligatione, & quare pecunia quæ mutuo recipitur non ueniat, in titulo de contractib. circa finem, uerſi. reliquum eſt, numero. 5 car. 105

Proreta dicitur qui proræ inſiſtit, ſeu proræ præfectus eſt, in prima parte trac. de nautis. nu. 10 car. 125

Perſonæ qualitas ſpectanda eſt, in tertia parte trac. de nautis. nu. 27. car. 133

Piratæ militant inſtar catulorū in ſylvis, hoſteſq; publici, & infames ſunt, & militiam exercere non poſſunt, ibi. nu. 29 car. 133

Piratæ hoſtibus fidei, et principis comparandi ſunt, poſſuntq; impune deprædari quia ſunt ipſo iure diffidati. ibi. nu. 30 car. 133

Piratæ ſunt latrones maritimi, & ter in anno ore pontificis excommunicantur, ibid. nu. 31 car. 133

Priuati naues habere non prohibentur, exceptis ſenatorib. & qui prouinciam adminiſtrant in ea nauim fabricare non poſſunt, in ſecunda parte trac. de nauib. nu. 2 car. 145

Piratæ res licet unicuiq; occupare, quia hoſtib. cōparātur, & ſunt ipſo iure diffidati, & quomodo intelligatur, ibi. num. 16 car. 151

Promittens per ſe nauim fabricare per alium faciens non liberatur, ibi. nu. 28 car. 153

Prohibitum ſi ſit uendi & exportari lignum an ſit prohibitum uendi, & exportari nauim. ibi. nu. 30 car. 153

Præpoſitus recipiendis mercib. qui uulgo ſupra carico appellatur non poteſt diem conuentum ad nauigandum inter magiſtrum nauis et dominum proferre niſi in mandatis habeat, in trac. de nauiga. nume. 11 car. 165

Promittēs nauigare Raguſiū à portu Anconæ intra duos mēſes quo ſatiſfecerit promiſſioni ſi inceperit nauigare licet Raguſium non peruenerit, & idem in conuentione de nauigando & in eo qui promiſit Romam proficiſci, ibi. nu. 13 car. 165

Plumbatæ quid ſignificet, et declaratur l. quilibet. C. de decu. in tertia par. trac. de decocto. nu. 4 car. 178

Plumbatura quid ſit, quid ferruminatio relatiue, ibidem. numero. 5. car. 178.

Pœnæ aduerſus mendaces relatiue, ibidem. nu. 17 car. 180

Proœmium legis, uel ſtatuti mentem oſtendit, & finalem cauſam demonſtrat ubi ex eo infertur, in quarta parte trac. de decoctoribus. nume. 3 car. 189

Præſumptio quæ eſt contra decoctores eos ad euidentiorē rerum demōſtrationem arctat, non autem eſt iuris, & de iure, ibidem. nu. 7. car. 189.

Paupertas probatur ex ceſſatione & fuga, in quinta parte tractatus de decocto. nu. 11 car. 199

Pactum à maiori parte creditorum pro modo debiti & pro numero perſonarum de partis debiti remiſſione cum decoctore ſeu eius herede num noceat minori parti diſſentienti plene diſputatur, in ſexta parte tractatus de decoctoribus, numero quinto car. 204.

Pactum remiſſiuum partis debiti factum, à maiori parte creditorum ut minori parti diſſentienti officiat, quæ requirantur, ibi. numero. 9 car. 205

Pactum factum à maiori parte creditorum cum futuro herede uel decoctore an minori parti diſſentientis noceat habenti pignus uel hypothecam diſputatur, ibi nu. 13 car. 207

Pactum factum, à maiori parte creditorum cum decoctore uel herede debitoris, an priuilegiarijs creditoribus obſit, ibidem nume. 16 car. 208.

Pactum factum à maiori parte creditorum cum herede debitoris, ſeu decoctore non obeſt minori ubi reperiuntur bona, ibidem numero 18 car. 208

Perſona ſi clara ſit ueluti ſenatoris, & in ea cauſa ſit, ut bona eius ueneant curator dandus eſt, & ſi bonis non ceſſerit, in ſeptima et ult. parte trac. de decocto. nu. 8 car. 114

Proxenetæ uel alij ſciētes aliquem facultatibus labi lucri cauſa alicuī affirmantes illum idoneum eſſe de dolo actione tenentur. contra uero ſi non lucri cauſa: in ſecunda parte ult. partis tractatus princ numero. 34 car. 231

Pactum quod res uendita ſit obligata ſufficit ſi in eodem inſtrumen-

Universidad de Deusto Biblioteca

ro poſt rei traditionem adijciatur. in ultima partic. ult. par. tract. de decoctorib. nu. 6 car. 235

Promittens aliquem indemnem cōſeruare non ſub conditione, ſed per modum cauſæ ad diem obligatus cenſetur, cum ſcilicet damnum paſſus fuerit. ibidem. nu. 14 car. 236

Priuilegia non ex tempore eſtimantur, ſed ex cauſa etſi eiusdem titu li fuerint, concurrunt, licet diuerſitas temporis in his fuerit. ibidem. nu. 19 car. 238

Priuilegiarij, & hipothecarij creditores in tributum non uocantur. ibidem. nu. 23 car. 240

Priuilegiarij creditores habent ius reuocandi pecuniam ſolutam, & bona fide conſumptam. ibidem. nu. 30 car. 241

Præceptum reproductum loco petitionis defendendum eſt inter mercatores, & in eorum curia loco libelli, & de præceptis multa relatiue. in tertia particula ultimæ partis prin. tract. nu. 10 car. 270

Petitio generalis inter mercatores in eorum curia etiam parte opponente defenditur, dummodo tanta non ſit incertitudo, quæ rei defenſionem tollat. ibidem. nu. 11 car. 270

Pater qui filium ſuum negociationi præpoſuit, an poſſit conueniri non facta prius excuſſione. in tit. de excep. nu. 6 car. 274

Probationes minus legitimæ, an admittantur in curia mercatorū pro legitimis. in tract. de probationib. nu. 1 car. 279

Probationes ſunt arbitrariæ, & iudices mercatorum exprimere debent cauſam quare fides ſit habita probationibus minus legitimis uel contra. ibidem. nu. 2 car. 280

Publicatio teſtium fieri debet in curia mercatorum. ibidem. numero. 3 car. 280

Priuatæ ſcripturæ tria ſunt genera, & quæ ſint, declaratur. ibidem. numero. 8 car. 280

Præcepta multa, & uaria conſulibus mercatorum traduntur. in ultima particula prin. tract. nu. 10 car. 281

De litera Q.

Quæſtio, an intromittens in ciuitatem uegetem muriæ ſeparatam a ſalſamentis incidat in prohibitiones de ſale factas. in quarta parte prin. trac. nu. 32 car. 71

Qualitates & accidentia, quæ rebus adduntur, differentiam ſpecificam non conſtituunt ſubſtantialia uero conſtituunt in trac. ſpon. in ea par. in qua quæſtiones ſubijciuntur uerſi. item quæritur Alexan. nu. 4 car. 116

Qua actione ex ſpōſione agendum ſit disputatur et deciditur in eod. tract. par. ult. nu. 1 car. 121

Quam quisque norit artem in illa ſe exerceat, in tract. de naut. par. ter. nu. 33 car. 134

Quomodo probetur quod quis ſciat bona ſua creditoribus non ſufficere relatiue in tertia parte tractatus de decoctorib. numero. 35. car. 184

Quæſtiones uariæ quæ contingunt ex eo quod non ſoluendo aliquis factus ſit in eodem tractatu, parte quinta. numero. 14 car. 200

Quæſtio notabilis in materia hypothecæ circa prioritatem in eo. trac. ult. parti. ult. par. nu. 12 car. 236

Quæſtio notabilis ad diſcernendum num una uel plures ſint negociationes. ibid. nu. 25 car. 240

Quæſtiones mercatorum ex bono et æquo cognoſcendæ ſunt in quo genere plerunque ſub autoritate iuris ſcientiæ pernitioſe erratur, in ultima particula ultimæ par. prin. nu. 2 car. 284

De litera. R.

Reijciendi procul à patria relegandique ſunt qui præſenti pecunia uilius emunt res ut dilata ſolutione charius uendant et an poſſint excuſari à pœna propter conſuetudinem in prima parte princi. trac. nu. 35 car. 11

Religio non læditur ab eo qui ſcienti ualorem rei pluris uendiderit ſi tamen is neceſſitate ductus non emit et an bono uiro congruat decipere in ſecun. parte prin. trac. nu. 7 car. 32

Rex Francorum ſi Regi Angliæ bellum indixerit merces ſiue licitæ ſiue illicitæ exportari, è loco ad locum non poſſunt ibidem. numero. 49 car. 14

Rationes in codice deſcriptæ cauſam continere debent et incerta uel obſcura cauſa non ſufficit coniecturalis uero ſufficit, ibidem numero. 60 car. 16

Rationes in codice mercatorum et diem et conſulem an debeant continere ibidem. nu. 61 car. 17

Univerſidad de Deusto Biblioteca

Ratio naturalis, ac rationabile dictum inſtar legis mouere debet, & rationem, uel legem quærere ubi naturaliter ſentimus eſt infirmitas intellectus, et multa notabilia de ratione. ibidem. nu. 81 car. 23

Res publicæ ex ſigno publico euidentiſsime demonſtrantur. ibidem. numero. 87 car. 25

Reſtitutio ut concedatur, tam in ciuilibus, quàm criminalibus, quid ponendum, quidue probandum ſit, remiſsiue. in tertia parte princ. trac. nu. 28 car. 68

Recipientes pecunias publicas tempore penuriæ emendi gratia frumentum in aliquibus regionibus, et dictis pecunijs negociãtes acriter puniuntur in. 4. par. prin. trac. nu. 41 car. 74

Roſtrum quod naui apponitur magis additamentum eſt, quàm pars nauis, et roſtratæ naues cur dicebantur. in trac. de ſponſion. in ea parte in qua quæſtiones inſeruntur. uerſicu. item quæritur Alexãder. &c. nu. 5. et ſeq. car. 116

Remedium. l. ij. C. de reſcind. uendi. non competit ei, qui ſciens, prudensque rem dimidio minus iuſti pretij uendiderit. ibidem. uerſic. quare igitur facta eſt. nu. 2 car. 117

Relatum cenſetur eſſe in referente in tantum, ut diſpoſitio a relato limitationem recipiat, et alia. in tit. mandati. nu. 13 car. 81

Repugnantia euitanda eſt ibidem nu. 14 car. 82

Remiges hi ſunt, qui remos agunt. in tractatu de naut. parte prima. numero. 15 car. 82

Res inuectæ, et illatæ in naui conducta pro uectura nauis tacite ſunt obligatæ etiam cum priuilegio prælationis aliorum creditorum etiam anteriorum. in trac. de nauib. par. 3. nu. 29 car. 161

Regula iuris in his quæ ad plures pertinent, ut ſingulos omnium conſenſum adhibendum eſſe declaratur. in trac. de decoctor. par. ſexta. numero. 8 char. 205

Regula iuris exceptio, quæ reo competit, et fideiuſſori competere in caſu notabili limitatur. ibidem. nu. 15 car. 207

Regula illa fruſtra de pœna laborat, qui rem conſecutus eſt. declaratur in eodem trac. de decoctorib. in ſecunda parte ultimæ partis: numero. 15 car. 226

Receptator quis dicatur, et quæ requirantur in receptatione. ibidem. numero. 26 car. 228

Ratione partis totum cuſtodiri poteſt. ibidem. nu. 29 car. 228

Rationes etiam cancellatæ communes ſunt. ibidem. nu. 30 car. 228

Regula prior in tempore potior in iure procedit etiam ratione horæ, et ratione ordinis ſcripturarum, et ad eam notabilis declaratio in eod. trac. in ult. par. ult. par. nu. 13 car. 234

De litera S.

Statutum ſi de mercatore meminit, intelligitur de eo mercatore, qui ſecundum uſum cõmunem loquendi pro mercatore habetur. in prima par. prin. trac. nu. 13 car. 7

Superflua non debent eſſe in legibus, quod declaratur multis modis. ibidem. nu. 45 car. 13

Si aliquis tanquam mercator uocatur ad aliquod munus tabellionũ, et peritus eſt in utraque arte, cui magis debet audire. ibidem. nu. 55. et ante. car. 15

Statutum ſi dicit ex qualibet contractu uectigal ſolui, an ex recognitione ſolui debeat. ibidem. nu. 84 car. 24

Statutum ſi dicit maleficia qualibet ſindicum communis denunciare oportere, quòd teneatur denũciare etiam maleficia, quæ impune admitti poſſunt, et quæ non ſunt proprie maleficia. ibidem. numero. 85 car. 24

Solon iuuenis ad mercaturam ſe contulit. in ſecunda parte princip. trac. nu. 2 car. 31

Sapientiſsimi uiri mercaturam exercuere, et de mercaturæ commodis ibidem. nu. 3 car. 31

Saraceni dicuntur, qui nec uetus, nec nouum teſtamentum recipiunt, ſeu deos plures colunt. ibidem. nu. 42 car. 39

Saracenorum ſecta minus mala, quàm ſecta hebræorum. ibidem. numero. 46 car. 41

Societas proſecuta, ſeu renouata ex præfatione codicis oſtenditur. ibidem. nu. 54 car. 42

Stigmata militem, habitus clericum, ſtola ſacerdotem, & cuccula monachum oſtendunt. ibidem. nu. 74 car. 47

Signa publica autoritate conſtituta ſignificandæ, atque demonſtrandæ alicuius ſingularitatis gratia propria autoritate ſumere non licet, uel eis uti ſub pœna. ibidem. nu. 93 car. 52

Signum finita ſocietate, ſeu diuiſa apud quem remaneat. ibidem. nu 97. & ſeq. car. 54

Societate inita ſi unius ex ſocijs ſignum acceptum eſt propter ſuam

Universidad de Deusto
Biblioteca

forſan ſidem, ſeu famam ea finita apud eum remanet cuius erat. ibidem.nu.98 car.54

Societate inita ſi nouum ſignum eſt electū ea finita, uel diuiſa apud quem remanere debeat.ibidem.nu.99 car.54

Sermones circa uniuerſalia faciliores, circa uero particularia, et clariores, & ueriores exiſtunt. in tertia parte principalis tractatus. numero.3 car.57

Seruus, an poſsit mercaturam facere.ibidem.nu.39 car.64

Sericum a barbaris emere prohibemur. in quarta parte prin. tracta. numero.8 car.67

Salinarum reditus eſt de regalibus, & ſal uendere, ac emere, fiſco excepto, non licet, & conſequenter in ſale paſsim non eſt mercatura.ibidem.nu.30 car.71

Simplicis appellatione in pœnalibus non continetur mixtum.ibidem numero.33 car.72

Statutum Anconitanum, quo prohibetur uinum afferri poſt feſtum Omnium ſanctorum, quòd ualeat, & quam interpretationem habeat.ibidem.nu.48 car.74

Statutum, quòd extraneorum panni non intromittantur in locum ualet, & quòd non referatur ad illos, qui per tranſitum intromittuntur.ibidem.nu.49 car.74

Statuta uaria, ac multa ſunt in diuerſis locis, quibus mercatura arctatur, & de his relatiue.ibidem.nu.50 car 75

Socius in caſibus in quibus conſocium obligat, intelligitur durante ſocietate.in tit.de contractib.nu.13 car.82

Socius conſocium obligat pro ea ſumma tantum, quam in ſocietate habere compertum eſt, item quando ſocietatis nomine contrahit. ibidem.nu.15 car.82

Societas ſi eſt coita inter plures ad certum tempus quemadmodum ſors ipſa, niſi finita ſocietate inuitis ſocijs diminui non poteſt ita & lucrum.ibidem.nu.16 car.82

Similitudo an bona ſit de foro canonico ad curiam mercaturam.ibidem.nu.20 car.83

Sponſio Anconæ, uernacula lingua, dicitur ſcommeſſa, & quid ſit ſponſio uarijs autoritatibus probat.in tract.de ſponſio. in prima parte.nu.1 car.104

Sponſio pulchra, & memorabilis inter Cleopatram, & Antonium ex loco Plinij.ibidem.nu.2 car.105

Sponſio uulgo dicitur guadia ſecundum Azo.ibidem.nu.3.car.105

Sponſio quid ſit ſecundum Alcia ibidem.nu.4 car.105

Sponſiones recentiores Iuriſconſulti ſub generali uocabulo conuentionis appellant.ibidem.nu.5 car.105

Sponſio appellatur alio uocabulo conditio per Alexandrum. ibidem. numero.6 car.105

Sponſionis cauſa ſi res depoſita eſt apud arbitrum, ut detur ei, qui uinceret, uel ſi non pareatur ſententiæ arbiter cogitur dicere ſententiam.nu.8.ibidem. car.105

Sponſione contendere, & ſacramento uincere quid eſſet, remiſsiue. nu.9 ibidem. car.105

Sponſio appellatur etiam, quæ per ſponſi interrogationem fit, & omnis ſtipulatio, & promiſsio ibidem.nu.10 car.105

Sponſor eſt, qui non rogatus pro alio intercedit.ibid.nu.11. car 105

Sponſionum tria ſunt genera.in tract.de ſponſio. in ſecunda par. numero.1 car.105

Sponſio fit depoſitis pignoribus penes tertium.ibidem.nu.2.car.105

Sponſio fit interpoſita ſtipulatione, & reſtipulatione ubi exempla plura.ibidem.nu 3 car.106

Sponſio fit cum alter ex contrahentibus alteri decem tradit interpoſita ſtipulatione in ita erit duo tanta, aut tria tanta reſtituat.ibidem.nu.4 car.106

Sponſiones ſecundum Azo.et Roſ.fiunt ubi certamen eſt pro uirtute uel ueſcendi gratia, et non aliter. in cod.trac.par.iij.nu.1.car.109

Sponſiones ſecundum autorem generaliter fieri poſſunt in cauſa honeſta, in inhoneſta uero fieri non licet, idque probat multis modis. ibidem.nu.2 car.109

Sponſio facta, quòd Imperator, uel Pontifex hoc anno morietur, an ualeat, et diſputando ualere ait. in eo.trac.par.4.nu.1. car.111

Sponſio facta ſuper matrimonio contrahendo, uel non contrahendo inter Titium, et Bertam ualet, declaratur tamen duobus modis ibidem.nu.4 car.111

Sponſio ſuper morte priuati hominis non ualet, fallit ſi is ſuper cuius morte fit uoluntatem ſuam accommodet.ibid.nu.8 car.112

Sponſio, quòd dux Saxoniæ hoc anno principatu excidet, ſeu Argentina capietur, et ſi quæ ſunt ſimiles prædictis de iure ualet.ibidem uer.ſimilis eſt.nu.1 car.112

Sponſio illa, quòd cras erit pluuia, Imperator ueniet in Italiam ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cal. Maias, & aliæ ſimiles enumeratæ non ſunt improbatæ. ibidẽ uer ex prædictis. nu. 1 car. 113

Sponſio facta inter Sempronium, & Meuium, qui taxillis ludebant, quòd alter altero plura puncta faciet, uel quòd denarium numerum egredietur, eſt improbata. ibidem. uer. quæritur an ex sponſione. nu. 1 car. 113

Sponſio in ludis tantum, qui uirtutis cauſa fiunt, permittitur. ibidem numero. 3 car. 113

Sponſio facta inter eos, qui ludentes inſpiciebant, quòd alter ex luſoribus uincet, uel non, eſt improbata, & quod ſolutum eſt ex sponſione prædicta repetitur ibidem. uer. finge. nu. 1 car. 113

Sponſio facta, quòd alter alterum in bibendo, uel edendo ſuperabit, improbatur tanquam inhoneſtam cauſam continens ibidem. uerſi. item quæro ſunt. nu. 1 car. 114

Sponſio facta ſi nauis in portum Anconæ peruenerit, an dicatur perueniſſe nauis, quæ ſigna quadam ingreſſa fuerit. ibidem. uer. uidi etiam. nu. 1 car. 115

Sponsio facta inter duos, quòd nauis ueniet in portum Anconæ, uel non ueniet ſi roſtrata nauis ueniat, quam uulgo galeone appellamus uter uicerit. ibidem. uerſiculo item quæritur Alexander. &c. numero. 1 car. 115

Sponſio facta inter duos ſuper quodam inſtrumento oſtendendo, uel non oſtendendo ualet. ibidem. uersiculo habes & sponſionem, &c. numero. 1 car. 116

Sponſio facta ſuper maſculo, uel fœmina naſcituro, non eſt improbata. ibidem. uer. ex omnibus, &c. nu. 1 car. 116

Sponſio in æquali conditione facta, an poſſit reſcindi. ibidem. uersic. quæro igitur. nu. 1 car. 117

Si id quod in sponsione deductum eſt communi opinione erat indubitabile data læſione querelanti ſuccurratur. ibid. nu. 10 car. 119

Sciens conditionem, quæ in sponsione deducitur ſi aliquem ad sponsionem dolo malo traxit, quomodo conſulatur circumuento. ibidẽ. uer. item quæro Vincentius. nu. 1 car. 119

Sponſio ſi eſt facta inter duos, ut puta in currendo ſi alter recuſat, agi poteſt aduerſus recuſantem ibidem. uerſi. item quæro facta eſt. &c. nu. 1 car. 120

Statutum Anconitanum prouidenter factum ne magiſtri nauium inſignibus aliarum ciuitatum in nauigijs erigant. in trac. de nautis

tis. par. tertia. nu. 24 car. 133

Spectandum eſt, quod quis ſolitus, & conſuetus facere exiſtit. ibidẽ. numero. 28 car. 133

Synedria genus nauis ſpaciandi cauſa facta in trac. de nauib parte prima. nu. 3 car. 146

Statutum in naui, & in nauicula locum habet, ibidem. numero. 5. car. 146

Scapha, quæ exonerandæ nauis cauſa fuit onuſta mercibus ſi ſummergatur, non eſt locus contributioni, contra uero ſi nauis pereat, & ſcapha ſalua fiat. in eodem tractatu parte ſecunda nume. 19. car. 151

Socius in culpa eſt ſi merces mari aduehere noluerit, cum potuit terra niſi aliter ſit conſuetum. in tractatu de nauigatione. numero 4. car. 167

Scholaris promittens cum iuramento non recedere de Bononiẽſi territorio ſine uenia creditoris ſi receſſerit iuſſu patris, uel ſuperioris quòd in periurium non inciderit, ibidem. nu. 21 car. 169

Statutum ſi contra decoctores pro debito pœnam imponit, num pœna quæ de iure ciuili, in eodem delicto eſt conſtituta ſublata cenſeatur in tractatu de decoctoribus in quarta parte. numero primo. car 188.

Statutum in prohœmio de fraudatoribus loquitur dum uero diſponit indefinite num intelligatur in eo qui propter fortuitam inopiam decoxerit diſputatur ibid nu. 2 car. 188

Statutum quod decoctores dentur creditoribus lacerandi non ualet in his qui fortunæ non ſuo uitio decoxerint in his autem qui dolo, & cum pecunijs & rebus alienis fugiunt ualet, ibidem. numero. 4 car. 189

Spoliatus bonis ſuis belli causa inſolidum à creditoribus conueniri nequit ibidem numero. 5 car 189

Statutum generale ad æquitatem reſtringitur & non trahitur ad ea in quibus eſt euidens iniquitas, ibi. nu. 6 car. 189

Statutum Florentinum quo cauetur ſi debitor intra certum diem creditoribus non ſoluerit pronuncietur ceſſans quem ſenſum habeat, ibidem. nu 8 car. 190

Statutum peruſinum quod iubet debitores qui ad pinguiorem fortunam deuenirunt ſolidum ſoluere quacunque conuentione non ob-

✝✝✝✝✝

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtante num referatur ad illum decoctorem qui pactus eſt, tempore quo peruenerat ad pinguiorem fortunam, ut certa parte creditores contenti eſſent, ibidem nume. 9. car. 190. & in eodem tract. par. 6. nu. 2 car. 203

Statutum Florentinum quod mandat creditores omnes in tributum uocari & aquam omnibus eſſe conditionem quod ualeat et de interpretatione ipſius ibi nu. 10 car. 191

Statutum ſi ampliſſimam poteſtatem cuilibet concedit fugitiuum & decoctorem accuſandi quomodo intelligatur, ibidem, nume. 11 car 191

Statutum quod ſyndicis iuriſdictionem tribuit declarandi bona & iura creditores & debitores & nomina debitorum ceſſantium non trahitur ut ſyndici ius habeant declarandi, domum ceſſantis eſſe ceſſanti hypothecatam ibidem. numero duodecimo. car 191.

Statutum quod iubet tranſactionem initam à ſyndicis cum decoctore adhibito conſenſu duarum partium creditorum ratam eſſe etiam alijs creditoribus in requiſitis & ignorantibus quam declarationem habeat ibi. nu 13 car. 192

Statutum quod officialibus & ſyndicis poteſtatem dat uendendi quecunque bona ceſſantium ſeu quæ declarata fuerint per ſyndicos ad ceſſantes pertinere quem ſenſum habeat, ibidem. numero 14 car. 192.

Statutum quod filios qui ſe ab hæreditate patris ceſſantis abſtinent ad debita perſoluendum aſtringit locum habet in filijs uere ceſſantium non in filijs eorum qui pro ceſſantibus habentur, ibidem. numero. 15 car. 192

Item non comprehendit filios clericos etiam in minoribus conſtitutos ibid. nume. 16 car. 192

Item quod filij uigore dicti ſtatuti non teneantur ex contractibus à parentibus extra territorium factis, ibidem numero. 17. car. 192

Statutum Florentinum quod patrem qui permiſerit filium negociari, & non contradixerit pro filio obligatum iubet, non trahitur ad negocia quæ extra territorium filius geſſerit &; circa dicta ſtatuta an ualeant, ibi. nu. 18 car. 192

Statutum quod certis conditionibus fratrem decoctoris pro decoctore obligatum iubet quomodo intelligatur relatiue, ibidem. numero. 19 car. 193

Statutum quod fratres omneſque ad unum panem & unum uinum ſtantes pro decoctore obligat, intelligitur de his qui in eodem loco & domo morentur, ibi. nu. 20 car. 193

Statutum quod mercatoribus creditoribus contra fugitiuos debitores priuilegium tribuit intelligitur in his qui tempore contracti debiti & fugæ ſunt mercatores, ibi. nu. 21 car. 193

Statutum Florentinum quod officialibus ſuper bonis ceſſantium inquirendis & ipſos, plenam poteſtatem dedit quam interpretationē habeat, ibi. nu. 22 car. 193

Statutum Florentini circa modum pronunciandi ceſſantem & fugitiuum quomodo intelligatur. nu. 23 car. 193

Statutum Florentinum quod facultatem concedit prætori exequendi ſententias conſulum pro ut ipſi conſules in omnibus & per omnia an locum habeat in banno ceſſantis, propter quod & filij, & uxores obligantur licet id conſules facere poſſent alio ſtatuto id diſponente, ibidem nu 24 car. 193

Statutum de pœnis ceſſantium ut locum habeat qualitates à ſtatuto dictæ debent concurrere, & eodem in loco quia ſtatutum prædictū excipit neminem pro debito in quo fuerit fideiuſſor, fugitiuum pronunciari poſſe ait patrem ad pœnas ceſſantium pro filio non teneri ibid. nu. 25 car. 194

Statutum quod mandat filios pro patribus teneri etiam ſi hæredes non ſint non habet locum in filijs à patre exhæreditatis, ibidem. numero. 26 car. 194

Statutum ſi fugitiuo ſeu decoctori ius reddi uetat, ſi uulneratus ſit decoctor num quia accuſari non poteſt qui uulnerauit, inquiſitio etiam contra uulnerantem inſtitui non poſſit disputatur, ibidem numero. 27 car. 194

Societatem inierant in lana Florentiæ Titius, Meuius, Gaius, & Sempronius. Deinde iidem Gaius & Sempronius ſoli aliam ſocietatem Anconæ coiuerant in Corijs. Num ſi hi decoxerint, Titius & Meuius ad debita Gaij & Sempronij cauſa ſocietatis coriorum teneantur ubi quod non in tracta. de decocto. par. quinta, nume. 13 car. 200.

Securitas ſeu ſaluus conductus a creditoribus uel præſide prouinciæ decoctori conceſſus quibus modis defendi oppugnarive poſſit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ forma concipiendus ſit in eod. tracta. par. prima ultimæ part. numero. 26 car. 220
Statutum prohibens receptare fugitiuos quomodo intelligatur & quis ſit fugitiuus in eodem tractatu parte ſecunda ulti. particu. nume. 17 car. 227
Statutum de receptante aliquem quam interpretationem habeat ibi. numero. 20 car. 227
Simulantes et fingentes ſe creditores eſſe cum non ſint decoctoris aliqua de cauſa, crimen falſi non euitant & ſi quid acceperint furtũ faciunt ibid. nu. 31 car. 231
Solutum a decoctore uni ex creditoribus an poſſit ab alijs creditoribus reuocari in eodem tracta. particula ulti. ulti. parte princi. numero 28 car. 236
Statuta mercatorum quod non egeant confirmatione in prima par. ult. par. prin. trac. nu. 9 car. 243
Statuta mercatorum num in alio foro ſeruanda ſint ſeu potius coram conſulibus eorum tantum ibidem nume. 10. & numero 13 & ſequen. car. 249
Statuere mercatores poſſunt quod contra ſcripturas eorum non poſſit obiici exceptio præſcriptionis ibid. nu 16 car. 250
Statuere mercatores non poſſunt aliquid, quod naturaliter, et euidenter ſit iniuſtum, item contra ius publicum totius ciuitatis, & illud quod monopolium ſapiat. ibidem. nu. 17 car. 250
Statutum aromatariorum, quòd in funeribus coram a quoquam dari uetat, niſi prius hæredes defuncti aromatario eius, quod defunctus debuit, ſatisfecerit, eſt improbatum. ibidem. nu. 18 car. 251
Statutum, quod uetat opus ab uno ceptum ab alio perſici non poſſe abſque conſenſu eius, qui inchoauit, non ualet. ibidem. numero. 19. car. 251
Statutum quod certas tantum perſonas artem aliquam, ſeu exercitium facere iubet, reliquas uero uetat, improbatur. ibidem. num. 20 car. 251
Statutum, quòd ſit unicus purgus, uel quòd non poſſint, niſi certi homines artem lanæ exercere, quia hæc monopolium inducũt, non ualet, niſi a publico approbetur. ibidem. nu. 22 car. 251
Statutum, quòd omnes ſine fraude, & ſecundum certam menſuram pannos faciant, quodque rectori artis omnes ſubijciantur, ualet. ibidem. nu. 23 car. 251
Statutum, quòd contra apochas mercatorum nihil opponi poſſit, ſed ad ſolutionem compellantur, qui ſoluit allegãs indebitum, et non auditus conditione indebiti poterit repetere. ibidem. numero. 27. car. 251
Statutum mercatorum, quòd contumax habeatur pro confeſſo quomodo intelligendum ſit. ibidem. nu. 29 car. 252
Statutum quod iubet ſcripturas manu propria mercatorum ſcriptas exequendas eſſe, quòd locum habeat etiam in ſubſcriptis. Item in ſcripta ab alio mandato mercatoris. ibidem. nu. 30 car. 252
Statutum Senenſe, quòd libris mercatorum credatur, habet locum in libris extraneorum mercatorum, ſi tamen in collegio Senenſium mercatorum ſint matriculati. ibidem. nu. 32 car. 253
Stante ſtatuto Senenſi, quòd credatur libris mercatorum ſi Seius mercator centum, quæ debebat Titio mercatori numerauit, & in codice numerationem annotauit, quòd propter legem nouam poſt numerationem latam non cenſeatur adempta facultas Seio numerationem ex codice probandi. ibidem. nu. 33 car. 253
Stante ſtatuto, quòd libris mercatorum credatur, credetur libris eius qui deſijt mercator eſſe, quos ſcripſit dum mercator fuit. ibidem. numero. 34 car. ead.
Statutum ſi dicit libris mercatorum ſtari ad plenariam probationem non admittitur probatio in contrarium. ibidem. nu. 35 car. ead.
Statutum, ſeu conſuetudo mercatorum omni ſcripturæ ad eorum fauorem credi mandans non ualet. ibidem. nu. 37 car. ead.
Statutum, quòd libris mercatorum credatur ad fauorem ſcribentium intelligitur iudicis conſenſu accedente. ibidem. nu. 38 car. ead.
Statutum, quòd libris mercatorum credatur, intelligitur, niſi mercator ſit notatus infamia ibidem nu 39 car. ead.
Statutum, quòd libris mercatorum credatur, intelligitur in his quæ ad mercaturam, ſeu negociationem pertinent. ibidem. numero. 40 car. 254
Statutum, quòd non poſſit contrahi cum filiofamilias, niſi ſit mercator, intelligitur ſi in cauſam mercaturæ contrahat, & in re dubia tanquam cum mercatore contractum præſumitur, & uerſum in mercaturam. ibidem. nu 41 car. 254
Statutum, quòd libris mercatorum credatur, intelligitur dummodo

Universidad de Deusto Biblioteca

in territorio in quo ſtatutum uiget liber conſcriptus ſit. ibidem. numero. 42 car. 254
Statutum quod conſulibus in cauſis mercatorum tribuit iuriſdictionem, an ad hæredes mercatorum, qui tamen mercatores non ſint, porrigatur. ibidem. nu. 44 car. 255
Statutum quid conſulibus mercatorum cognitionem, quæ a guarentigia proficiſcitur, prohibet, quomodo intelligatur. ibidem. num. 47 car. 255
Statuta quibus conſulitur mercatoribus, et artificibus, ut melius mercatura exerceatur ad ſtatum ciuitatis, & publicam utilitatem pertinent. ibidem nu. 49 car 256
Statuta mercatorum confirmata a populo, num dicantur ſtatuta illius populi, ſeu mercatorum. ibidem. nu. 50 car. 256
Statuta mercatorum, quòd non dicantur ius prætorium, ſed pacta, et quòd benigne interpretanda ſint. ibidem. nu. 53 car. 256
Statutum Senenſe, quod prohibet Senenſem ſub pœnis alium Senenſem in alia curia, quàm temporali Senenſi trahere, an ualeat, & ſit contra libertatem eccleſiaſticam. in ſecunda par. ultimæ par. prin. trac. nu. 27 car. 265
Senenſis Venetijs menſam nummulariam exercens ſi Senenſi Romæ ſimiliter menſam nummulariam gerenti per literas mandet, ut tercenta alicui ſoluat, num Romæ coram Auditore Cameræ poſſit conueniri ad dicta tercenta ſtante ſtatuto Senenſi, quod prohibet ſub pœnis Senenſem coram alia curia, quàm temporali Senẽſi conuenire poſſe. ibidem. nu. 26 car. 264
Statutum ſi mandat ſententias conſulum cauſa, & occaſione mercaturæ latas præſides executioni tradere debere, num exequentur ſententiam cauſa mutui inter mercatores latam, ſi non doceatur corã præſidibus ex cauſa mercaturæ mutuum factum. in tertia partic. ultimæ par. prin. nu. 2 car. 268
Solennitates teſtamentorum in curia mercatorum ſeruandæ ſunt. in ultima parte tractatus principalis in titulo. de exceptionibus. numero. 13 car. 277
Stante ſtatuto Florentino, quòd ſcripturæ librorum mercatorum, & artificum deſcriptæ, ſeu exemplatæ ex mandato iudicis pro inſtrumento publico habeantur, & paratam habeant executionem, prout inſtrumenta guarentigiæ, et bona intelligantur hipothecata ipſius
debitoris ſcribentis, quod creditor ex dictis ſcripturis ut ſupra præferatur poſteriori creditori habenti publicum inſtrumentum in ultima par. trac. prin. in tit. de proba. nu. 7 car. 280
Salomon ita ſapientiam a Deo popoſcit ut daretur ſibi cor prudens audire et iudicare cum iuſtitia in ulti. parti. ult. par. principa. tractata. nume. 9 car. 286

De litera. T.

Teſtamentum ſubſtinetur in quo non eſt relictum filio iure inſtitutionis ſi adeſt clauſula omni meliori modo in titulo mandati. numero. 16 car. 91
Teſtamentum factum a mercatore Anconitano in portu alicuius ciuitatis Barbarorum ſeu Saracenorum uel apud Barbaros an ualeat relatiue in trac. de nauiga. nu. 26 car. 178
Teſtator ſi fundum uxori legauit & filium inſtituit qui matri etiam hæres extitit an repudiatio facta a filio hæreditatis maternæ tanquam damnoſæ ut legatum retineat tanquam hæres patris teneat ubi quod teneat in tractatu de decocto. in tertia parte. numero. 38 car. 184
Teſtes produci non poſſunt in curia mercatorum poſtquam partes teſtimonia dedicerunt in ultima par. trac. prin. in tit. de probatio. numero. 4 car. 280
Teſtes deponentes apocham ſeu aliam ſcripturam eſſe manu alicuius ſcriptam quia notam habent manum ſi non fuerint præſentes quando ſcripta fuit non probant, ibid. nu. 11 car. 281

De litera. V.

Verbum ſolere & ſolitus quomodo intelligantur & interpretatio ad l. mela. in. §. ſed & ſi alimenta ff. de alimen. & cib. leg. in prima par. prin. trac. nu. 8 car. 5
Vænalitium, uita uænalitiaria, & uænalitiæ merces declarantur, ibid. nume. 17 car. 7
Vænalitiarij an contineantur appellatione mercatorum eſt, qui dicantur & quæ ſint res uenalitiæ ibi. nu. 19 car. 8
Vænalitiarij tabernam ſeu pergulam publice habentes non poſſunt ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

pellere accedentes emendi cauſa,ibi nu. 21 car. 9
Vſurarius an puniendus ſit ex crimine uſurarum pœna extraordina-
ria,ibid. nu. 37 car. 11
Verbum quo uis modo omnes modos qui excogitari poſſunt ſignificat,
ibidem. nu. 83 car. 24
Venia ætatis quomodo concedatur in tertia par. principalis tractatus
numero 30 car. 62
Veniam ætatis impetrans et ex publico mercator approbatus an ſint
per omnia ſimiles,ibi. nu 31 car. 62
Vinum et oleum et alia liquamina ad Barbaros deferre uetamur in
quarta par. prin. trac. nu. 12 car. 67
Vinum et alia liquamina ad Barbaros exportari non poſſunt nec qui
dem guſtus cauſa et quid in lorica una uel enſe uno ſpeciminis cau
ſa asportatis,ibi. nu. 25 car. 70
Veneni mali emptio non contrahitur consequenter in eo non eſt nego-
ciatio ſine permiſſu principis,ibi nu. 43 car. 74
Vita hominis propoſita eſt omnibus fortunæ telis nec eſt dolendum
quo minus ea qua natus eſt conditione uiuat,ſecundum Platonem,
et ibidem quod mors accidat uniuerſis in tract. spons. in quarta
parte. nu. 7 car. 112
Veteres iuriſconſulti aliquando errauit et imperatores ab imperato-
ribus nonnunquam corriguntur, in eodem tractatu par. ultima.
numero. 3 car. 122
Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter termi-
nare debet quæ regula declaratur in titu mand. numero undecimo
car. 90.
Verbum unum et idem non eſt abſurdum ſi diuerſis rationibus diuer-
ſis mod s interpretemur,ibi. nu. 12 car ead.
Verba ad ualidum non autem inualidum intellectum aptanda ſunt
et ille præualet quo res de qua agitur in tuto ſit, ibidem nu-
mero. 17 car. 91
Vſurarij argumentis et inditijs conuinci poſſunt et ex perſpicuis indi-
tijs probatur uſura,ibi. nu. 35 car. 96
Verbum tumultuarijs de quo in lege nauis aduerſa. ff. ad legem
rho. de iac. exponitur, in tractatu de nautis parte tertia, nu-
mero. 40 car. 153
Verbum locare promiſcue ueteres utebantur,Valla defenditur, & da-
mnatur Budeus. in trac. de nauib par. tertia. nu. 3 car. 155
Venditio prædij ſi facta ſit, & dictum eſt eſſe tot iugerum, non pro
pterea dicitur facta iuxta menſuram, ſed tunc cum precium pro
numero menſuræ, ſeu iugerum imponitur, & declaratur Oldr. ſen
tentiam locum non habere in locationibus nauium, et uaſorum ibi
dem. nu 6 car. 156
Vecturæ nauium debentur iuxta conuentiones. ibidem. numero. 7.
car. 157
Vectura nauis ſi pro numero impoſitarum amphorarum conſtituta
ſit pro tot amphoris merces debetur, quot portauerit. ibidem. nu-
mero. 11 car. 158
Vectura nauis ſi conſtituta fuit pro impoſitis mancipijs in naui ſi
aliqua deceſſerint antequam ad determinatum locum exponantur
& pro mortuis uectura debetur. ibidem. nu. 17 car. 158
Vectura ſi pro deportatis mancipijs ad certum locum eſt conſtituta,
& aliqua deceſſerint antequam ad locum ſint deportata pro mor
tuis non debetur. ibidem nu. 19 car. 158
Vectura ſi ignoratur, an pro impoſitis mancipijs, uel deportatis ſit
conſtituta, debetur pro impoſitis, licet animalia uel mancipia ſint
demortua antequam ad locum deſtinatum ſint deportata. ibidem
numero. 21 car. 159
Vecturæ nauium inter acceſſiones, ſeu fructus ciuiles annumerātur.
ibidem. nu. 31 car. 161
Vecturæ nauium ueniunt in rei uendicatione. in trac. de nauib. parte
ultima. nu. 2 car. 162
Veneti quòd habeant ius prohibendi, ne quis in Adriatico ſinu naui
get. in trac. de nauig. nu. 8 car. 166
Venditor frumenti promittēs illud exportare ad certum locum omni
exceptione remota ſub pœna, & iuramento, an excuſetur a pœna,
& periurio ſi iuſſu Regis frumentum alibi exportauerit, etiam
ſi omnes caſus fortuitos duobus tantum exceptis in ſe ſuſceperit.
in trac. de nauiga. nu. 20 car. 169
Vir bonus præſtare debet ne mentiatur prudens ne mendacium dicat.
in tractatu de decoctoribus. in tertia parte. numero decimoſexto.
car. 180
Vnus ex ſocijs ſi efficitur non ſoluendo, & bonis cedat, quòd finia-
tur ſocietas, & plene declaratur. ibidem nu 47 car. 185

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Vnus ex ſocijs ſi decoxerit, non ideo alij ſocij fraudatores dicuntur. ibidem nu 49* car.185

*Vſurarius manifeſtus facto teſtamento fideiuſſores dederat de reſtituendis uſuris, qui non ſoluendo facti ſunt, num ſi deceſſerit alijs fideiuſſoribus non præſtitis teſtamentum ualeat, ubi quòd non. in trac. de decoc. in quinta par nu. 3* car.196

*Viro uergente ad inopiam, quòd uxor non poſsit creditores, qui poſſeſſionem bonorum uiri ceperunt impedire, niſi prius procuret cauſa cognita iudicem ſuper inopia uiri interloqui. ibidem. nume. 12. car. 200*

*Verba generalia reſtringenda ſunt, ſalua ratione recti ſermonis ne quis uideatur iactare ſuum. in eod. trac. de decoctorib. par. ſexta. numero. 25* car. 211

*Verbum poſsit ex ſui natura ad ius futurum trahitur. ibidem. numero. 17* car. 212

*Vænaliciarij, ſeu tricones, qui lege municipali merces emptas eodem precio uendere uniuerſo triduo tenentur ſi ſuppriment, ut elapſo triduo poſsint charius uendere crimine ſtellionatus ſpecialiter poſtulari poſſunt. in eodem tractatu in prima parte ultimæ partis. numero. 21* car. 218

*Verbum incontinenti quomodo intelligatur. in eod. trac. par. ſecundæ ultimæ par. nu 14* car. 226

*Venditores mercium, an cæteris creditoribus hipothecam habentibus in ipſis mercibus uenditis præferantur ubi, quòd non, niſi ſibi ſpeciali hipotheca in uenditionibus præcauiſſent. in eod. trac. par. ult. ultimæ par. nu. 5* car. 234

*Vigilando quis ſuam conditionem meliorem non facit, in tributoria actione, & idem quòd in tributoria eſt in actionibus, quæ dantur occaſione negociationis. ibidem. nu. 33* car. 241

*Vbi quis coram pluribus iudicibus reſpondere tenetur, actori datur electio coram quo uelit eum conuenire. in ſecunda particula ulti. par. prin. trac. nu. 9* car. 260

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



# CLARISS. IVRIS CONSVLTI BENVENVTI STRACCHAE PATRITII ANCONITANI, DE MERCATVRA, SEV MERCATORE TRACTATVS.

## INDEX RERVM, QVAE IN PRIMA PARTE CONTINENTVR.

1 *Diuiſio intelligentis animum incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artiſicioſe reformat, illuſtremq́; & perſpicuam orationem facit, & alia.*

2 *Diſputatio ubi de aliqua re futura eſt, neceſſarium eſt ante deſinire, ut intelligatur id de quo diſputatur.*

3 *Deſinitio a deſcriptione quomodo differat.*

4 *Mercatoris deſinitio ſeu deſcriptio.*

5 *Mercari & negociari an idem ſint; Mercatorq́; & negociator an ſint ſynonima.*

6 *Mercator an proprie dicatur is qui ſemel merces emit ut uenderet.*

7 *Nomina uerbalia abeuius officij ſignificatiua quod quis ſua autoritate ſeu optione ſumit unico actu non uerificantur.*

8 *Verbum ſolere & ſolitus quomodo intelligantur, & interpretatio ad.l. mela in §. ſed et ſi alimenta. ff. de alimentis, & cib. leg.*

9 *Mercator ex unico actu non dicitur, niſi præcedat profeſſio uel deſcriptio in matricula, & declaratur in ſeq. numero.*

10 *Nomina a profeſſione dicta profitendo acquiruntur, nomina uero dicta a conſuetudine ſeu ab actuum generalitate uſu & exercitio acquiruntur, non autem ex unico actu.*

11 *Matriculandus mercator iuramentum præſtare debet & de uirtute iuramenti.*

12 *Mercator etiam is dicitur qui uulgi opinione pro mercatore*

Universidad de Deusto Biblioteca



habetur.

13 Statutum ſi de mercatore meminit intelligitur de eo mercatore, qui ſecundum uſum cōem loquēdi pro mercatore habetur.

14 Omnis diſpoſitio a cōi uſu loquendi interpretationem recipit.

15 Communis uſus loquendi probari debet tempore diſpoſitionis, & legis fuiſſe aliàs probatio non concludit.

16 Mercatorum appellatione ementes & uendentes ſeruos non continentur, ſed hi mangones, ſeu uenalitiarii dicuntur.

17 Mercatura hominum & queſtus ex ea prohibetur.

18 Venalitium uita, uenalitiaria, & uenalitiæ, merces declarãtur.

19 Venalitiarii an contineantur appellatione mercatorum, & qui dicantur, & quæ ſint res uenalitiæ.

20 Epiſcopi præſunt uenalibus rebus, ut iuſto pretio uendantur.

21 Venalitiarii tabernam, ſeu pergulam publice habentes non poſſunt expellere accedentes emendi cauſa.

22 Merces uenales per ciuitatem afferentes negociatores dicũtur.

23 Merces ementes, ut eas in aliam formam redigant & uendant non mercatores, ſed artifices dicuntur.

24 Mercator dicitur officium gerere.

25 Exercitium, commune uerbum eſt, officii, & artificii.

26 Mercatores merces ementes, & caſdem non ſua opera, ſed aliena elaborari curantes, tranſmittendi aliquo quæſtus cauſa non ideo minus mercatores dicuntur.

27 Mercatoris appellatione an contineatur uſurarius.

28 Mercatura alia licita, & alia illicita.

29 Interpretatio ad c. eiiciens. lxxxviii. diſt.

30 Fœneratores quòd contineantur ſub uocabulo negociator.

31 Mercatores minus legitime mercaturam exercentes, ſed turpis quæſtus gratia uſurarii etiam dici poſſunt.

32 Mercator illicite & iniuſte mercaturam exercens, et ſic malus mercator non eſt mercator proprie, ſed abuſiue.

33 Mercator ſimilis eſt fœneratori.

34 Mercatores qui merces præſenti pecunia emunt, ut caſdem non mutata forma cariori pretio ad diem uendant quàm præſenti pecunia uendi ſoleant uſurarii cenſendi ſunt, & an in his locum habeat c. quanquam. de uſu. lib. 6

35 Reiiciendi procul a patria, relegandique ſunt hi, qui præſenti pecunia illius emunt res, & dilata ſolutione carius uendant, & an poſſint excuſari a pœna propter conſuetudinem, & ſequentibus numeris.



36 Mercator abominandus qui uſuras exercet, & contra uſurarios multa.

37 Vſurarius an puniendus ſit ex crimine uſurarum pœna extraordinaria.

38 Mercatorum appellatione an contineantur equorum locatores

39 Interpretatio ad l. legatis. ff. de leg. iii. & nu. ſeq. et. 46

40 Mutuum dantes num mercatores appellari poſſint.

41 Mercari aut negociari dici non poſſunt mutuas pecunias recipientes.

42 Mercatores aut negociatores dici non poſſunt ſimpliciter mutuum dantes.

43 Mutuas dantes fœnebres pecunias dici poſſunt negociatores, non autem mercatores.

44 Interpretatio ad l. principalibus. ff. ſi cer. pet.

45 Superflua non debent eſſe in legibus, quod declaratur multis modis.

46 Mercator proprie dicitur cum obligationis actus ultro citroque interuenit.

47 Obſonatores et obſonium quid.

48 Mercator ſeu negociator, an dicatur, qui tantum prædia propria locat, et aliorum conducit.

49 Mercatores an dicãtur, qui trans mare negociantur, emuntque et uendunt merces, et etiam domi pharmaca conficiunt, & ſequen.

50 Actus mixtus & compoſitus ex duobus ſimplicibus ab altero ex illis ſimplicibus denominandus eſt, quem facere intendit ille qui mixtum actum agit.

51 Officium artificio mutatur, non autem contra.

52 Potentius atrahit ad ſe naturam minus potentis, ubi duo permiſcentur.

53 Clericis licet emere rudem aliquam materiam, ut inde aliquod artificium faciant ſi eis ſua non ſufficiunt, et tunc lucrum non acquiritur ex negociatione, ſed ex artificio.

54 Compromiſſum ſi eſt factum in duos arbitros, quorum alter eſt clericus alter laicus reductio ad arbitrium boni uiri petenda eſt coram iudice eccleſiaſtico.

Universidad de Deusto Biblioteca



55 Si aliquis tanquam mercator uocatur ad aliquod munus tabellionum & peritus eſt in utraque arte cui magis debet audire. & antec.

56 Exercentes ſe in uarijs & diuerſis mercium generibus a qua merce magis denominandi ſunt.

57 Permutatio quomodo diſcernatur a contractu uenditionis.

58 Interpretatio ad l quæritur. ff de ſtatu homi. & l. legatis. §. ſi unus. ff. de leg. iii.

59 Matriculatus in duobus exercitiis, oneribus utriuſque artis aſtringitur.

60 Mercator ut quis dicatur an ſit neceſſe, quòd maiorem partem facultatum in mercibus contulerit, ut patiatur priuilegiis a iure communi ſeu ſtatuto conceſſis, uſque ad nu. 64

61 Interpretatio ad l. ſemper in. §. negociatores, & §. negociatio. ff. de iure immu.

62 Nauicularii & negociatores publici qui fuerint.

63 Interpretatio ad l. ceſſante. C. de com. & mer.

64 Negociatores quando a muneribus propter negociationẽ quam gerunt, excuſentur.

65 Mercator qui mercaturæ officium exercuit & in albo mercatorum deſcriptus, ſi deſtitit, num mercator dicendus ſit, ut priuilegiis mercatoribus conceſſis uti poſſit, & quando ſeu quomodo cognoſcatur deſtitiſſe.

66 Mercator an ſit dici \q; poſſit ille, qui mercaturæ officium per ſe non exercet, ſed inſtitorum opera ac ſeruorum utitur.

67 Campſores an contineantur mercatoris appellatione

68 Collybus quid ſignificet.

69 Mercatorum appellatione an contineantur iuuenes qui cum ipſis morantur ad miniſterium & mercaturæ exercitium.

70 Artificium omne incrementum recipit, & omnes natura ſcire deſideramus.

71 Interpretatio ad l legatis, in. §. ornatricibus. ff. de leg. iii.

72 Lex municipalis quæ de mercatore meminit ſeu artifice intelligitur in eo qui proprio nomine mercaturam exerceat, non alieno.

73 Mercator unde dicatur.

74 Mercatura quid ſit,

75 Mercis appellatione an pecunia contineatur.





76 Mobilium appellatione quòd ueniant pecuniæ, & in legato mobilium conſiderantur tres facti ſpecies.

77 Mercis appellatione num gemmæ, margaritæ, & anuli contineantur.

78 Mercatores ſi in mercantiis florenos certa ſumma recipere ſunt obſtricti, num in dote procedat, & an dos mercãtia dicatur.

79 Mercaturæ ſeu negociationis appellatione, an legatum contineatur.

80 Lex municipalis ſi mandat ex qualibet negociatione, ſeu mercantia uectigal ſolui, num in legatis locum habeat.

81 Dictio quilibet declaratur.

82 Partis nomen declaratur, & numero ſeq.

83 Verbum quouis modo omnes modos qui excogitari poſſunt ſignificat.

84 Statutum ſi dicit ex quolibet contractu, uectigal ſolui, an ex recognitione ſolui debeat.

85 Statutũ ſi dicit maleficia quælibet ſindicũ cõmunis denunciare oportere, quòd teneatur denunciare, etiam maleficia quæ impune admitti poſſunt, & quæ non ſunt proprie maleficia.

86 Dictio aliquis declaratur.

87 Mercis appellatione an contineantur ueſtimenta & cætera quæ habemus ad uſum quottidianum pertinentia, & quottidianum penus.

88 Graſſiæ, frugum, uenaliumq; appellatione quid contineatur relatiue.

89 Merx & mercatura differunt.

90 Mercatus nomine quid contineatur, & unde deducatur, an a merce uel mercor.

91 Lex municipalis ſi mandat mercatum a ſocio initum ratum habendum num intelligatur de re mobili uel immobili.

92 Promercal quid ſignificet declaratur.

93 Mercimonium, mercium contractationẽ ſignificat, & de nomine mercatio.

94 Commercium quid ſignificet.

95 Mercis ſeu mercantiæ nomini num plura corpora ſubiiciantur, id eſt uniuerſale corpus ſit.

96 Mercator mercaturam ſuam legans, & debita & credita legato cedunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



97 *Frater pecunia fratris proprio nomine negocia gerens ſibi acquirit & non fratri, ſi uero negociationem ſeu mercaturam communem incepiſſet nomine proprio adminiſtrare menſa, & negociatio non poteſt ex parte unius augeri, quin etiam ex parte alterius augeatur.*

93 *Corporum tria ſunt genera.*

99 *Mercatura duplex ſecundum Platonem.*

## DEI OPT. MAX. ETIAM ATQVE ETIAM IMPLORATO AVXILIO,

FACTVRVS *uerba de mercatura & mercatore more ueterum & recentiorum Iuriſconſulto*
1 *rum, quo dilucidius intelligi poſsit hæc materia tractatum hunc partiendum exiſtimaui. Partitio enim (ut bene cenſuit Accurſius noſter in proœ. inſtit. §. igitur.) legentis animum incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificioſe reformat. Et belliſsime inquit Cicero recte habitam in cauſa partitionem illuſtrem, & perſpicuam totam efficere orationem, & magnopere ad aperiendam materiam & controuerſias conſtituendas pertinere.*

1 *Prius igitur quid ſit mercator, quidue mercatura, diſſerendo uideamus.*

2 *Deinde de ſtatu mercatorũ, & his quæ ad eorũ ſtatũ pertinent.*

3 *Poſtea de his qui mercaturam exercere non poſſunt, per quem intelligemus, qui poſsint.*

4 *Tum de rebus in quibus mercatura poteſt exerceri, ubi ſimiliter conſtabit in quibus ſit prohibitio.*

5 *Quibus explicatis de quibuſdam contractibus qui inter mercatores frequentari ſolent, diſſeremus, titulos nominatim inſcribendo. Et ubi de ſponſionibus ſpetialiter tractabimus.*

6 *Poſt hæc tractatus de nautis, nauibus, & nauigatione ad mercaturam ualde pertinentes ſubiiciemus.*

7 *Deinde quando mercator eſſe deſinat, breuiter diſputabimus, et cum illo ueneri mus Tractatum (ni fallor) utilem de conturbatoribus ſeu decoctoribus inſeremus.*

8 *Nouiſsime inſpiciemus quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit.*



# PRIMA PARS.

NON eſt nouum Ciceronis præceptũ,
2 quoniam diſputatio de mercatore futura eſt, neceſſarium eſſe ante definire quid ſit mercator, ut intelligatur, quid ſit id de quo diſputatur. Fuitque ſententia Platonis in Phœdro in hæc uerba. In omnibus rebus, o puer unicum principium his, qui bene conſulere uolunt, eſt, intelligere quid illud ſit, de quo conſultatur. Vel omnino aberrare neceſſe eſt. Pleroſque uero latet, quòd neſciant rei ſubſtantiã, ergo inquit, ne nobis accidat quod in aliis dãnamus, Quid amor ipſe ſit, & quam uim habeat, definitione ex conſenſu partium poſita cognoſcamus, quorum ſententiæ Iuriſconſultus Vlpianus facturus uerba de dolo malo ſubſcripſiſſe patet in. l. j. ff. de dolo. & idem Iuriſconſultus in. l. j. ff. de iuſti. & iu. in hæc uerba inquit. Iuri operam daturum prius noſcere oportet, unde nomen iuris deſcendat, & de Ciceronis ſententia Bald. noſter meminit in prælu. feu. col. iij. Sed quoniã omnis definitio in iure periculoſa eſt, parum eſt enim ut non ſubuerti poſſit. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. & ex infra dicendis uix congruam definitionem aptari poſſe conſtabit ſi non uera definitione ſaltem plena deſcriptione quid ſit mercator euidentiſſime de-
3 mõſtrabimus, ✝ Differt autem definitio a deſcriptione, ut eleganter ait Hierony. Cagn. in repet. l. ſi emancipati. nu. 48. C. de collat. quod & Bald. noſter Boetiũ referendo prius notauerat in. l. maximũ uitium. nu. 6. C. de libe. præte. Altera enim conſtat ex genere & differentiis, ut appareat quòd res definita ab aliis formis ſeu ſpeciebus ſub illo genere contentis differat, & conuerti debet cum ſuo definito, Quiditatemque & eſſentiam rei (ut ita dixerim) explicare debet, quod aperte Iuriſconſultus demonſtrat in citata. l. j. ff. de dolo. & latiſſime Iuris interpretes ſcribũt in. l. j. ff. de acqui.

Universidad de Deusto Biblioteca



poſ. & in rub. extra de proba. præcipue Dec. num. 2. & ſeq. & idem Dec. in regula omnis definitio ſupra relata; Altera uero ex accidentibus, & ex his quæ aduenîunt quid ſit id de quo quæritur oſtendit, Nec ſemper ſubſtãtialia inſunt, nec ex toto concludit, aut corruit, ſi non conuertatur cum definito, Dicique quodam modo poteſt, definitionem expreſſæ picturæ comparandam, Deſcriptionem uero adumbratili ſeu deſignationi, Pictura enim quid imago repreſentet perfecte demonſtrat, Deſignatio uero non ita, & legimus plerunque in demonſtranda re, ueteres Iuriſconſultos deſcriptione uſos fuiſſe, ut patet ex. l. i. ff. de legi. ubi Accur. animaduertit, & ex relatis locis ſatis liquet.

4 † Deſcribitur autẽ mercator in. c. eiiciens. lxxxviij. diſt. ut is dicatur qui rem comparat ut integram & immutatam uendendo lucretur, & huic deſcriptioni & Archi. & Philip. fran. in. c. quãquam. in fi. de cenſi. lib. vj. aſſenſere, & referendo Archi. non improbat Albe. in. l. uniuerſi. C. de uectig. & commiſ. Signor. uero in conſi. xcv. nu. 2. deſcribẽdo mercatorem, inquit, illum proprie eſſe, qui emit & uendit. At Andr. Alc. uetuſtarum legum nõ leuis interpres in. l. mercis. ff. de uerb. ſig. definiendo, ſeu deſcribendo, ait.
» MERCATOR IS
» EST, QVI NEGOCIATIONIS EXERCENDAE QVAE
» STVSQVAE FACIENDI CAVSA, MERCES EMIT,
» VT VENDAT. Quibus prætermiſſis placet ita plenius deſcribere, ſeu definire.

MERCATOR EST, QVI NEGOCIATIONIS, SEV NEGOCIATIONVM EXERCENDARVM QVAESTVSQVE LICITI FACIENDI CAVSA; FREQVENTER MERCES PERMVTAT, SEV EMIT, VT EASDEM NON MINVTATIM, NEC MVTATA PER SE FORMA DISTRAHAT. Et minima quæquæ in definitione poſita quo ad eius fieri poterit, quæſtionibus explicabimus.

Dixi enim negociationis, ſeu negociationum quoniam nihil prohibet aliquem mercatorem ſe in diuerſis negociationibus exercere. l. procuratoris. §. ſi plures.



ff. de tribu. l. cuicunque. §. labeo. ff. de inſt. & argu. eſt tex. in. l. moris. §. interdici. ff. de pœnis. & ad rem ſcribit Anch. in conſi. cccxxxij. col. pe. pro clariori.

5 † Quæro igitur primo an negociari & mercari idem ſit, & mercator & negociator ſint ſynonima, Bart. in. l. legatis. ff. de leg. iij. tanquam ſynonima ponit, & in. l. cætera. in. §. ſed & ſiquis. ff. de leg. j. ubi etiam alii iuris interpretes etiam promiſcue utuntur, Idque probari uidebatur in. l. j. & in. l. nobiliores. iuncta rubri. C. de commer. & merca. & his addo Ange. in. l. in eum. ff. de inſti. ubi Pau. caſt. etiam ſenſit, & Fede. de Senis conſi. ccvij. nos Griſolus. Verum Signo. ſingularis memoriæ uir, ſic enim Bal. eum appellat in. c. clerici. extra de iudi. ut refert Iaſ. in conſi. cxxx. prima conſideratione. col. ij. uol. j. in conſi. cxv. ſupra citato ſub nu. 25. plenius hoc attingens uerbum negociari, & negociatoris generalius eſſe uerbo mercari, ſeu mercatoris, ſenſit, & quòd nomen mercatoris ſit anguſtius non inſubtiliter probat, atque deducit, cuius ſententia meo iudicio clarius probat in. c. forus in. §. negociũ. extra de uer. ſigni. & in. c. quoniã. lxxxviij. diſt. Sunt & plures tex. qui innuunt. l. fi. C. de eunu. l. fi. C. de pigno. l. j. §. licet. ff. de tribu. acti. & eod. tit. l. procuratoris. §. mercis nomine. in prin. & fi. §. quibus adde. l. athletas. in. §. ait prætor. ff. de his qui not. infa. & quòd Accur. notat in §. introduxit inſtitutionibus quòd cum eo. ubi Ange. aret. ſub nu. 2. ait, Nota tex. cum gl. habes enim quòd plenior appellatio eſt negociationis, quàm mercis, Cõcludendum igitur puto uerbum negociationis & negociari generalius etiam, & quod in conſuetudine (ut diximus) mercatores, negociatores, & contra appellantur, illud non proprie, ſed per abuſionem potius accidat, merito ergo generale uerbum elegimus, ut definitio ſuum genus habeat.

6 † Item quæro an qui ſemel merces emit ut uenderet mercator proprie dicendus ſit, In quo iuris articulo, licet Pau. caſt. in conſi. dxj. non eſt dubium. par. ij. in fi. ſubdubitauerit, & mouerit, quod ſcripſit Bar. in. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mela in.§.ſed & ſi alimenta.ff.de alimen. & cib.leg.&
in.l.j.nu.7.C.quomo.& quan.iud.in quibus locis ſo-
litum quempiam quid agere reſpondit,ſi unicũ actum
geſſerit ex uerbi ſignificatione: receptũ tamen eſt eum
qui ſemel emit, & uendit,mercatorem non eſſe, & ex
unico contractu in merce factum mercatorem nõ cen
ſeri,Idque Accur.& alii in.l.j.in.§.mercis.ff.de tribu.
reſponderunt, & placet Bart. in proœ.digeſt.nu.10.&
aſſentiuntur ibidem alii.Idem Bart. reſpondit in.l.le-
gatis.ff.de leg.iij. & in.l.mariti.in.§. qui quæſtum.ff.
de adult.ubi inquit,nomina uerbalia alicuius officii ſi
gnificatiua, quod quis ſua autoritate, ſeu optione ſu-
mit,ueluti mercator & hoſpes unico actu non conuin
ci,&,ut recentiores noſtri dicunt, non uerificari: defi-
cit enim aſſiduitas: Idem probauit Bald. in rub.C.de
conſti.pecu.uer.ultimo quæro.& in trac.de conſtitu.
nu.8.& in conſi.ccccxcv.ex nullo capite.nu.2. uol.j.
ait ex unico actu mercaturam non dici,& in hanc ſen
tentiam ferè omnes iuris interpretes fuerunt,quorum
loca referemus.Signor.de homod. in quæſtione ſatis
eleganti.lj.eius reſpon.cõſ.ccxlvj.Pau.cõſi.cclxxxv.
uiſis & ponderatis. col.ſi.in.j.par. & in notabili facti
ſpetie.Cor.Pet.in conſi.xxxiij. quoniam per famoſiſ
ſimum.uol.iij.cui proxime accedit quod ſcripſit Ang.
de aret.in.§.introduxit.num.2. inſtit.quod cum eo.ſi
municipalis lex in modo agendi mercatoribus fauet
hunc non comprehendere,quibus adde Alex.in.l.im
perator.nu.10.ff.ad treb.Aret.conſi.xxix.nu.14.dili-
genter & mature.Fel.in.c.clerici.nu.5.de iudi & lati-
us in proœ.Greg.col.pen.Dec. in.c.j.nu.29.extra de
iudi.Alc.in.l.mercis.in prin.ff.de uer.ſig.Bar. in trac.
de teſti.in uer.cerdonẽ.Pet.de Vbal.in trac.de duob.
frat.in.v.par.nu.34.tho.viij.Bonif. de car. in trac.de
nobilitate.in.iij.par.num.86.& ſeq.Nec uidetur huic
ſententiæ aduerſari,quod Pau. caſt. in relato loco in-
8 quit,⸸nihil enim habet cõmune uerbũ ſolere,& uer-
bum mercator, ſed ſac eſſe, placet mihi quod de hoc
uerbo ſolitus non inſubtiliter ſcribit Dec. in rubri.de



conſue.num.11.& probandam puto interpretationem
Hiero.Cagno.ad.§.ſed & ſi alimenta. ſcribit enim in
repet.l.diem functo. ſub nu.135. ſenſum eſſe, ſi teſta-
tor alimenta quæ uiuus præſtabat alicui reliquerit,ea
demum præſtanda quæ mortis tempore nouiſſime
præſtare ſolebat,& ſi uarie præſtiterit nouiſſimam prę
ſtationem ſequendam, quia ultimus actus ſequendus
eſt,ut a Feli.ſcribitur in.c.cam te.col.ſi.de reſcrip.un-
de ſi teſtator in.d.§.ſed & ſi alimenta reliquiſſet, ali-
menta, quæ ſolitus erat præſtare non eſſet ultima ſe-
quenda præſtatio,ut Bar. & pleriſque aliis placet, ſed
quod frequentius facere ſolitus fuiſſet teſtator ſpectan
dum eſſet,& id Dec.etiam ſenſit,licet hanc interpreta-
tionem non attigerit,quam ex mente Iuriſconſulti eſ-
ſe puto,proponitur enim in illo.§.teſtatorem alimen-
ta reliquiſſe,quæ uiuus præſtabat,non quæ uiuus præ
ſtare ſolitus erat.Sed ut redeam unde diuerterã,quod
diximus illum eſſe mercatorẽ qui aſſiduitate quadam
& frequenti negociatione ad huiuſmodi mercatoris ar
tem, ſeu uerius officium ſe dederit, & propterea ex
unico actu mercatorem non cenſeri, temperandũ eſt,
9 ⸸nisi unicum actum præcederet profeſſio ſeu deſcri-
ptio in albo,&,ut uulgo dicimus, in matricula merca-
10 torum.⸸Nam nomina a profeſſione dicta profitendo
acquiruntur:Nomina uero dicta a conſuetudine, ſeu
ab actuum generalitate non ex unico actu, ſed uſu &
exercitio acquiruntur. Idque ex ſententia Bal.in di-
cta rub.de cõſti.pecu.uer.ultimo quæro. & aſſentitur
Bal.Arc.in.l.cætera. in.§. ſed & ſiquis.ff.de lega.j.&
Feli.in relato proœ.ſub nu.44. & Bertachi.in trac. de
gab.ſeu uectiga.in.vij.par. nu.48.tho.vj. Sed & hæc
Bal.ſententia intelligenda eſt,ut is qui in albo merca-
torum deſcriptus eſt nudum mercatoris nomen con-
ſequatur, eo enim ſolo immunitatibus, & priuilegiis
mercatoribus conceſſis non fruitur, neceſſe eſt enim
mercaturæ officium exerceat, ut immunitatibus gau-
deat,Idque ſenſit Bar.in.l.qui ſub prætextu.C.de ſa-
cro ſan.eccle.&.l.j.C.de colle. lib.xj.l.ſemper.§.qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca



buſdam.ff.de iure immu.l.medicos.in fi.C.de profeſ.
& med.lib.x.& probat Bon.de curti. in dicto tract.de
nobi.in.iij.par.nu.87.& Feli.in dicto.c.clerici. nu.5.
& confirmatur ex his quę Bar.Bal.& cæteri iuris inter
pretes ſcribunt in.l.ſcriniarios.C.de teſta. Artem non
11 exercentes priuilegiis arti conceſſis non frui. ✝ Sed
quoniam in ſermones incidimus de albo,ſeu mercato
rum matricula cum in mercatorum numerum quis
recipitur,& in matricula deſcribendus eſt,iuramētum
præſtare debet ſecundũ Bal.in.l.quædam.in.§.num-
mularios.ff.de eden.citat de præſcrip.c. ad audientiã.
& in eod.loco notauit Iaſ.in fi.§.ſub nu.9.Quod iura
mentum quanti momēti ſit indicant Iaſ.eiuſdem com
mentarii in.l.admonendi.nu.108. de iure. & Abb. in
c.ij.nu.11.de fide inſtru.& Alcia.in trac. de præſump.
in regula.iij.uer.decimo ſexto in fi.
12 ✝ Item & illud ſciendũ eſt,quod ad declarationem
prædictorum ualde pertinet, eum etiam mercatorem
dici , qui uulgi opinione pro mercatore habetur ex
ſnia eiuſdem Bar.& add.in proœ.digeſt.ſub nu.10.&
ipſius Bar.in rub.C.de nauicu.lib.11.citat.l.ſciendum
ff.de ædi.ædic.in illis uerbis quales uulgo artifices di-
cuntur,& probat Abb.in.c.j.nu.38.& ſeq.extra de iu-
di.In quo euidentioris intellectus gratia animaduer-
tendum etiam puto,quod aut cōmunis uſus loquen-
di,& uulgi opinio eſt ſecundum propriam ſignificatio
nem uocabuli,hoc eſt,ille habetur pro mercatore uul
gi opinione, qui ſecundum iura mercator eſt, & nihil
adderet,quod proxime diximus : Aut uulgi opinio &
loquendi communis uſus alienus eſt a proprietate uo
cabuli a iure tradita , & quoniam communis uſus lo-
quendi non eſt propria ſignificatio uocabuli, ſed figu
ratiua , ex quo propriæ ſignificationi uocabuli repu-
gnat,ut elegantér inquit Bart.in.l.labeo.ff.de ſuppel.
lega.pro qua ſententia meo iudicio eſt optimus text.
in.l.item prætor.ff.de ſuis & legiti. ubi Iuriſconſultus
in hæc uerba:Item prętor ædicto ſuo proximitatis no
mine bonorum poſſeſſionem pollicetur his , qui de-



functo mortis tempore cognati fuerũt , Nam quod in
conſuetudine cognati appellantur etiam eorum,poſt
quorum mortem concepti ſunt non proprie , ſed per
13 abuſionē potius accidit. ✝ Si lex municipalis de merca
tore mentionem faceret communi uſui loquendi ſtan
dum eſſet,& ſtatutum ſecundum illum interpretandũ
poſtpoſita uerbi propria ſignificatione.l. librorum.§.
quod tamen Caſſius.ff.de leg.iij.ſumpto argumento
a uerbis teſtatoris ad uerba legis,& ſcribit Bart.in.d.l.
labeo.& idem Bar.& plerique alii probãt, & præcipue
Io.crot.in rub.de noui ope.nun.nu.57.doc. in proœ.
Decretalium Dec.qui inter mercatores loquitur conſ.
vij.nu.3.& pro tenui.& in conſi.cccclxxij.teſtator le-
gauit.nu.10.& ſeq.& Bal.uol.ij.conſi.cxxxix.factum
tale.aiunt enim uulgi appellatonem pro iure haberi,
& conſi.cccxiiij.quædam ſunt locutiones. ante fi.lib.
iij.Raph.& Pau.caſt.expreſſim de ſtatutis loquentes
in.l,cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir. hæred.
14 ✝ & generaliter omnes diſpoſitiones ab hoc commu-
ni uſu loquendi interpretationem recipiunt, ut ſæpiſ-
ſime Alex.noſter reſpondit, ut late & Alex. & ſexcen-
ta aliorum ſcribentium loca referendo ſcribit Andre.
Triaq.in com.de utroque ret.§.ij. glo.j. nu.5. & ſeq.
pag.ccclxxxvij.ad quem leuandi laboris gratia in ma
15 teria confugito. ✝ Ponendum tamen,& probandum
eſſet in quæſtionibus forenſibus , & in iudiciis pertra-
ctandis huiuſmodi loquēdi uſum tempore diſpoſitio-
nis & legis municipalis conditæ fuiſſe, aliàs probatio
non concluderet,& ſi ab eo tēpore probaretur, cuius
initii memoria non exiſtit, forte ſufficeret , ut elegan-
ter ex facto conſultus reſpondit Raph.in conſil.dxv.
in quæſtione propoſita.col.pe.quem ad cœlum ferens
ad uerbum refert Soci.in.l.gallus.in.§.eius.ff. de lib.
& poſt.& probat Dec.in.c.in præſentia. num.25.extra
de proba.quæ quoniam quottidiana ſunt,placuit atti-
giſſe non negligenda ,& in materia propoſita , & ad ea
quæ ſcripſit Bar.in.d.l.labeo.ex quibus facile perſpi-
cies quare in definitione adiecerim uerbum exercen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



darum & uerbum frequenter.
16 † Illud etiam quæri poteſt an appellatione mercato
rum ſeruos frequenter ementes & uendentes contine
antur, mouet. l. ij. C. de commer. & mer. in illis uerbis,
Sed ſi ulterius aurum pro mancipiis, uel quibuſcũque
ſpeticbus ad barbaricum fuerit tranſlatum a mercato-
ribus, & reliqua. Verius tamẽ eſt non contineri. l. mer-
cis. ff. de uerb. ſig. ubi Iuriſconſultus ait, Mercis appel-
latione homines non contineri Melam reſpondiſſe,
& not. in alia. l. mercis. eo. tit. & in. l. j. in prin. ff. de tri-
bu. Pro qua ſentẽtia eſt, quod ait Bal. in. l. j. C. de epiſ.
17 aud. † hominum mercaturam & quæſtum ex ea pro-
hiberi. Hi enim mangones ſeu uenalitiarii non merca
tores appellantur, ut ſubiicit Iuriſcõſultus in ea. l. mer
cis. & legitur & not. in. l. mandatum diſtrahendorum.
ff. man. & de his elegantem legem uide in. l. præcipiũt
ædiles. ff. de ædi. ædic. & adde quid Iuriſconſultus in-
quit de mãgonibus & uenalitiariis in. l. iuſtiſſime. eo.
tit. Id ſcilicet genus hominum ad lucrum potius uel
18 turpiter faciendum pronius eſſe, † Vnde uenalitium
de quo in. l. ſi. ff. de ædil. ædic. locus in quo mancipia
uendebãtur, uel ipſum corpus, & uitam uenalitiariam
appellat Iuriſconſultus in. l. ſeruos. §. cum qui uenali-
tiariam. ff. de lega. iij. & uenalitiæ merces dicuntur in
l. ſi ſeruus ſeruum. in. §. ſi mulier. ff. ad leg. aquil. Nec
uidetur huic ſentẽtiæ aduerſari. l. ij. C. de com. & mer
ca. quoniam neceſſario hominum emptores eſſe mer-
catores ex illa lege nõ infertur. Illud etiam dici poteſt
ex interpretatione lato ſumpto uocabulo id poſſe eue
nire, non autem ex propria ſignificatione, ut eſt text.
iuncta glo. in. l. ſeruos autem ſuos in. §. cum qui. ff. de
leg. iij. in illis uerbis, Nam quos quis ideo comparauit
ut illico diſtraheret magis mercis loco, & reliqua, & Ac
cur. in uerbo mercis, inquit, ex interpretatione nõ ſer-
uata ſignificatiõe uocabuli citat. l. j. in. §. j. ff. de tribu.
& l. mercis ſupra relata, ubi idem Accur. ait, aliud eſſe
aliquid loco mercis haberi, aliud uero mercem eſſe,
Nõ temere igitur additum eſt in definitione uerbum



mercis, ſed conſtituendæ differentiæ gratia.
19 † Tractare non eſt etiã ab re, num uenalitiarii mer
catorum appellatione cõtineantur, Venalitiarii enim
non ſolum hi ſunt (ut diximus) quos mangones ap-
pellamus, Verum & qui quæſtus gratia uenalitiarum
rerum negociationem exercent, ſunt autem uenalitiæ
res, quæ in uſum indigẽtium uenales propoſitæ ſunt,
ut Alcia. placet in. d. l. mercis. & denique hi ſunt qui
utenſilia emunt, ut rurſus minutatim uendãt, & uul-
go reuenditores appellantur. & puto uenalitiarios ne-
que iuris diſpoſitione, neque uulgi opinione mercato
res appellari, & ſenſit Alcia. ubi ſupra. Pro qua ſenten-
tia eſt. l. j. ff. de tribu. De quibus uenalitiariis Iuriſcon
ſultus in. l. ij. ff. de nund. belliſſime inquit, in hæc uer-
ba. Denique ſummæ prudentiæ, & autoritatis apud
Græcos Plato cum inſtitueret quemadmodum ciuitas
bene atque beate habitari poſſet, In primis iſtos nego-
ciatores neceſſarios dixit, & qui Plato eo. in loco idem
ſenſiſſe uidetur, ut legitur in dialogo, ij. de repub. uel
de iuſto, & Cicero offi. lib. j. ſub rub. de queſtibus, arti
buſque, ait, Sordidi etiam putantur, qui mercantur a
mercatoribus, quod ſtatim uendunt, nihil enim profi
ciunt, niſi admodum mentiantur, Nec uero quicquam
eſt turpius uanitate, qui Ciceronis locus ſatis innuit
hoc genus hominum ſub mercatoris uocabulo non
contineri, Incidi etiam inter legendum in conſi. Pet. de
20 anca. conſi. clvij. ſummæ. qui ait, † Venalibus rebus
ut iuſto precio uendantur epiſcopos præeſſe. l. mune-
rum. §. item epiſcopi. ff. de mune. & hon. l. j. C. de epi.
aud. c. j. & ij. de empt. & uend. & refert uerba. d. l. ij.
21 & ſubiicit † huiuſmodi negociatoribus tabernam ſeu
pergulam habentibus publice, non licere expellere ac
cedentes emendi cauſa, quemadmodum in caupone
ſtatutum eſt, ſuccurrit etiã quod Bal. noſter de huiuſ
modi uenalitiariis ſcribit in conſi. cccexcv. ex nullo ca-
pite. ubi etiam quid uerbum minutatim ſignificet, de-
clarat, quod ego, ut uides, non temere in definitione
addendum putaui. Sed & his adde Ange. in. l. cum in-

Universidad de Deusto Biblioteca



terdum. quam interpretatur cum præcedenti.l. cuius
22 initium eſt inſtitor , qui inquit, ✝ merces uenales per
ciuitaté afferentes negociatores eſſe, quod & uerũ eſt.

Rurſus quæritur, ſunt qui merces emãt, ut eaſdem
ſua opera in aliam formam redactas uendant, an mer
23 catores dicãtur; ✝ & hos non mercatores, ſed artifices
nominandos puto.c. eiiciens.lxxxviij. diſtinct. in illis
uerbis, Quicunque rem comparat non ut integram ita
& immutatam uendat , ſed ut materia ſibi ſit aliquid
operandi ille non eſt negociator, Qui uero comparat
rem ut integram & immutatam uendendo lucretur, il
le eſt mercator, qui de templo Dei eiicitur, & reliqua.
& probant Alex. & Iaſ. in.l. cætera. in.§. ſed & ſiquis. ff.
de leg. j. & idem Alex. in.l. legatis. ff de leg. iij. in addi
ti. ad Bar. & proxime relatam differentiam cõſtitutam
eſſe inter mercatorem, ſeu negociatorem, & artificem
eleganter explicat Fed. de Se. in conſi. ccvij. nos Griſo
lus. & Abb. in conſi. vj. caſus ſuper quo. in fi. par. j. qui
bus adde Card. in cle. fi. in. iij. no. de uita & hone. cle.
Alcia. in citata. l. mercis. Feli. in proœ. Greg. in fi. & ad-
dit. ibidem : & hæc ſententia illam habet rationem:
24 ✝ Nam mercator dicitur officiũ gerere, ut tradit Bart.
in trac. de teſti. in uerbo mercatorem. & non inſubtili
ter probat Signo. in citato conſi. xcv. nu. 25. quibus ad
de Alcia. in. l. mercis appellatio. ff. de uerb. ſig. qui ſub
25 dit, ✝ exercitium commune uerbum eſſe officii & arti
ficii, officium autem artificio extinguitur. l. legatis. § ſi
ex officio. ff. de leg. iij. in illis uerbis, quia officium arti
26 ficio mutatur, non idem econtrario. ✝ Euenit tamen
plerunque ut mercatores merces emant , eaſdemque
non ſua opera, ſed aliena elaborandas curent animo
forſan queſtus cauſa tranſmittendi ad extraneas ciui-
tates, idque non ſemel uidi in patria mea, & hos mer-
catores cenſeri puto , Quoniam huiuſmodi mercato-
ris officium in artificium non tranſit. Ex quibus intel-
liges qua de cauſa in definitione dixerim, non mutata
per ſe forma.

Suboritur alia quæſtio fortaſſis neque friuola adeo





27 nec omnino indigna, quæ hoc loco proponatur. ✝ An
appellatione mercatoris contineatur uſurarius, in qua
prima fronte, ut inquit Iuriſcõſultus in. l. hæredes mei
in. §. cum ita. ff. ad treb. & in. l. quinquaginta. ff. de pro
ba. reſpondendum uidebatur contineri, idque propter
tex. in. c. eiiciens. lxxxviij. diſt. in illis uerbis, Vnde ſu-
per omnes mercatores maledictus plus eſt uſurarius.
& notarunt Domi. & Archi. ibidem, ſcribũt enim, No-
ta uſurarium appellari mercatorem, ſicut qui proſtitu
endam ancillam tentauerit. C. de lati. liber. tol. §. ſimi-
lique modo. & hanc ſentẽtiam caput illud probare ui-
debatur, quoniam cõparatiuum ſupponit poſitiuum,
& quòd cui comparatur eiuſdem accidentis particeps
ſit. l. ubi autem non apparet. ff. de uer. ob. licet uere il-
lud plus ſit aduerbium comparandi , ut Grammaticis
norunt, & ſcribit Alb. in trac. de præpo. nu. 83. & in hac
opinione fuit Ang. in. l. in eum. ff. de inſtit. inquiens ex
mente glo. not. ſecundum glo. quòd mutuam pecuni-
am accipere non eſt mercari, nec negociari, ſed fœno-
ri dare ſic, ſed & Pauli caſt. clariſſ. uiri ſcio hanc ſenten
tiam fuiſſe, qui ibidem ſcripſit ex illo tex. cum glo. pro
bari fœneratores mercatores dici, quia negotiari & mer
cari idem ſunt , ſubdens diuerſum uerius ſecundum
communem loquendi uſum in quo legendos inquit
Bar. commentarios in. l. legatis. ff. de leg. iij.

Contra uero quòd uſurarius non ſit mercator, ſed
fœneratori ſimilis Roma. ſcripſit in conſi. xcij. in dubi
tatiſſimam. num. 4. citat tex. ( ut ait ) ſingularem in. l.
quæſitum. §. idem reſpondit domo. uer. ſed ipſe Papi-
nianus. ff. de fun. inſt. de quo non meminiſſe inquit
Bar. in. l. legatis. in. §. ſi ex officio. ff. de leg. iij. & ſenſit
Rom. Iuriſconſultum innuiſſe in illis uerbis mercato-
rem, ac fœneratorem cum ponat tanquam diuerſa, Ve
rum meo iudicio eſt lex clarior in. l. quicunque in. §. la
beo. ff. de inſti. ubi Iuriſconſultus in hęc uerba. Siquis
pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis redem
pturiſque faciendis propoſuerit. ubi Ang. notauit dif-
ferre fœnerari & mercari, & ſtatutũ de fœneratore lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



quens in mercatore locum non habere. Ego uero in
propoſita quæſtione, Romani ſentẽtiam ueriorem pu
to, quam Ang. ſibi in hoc parum conſtans probauit in
proxime citato loco. Et inter legendum, ut fit, incidi in
commentarios Iaſ. in. l. principalibus. ff. ſi cer. peta. qui
in fi. ait ex illo tex. probari, appellatione mercatorum
fœneratores non uenire, cum Iuriſconſultus tanquam
diuerſa adiecerit, & citat. l. quæſitum in. §. idẽ reſpon-
dit ſupra relatam, ſubditque licet Accur. in. l. in eum.
ff. de inſti. contra. Et ex hac ſententia infertur legem
municipalem de mercatore loquẽtem in uſurario, ſeu
fœneratore locum non habere in quo uide Albe. de
roſ. ſuper ſtatutis. q. ccxiij. in. ij. par. Bald. in conſi. ccc-
lxxxij. in quæſtione militari. nu. 17. in. v. uol. Nec mo-
28 ueat. c. eiiciens. primo loco citatum. † Illud enim ſci
endum eſt mercaturam aliam licitam, & aliã illicitam,
ſeu iniuſtam eſſe, ut plenius attigit Abb. Siculus extra
ne cleri. uel mon. dum ergo diuus Chryſoſtomus ait,
19 † inter omnes mercatores plus eſt maledictus uſura-
rius, ſenſit de mercatura prohibita & illicita, cuius rei
fortiſſimum illud occurrit argumẽtum. eueniret enim
mercaturam licite exerceri non poſſe, quod eſt contra
tex. in. c. fornicari. lxxxviij. diſt. & c. quoniam. ea. diſt.
& c. qualitas. de pœnt. diſt. v. & quæ late ſcripſit Abb.
relatus, & Sali. in auth. ad hæc. q. xxj. nu. 18. C. de uſu.
ad quos in materia confugito, repugnaret etiam his,
quæ ſcripſit Alex. de alex. in. iij. par. ſummæ tract. de
iudi. & Scot. in. iiij. diſt. xv. q. ij. art. ij. Archi. Floren. in
ij. parte ſummæ tit. j. c. xvj. Confirmari hæc poſſunt
ex his quæ ſcripſit diuus Tho. ij. ij. q. vij. art. iiij. in ſo-
lutione ad primum argumentum, inquit enim uerba
Chryſoſtomi de quibus in dicto capite intelligenda eſ
ſe in illo negociatore, qui ſibi finem ultimum in lucro
conſtituit, ſecus autem ait ubi quis ad lucrum intendit
in mercando, non quidem ut finem ultimum ſui labo
ris, ſed tanquam finem neceſſarium ad ſui, & ſuæ fami
liæ ſuſtentationem, aut ſaltem tanquam honeſtum, &
ſi non ſemper ſimpliciter neceſſarium. hactenus diuus



Thomas ex cuius uerbis acquieſcendum uidetur, &
diſtinctioni, ac declarationi traditæ. Quæ rurſus confir
matur ex his quæ ſcripſit Io. cal. in. c. fi. de uſu. quem
refert & probat Abb. in relato loco ſub nu. 10. & ex ca
pite quid eſt aliud. lxxxviij. diſtin. Verba autem capitis
ſunt hæc, Negociatores uero illi abominabiles exiſti-
mantur, qui iuſtitiam Dei minime conſiderantes per
immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces
ſuas plus periuriis onerando, quàm preciis, tales eiecit
Dominus de templo dicens, & reliqua, & his adde Sa-
li. in. d. auth. ad hæc. q. xxj. nu. 18. C. de uſu. qui candẽ
interpretationem ſenſit, & ſubiicit conſuli in dicto ca-
pite ne quis mercaturam exerceat propter mendacia,
ac queſtus cupiditates, neue conſequenter anima de
templo Dei eiiciatur, & conſilium diui Chryſoſtomi eſ
ſe ſenſit Lau. de Rodul. in trac. de uſu. in. ij. par. q. xliij.
nu. 10. Tho. ix. & repet. in. c. ſalubriter. nu. 152 de uſu.
Nec etiam moueat gl. in. l. in eum. Quoniam eius ſen
tentiam non eſſe ueram ex præmiſſis liquet, & merito
30 a Iaſ. in citato loco Accur. notatus eſt. † Vel uerius di
ci poteſt Accur. in negociatore loqui, & concedendum
eſt fœneratorem contineri poſſe ſub uocabulo nego-
ciatoris, eſt enim generale uerbũ, ut diximus, Sed huic
reſponſo aduerſari ualde uidetur text. in. l. principali-
bus. ff. ſi cer. peta. aſſumens igitur quæ dicemus infra
uer. item mutuas, quæ ad hunc locum attinent, dixi-
mus etiam ſupra improbandum, & recte Pau. & Ange.
in citata. l. in eum. qui ſenſere negociari, & mercari idẽ
eſſe, cum alterum altero ſit uerbũ generalius, Ad eui-
dentiorem omnium, quæ diximus intellectum quaſ-
dam facti ſpecies proponendas duxi.

Prima aliud eſſe uſuras exercere aliud mercaturã,
aliusque fœnerator, ſeu uſurarius, alius mercator, idq;
iuribus & autoritatibus demonſtrauimus, & uulgi opi
nione adiuuatur, ut ſcripſit Pau. in citata. l. in eum.
31 † Secũda ſpecies eſt mercatores minus legitime mer
caturam exercẽtes, ſed turpis queſtus cauſa, uſurarios
etiam dici poſſe, & ita procedat. c. eiiciens.

Universidad de Deusto
Biblioteca



32 ✝ Tertia ſpecies facti eſt illicite & iniuſte mercatu-
ram exercens, ideſt, malus mercator, non eſt proprie
mercator, ſed abuſiue, & æquiuoce, ſicut mala conſe-
quentia non eſt cõſequētia apud dialeticos, Nam non
ſeruatis regulis traditis a docto. relatis mercatura red-
ditur iniuſta, & iniuſtitia præcipua eſt uſura, ut inquit
Scot. in. iiij. ſenten. dec. xv. q. ij. & Bal. noſter inquit in
conſi. ccclxxxij. nu. 17. uol. v. mercatorem uſuras exer-
centem priuilegium perdere citat tex. de priui. cred. l.
uentri. §. in bonis. & Alci. in. l. mercis. ſcripſit, uſurarios
mercatores nõ eſſe, quinimo ſiquis ſit mercator, & fœ
nus exerceat mercatorum priuilegiis non fruetur, quo
niam non eſt uerisſimile Legislatorem tam improbo
homini quicquã uoluiſſe indulgere. Et quoniam mer-
catorem legitimum definire uoluimus in definitione
diximus queſtus liciti.

33 ✝ Quarta ſpecies eſt ſecundum Ro. in citato conſi.
xcij. mercatorem ſimilem eſſe fœneratori, de quo Ro.
reſponſo in tra. de decoctoribus in ea parte in qua de
ſtatutis diſſeremus, plenius uerba faciemus.

34 ✝ Ex prædictis ſingulariter infero ad complures, qui
in patria mea ſe mercatores profitẽtur, & ſolum in hu
iuſmodi negociatione uerſantur, ut merces præſenti,
ac numerata pecunia emant, & eaſdem ut plurimum
non mutata forma cariori pretio ad diem uendant,
quàm præſenti pecunia uendi ſoleant. Hos enim con-
tractus illicitos eſſe, & uſurariam prauitatem redolere
nemo eſt qui neſciat. c. in ciuitate. c. conſuluit. extra
de uſu. & ſcribit Pau. Par. conſi. liiij. nu. 54 & ſeq. uol.
j. in præſenti. & horum turpe lucrum etiam probatur
in. c. quicunque. xiiij. q. iiij. quod caput ad uerbum re-
ferre non ab re eſſe putaui. Quicunque tempore meſ-
ſium, uel uindemiarum, non neceſſitate, ſed propter
cupiditatem comparat annonã, uel uinum, uerbi gra-
tia de duobus nummis comparat modium unum, &
ſeruat uſque dum uendatur denariis quatuor, aut am-
plius hoc turpe lucrũ dicimus. Quem tex. ſingularem
inquit Ro. ſing. ccxvij. fut heri. ad cuius capitis inter-



pretationem uide Io. cal. in. c. fi. de uſu. Abb. in. c. j. nu
me. 10. & ſeq. ne cleri. uel mona. Et ex quo cariori pre-
tio uendũt dilata ſolutione ad diem, quàm ſi pretium
uenditionum tempore reciperent, uſurarii cenſendi
ſunt, & ita ex facto conſultus reſpondit Abb. in conſil.
xxij. quanquam. lib. j. & refert, ac probat Ioã. Dilec. in
trac. de arte teſta. cau. vij. uſurarius. & eſt ſub rub. de
his qui non habent teſta. fact. inquiens ex ſententia
Abb. ubi ſupra multos re uſurarios eſſe, licet nomine
non uocentur, ut ſunt qui carius uendunt dilata ſolu-
tione ad diem, in quibus locum habet. c. quanquam.
de uſu. lib. vj. Non tamen me latet Pau. caſt. in conſil.
clx. ad primum quæſitum. uerſic. ad tertium. in prima
parte non inſubtiliter defendere, in hos pœnas dicti
capitis locum non habere, cuius ſententiam probauit
Iaſ. in conſil. lxxviij. uiſis depoſitionibus teſtium. col.
iij. uol. iij. Sed in propoſito iuris articulo ad Dec. con-
fugiendum eſt, qui ex facto interrogatus quãdo liceat
cariori pretio ad diem uendere in conſil. cxi. & pro te-
nui. belliſſime diſſerendo quinque facti ſpecies conſi-
derauit. Nos etiam cũ & admonere, & obiurgare com-
plures mercatores, ut ab huiuſmodi illicitis contracti-
bus ſe abſtineant, nõ defuerimus, reprimendæ impro-
bitatis hoc genus hominum his addemus, quæ Scot.
35 inquit in. iiij. diſtin. xv. q. ij. arti. ij. ✝ huiuſmodi homi
nes reiiciendos, &, ut ipſe dicit, exterminandos a Repu
blica, & procul a patria relegandos, quoniã prohibent,
ut utar ipſius uerbis, immediatam commutationem
uolentium emere, & commutare, & per conſequens
faciunt quodlibet uenale, uel uſuale carius ementi,
quàm deberet eſſe, & uilius uendenti, & ſic utrique par
ti damnum inferunt, quem refert Io. Nider in trac. de
cõtrac. mer. in. ij. par. nu. 11. & inquit Bal. in citato con-
36 ſi. ccclxxxij. uol. v. nu. 17. in fi. ✝ Porrò abominabilis
eſt mercator, qui uſuras exercet, quia uſurarum praui
tas non cadit in bonum uirum, cum ſit turpis quæ-
ſtus, ut ait Ariſto. & tota ſchola Theologorum, & con
tra uſurarios uide multa relata per Alex. in conſ. xlix.

Universidad de Deusto
Biblioteca



paucis utar. uol.iiij. & in eos inuehitur Bal.conſi.cccc.
xlix. ius naturale. uol.iij. qui uermiculo Termeti, Scor
pioni, ac Leoni uſurarium comparat. Aſten.in tracta.
de conſt. & Dec. in uerbo alienare. Accedat Marci Ca-
tonis elegans illud uerbum relatum apud Io. Bap. de
ſancto Seue. in repet. l. cũſtos populos. nu. 61. de ſum.
trin. C. Maiores noſtri ita in legibus poſuere furem du
pli condemnari fœneratorem quadrupli, quanto pe-
iorem ciuẽ exiſtimauerint fœneratorẽ, quam furem,
hinc licet exiſtimare, & idem Cato interrogatus aliqñ
a quodam quid maxime in re familiari expediret, re-
ſpondit, Bene paſcere, quid ſecundum, ſatis bene pa-
ſcere, quid tertium, bene ueſtire, quid quartum, arare.
Et cũ ille, qui quæſierat, dixiſſet, Quid fœnerari? Tum
Cato, Quid hominem, inquit, occidere: de quo me-
minit Cicero libro de officiis.ij. nec me latet Cicero-
nis locum, quoſdam probos, & doctos uiros emendan
dum eſſe ſenſiſſe. in ea parte, Bene ueſtire, ut legẽdum
37 ſit, Bene uitire. ✝ Sed ut eò unde diuerterã, redeam, ſi
huiuſmodi mercatores imò uerius uſurarios de indu-
ſtria ad diem merces carius uendentes optares defen
dere (quod non ſuadeo) a pœna extraordinaria ex
uſurarum crimine irroganda, recepta illorum ſenten-
tia, quòd in uſurarios criminali pœna animaduerti
poſſit. de qua Iac. but. Bald. & Sali. in. l. improbum fœ-
nus. C. ex quib. cau. infa. irro. Cor. conſil. xix. & conſi.
cl. viij. col. ij. lib. iij. Iaſ. in conſil. cliij. circa. in ultimo
dubio. uol. iiij. Io. bap. de ſancto Seue. in. l. cũſtos po-
pulos. col. xxxvj. nu. 61. C. de ſum. trini. Deci. in conſi.
clxx. ex quo huiuſmodi contractus paſſim fiunt, & ex
conſuetudine ipſa, licet contra iura in promptu eſſet
defenſio, ut ſcribit idem Deci. in proxime relato loco,
qui citat Bar. in. l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem.
ff. de ædili. ædict. & latiſſime plures referendo ſcribit.
Aimon crau. conſi. vj. plura uidenda. nu. 103. & ſeq. &
ad rem Iaſ. in citato conſi. lxxviij. col. iij. uol. iij. Roc.
cur. in repe. c. fi. de conſue. num. 128. & ſeq. & his adde
Mat. cõſil. xc. nu. 8. & ſeq. ubi de iniuſta conſuetudine



excuſationem præbente multa cumulat. & Deci. con-
ſi. cxv. & pro tenui. nu. 2.
38 ✝ Comperimus aliquãdo a peritioribus dubitatum,
an appellatione mercatoris equorum locatores conti-
neantur. & Bart. in. l. legatis. ff. de lega. iij. ex ſententia
Iac. de aret. ibidem inquit, huiuſmodi equorum loca-
tores mercatores, ſeu negociatores dici poſſe. argu. eſ-
ſe illam legem, Quod ſubdit ad ſtatuta illa pertinere,
quibus cauetur libris mercatorum in certa ſumma fi-
dem habendam eſſe, quæ ſententia ex eo confirmari
uidebatur, quoniam hi quæſtuariam negociationem
exercere uidentur: ex qua aliquid quæratur ſecũdum
ea quæ ibidem notauit Bar. & in opi. Bar. fuit Alex. in
addi. ad eum, Fuit & Alber. bru. in trac. de conſti. & de
cre. in uer. mercator. & probat Berta. in trac. de gab. in
vij. par. nu. 48. tho. vj. Verum Abb. ſicul. in. c. j. de iu-
di. in fi. utrunque reprobat: & hos, ſcilicet, mercatores
eſſe, & ad eos ſtatutum referri. Tum quia hæc eſt quæ
dam immunitas, ſeu priuilegium a ſtatuto conceſſum.
Tum etiam quia talis locator equorum mercator dici
non poteſt. l. mercis appellatione. iuncta gl. ff. de uer.
ſig. & immunitas mercatoribus conceſſa in illo ſeruan
da eſt, qui maiorem partem fortunarum in mercibus
habet. l. ſemper. §. negociatores. ff. de iure immuni. de
quo tamẽ quid nos ſentiamus uide, ſi libet, infra uerſ.
Sed in propoſito iuris articulo, licet autoritas
Bar. & aliorum me ualde mouerit, nõ tamen ab Abb.
diſſentio. Nam. l. legatis, quæ Bar. & cæteros mouit, &
cui idem Abb. non reſpondit, loquitur in negociatori
bus: Labeo enim inquit, legatis ſeruis, exceptis nego-
ciatoribus, eos legato exceptos uideri, qui præpoſiti
erant negocii exercendi cauſa, ueluti qui ad emendũ,
locandum, conducendum præpoſiti eſſent, Nec admit
tendum eſſe ſupra probauimus mercator, & negocia-
tor ſynonima eſſe, quinimo negociator nomen eſt ge-
neralius, licet ut ſynonimis plerũque recentiores utan
tur, qua forſan de cauſa Albe. noſter in citata. l. legatis
in hæc uerba ſcripſit, Nota, quòd locatores equorum

Universidad de Deusto Biblioteca



dicuntur negociati, & ſunt negociatores, nō dixit mercatores.

40 ✝ Occurrit hic alia quæſtio, quæ a pleriſque tractari ſolet, num mutuum dantes, & ( ut recētiores dicūt ) mutuatores mercatores appellari poſſint? Bar. in. l. legatis. ſub nu. 2. negauit, citat. l. in cum. ff. de inſti. & ad l. legatis. reſpondit intelligendam, cum ultro citroque obligatio ineſt, tunc enim ſecundum eum proprie negociatio, ſeu mercatura dicitur, quæ Bar. ſentētia comprobari poſſe uidebatur ex. l. principalis. ff. ſi cer. peta. ubi Iuriſconſultus aperte indicat aliud eſſe negociari, & aliud pecuniam mutuam dare, In illis uerbis principalibus conſtitutionibus cautum eſt, ne hi qui prouincias regunt, qui ue circa eos ſunt, negocientur, mutuam ue pecuniam dent, fœnus ue exerceāt. Cum enim in iure nil ſuperuacuū eſſe debeat. §. quibus. in. j. conſti. C. ſi mutuam pecuniam dantes ſub uerbo negociari comprehenderētur, Iuriſconſultus quippe amplius non addidiſſet, mutuam ue pecuniam dent. At qui lex in cum ubi Bar. dicit eſſe caſum contra probare uidebatur, iuncta glo. eſt enim ibi caſus utilem actionem ad exemplum inſtitoriæ dari in eum, qui mutuis accipiendis pecuniis procuratorem propoſuit, ut Accurſi. inquit, & huius rei rationem eſſe, quia uere non eſt negociatio, ſed fœnori dare eſt negociatio, unde tunc datur directa. citat. l. quicunque. in. §. labeo. & ubi eſt caſus, quod Ang. & Pau. in ea. l. in cum, probarunt. Dicet aliquis Bar. defendi poſſe, ut loquatur in mutuante pecunias ſimpliciter non fœnebres, ſicut enim mutuam pecuniam accipiens, negociationem exercere non dicitur, ut in. l. in cum. ita pari ratione, qui mutuam pecuniam dat. Verum puto Bar. ſenſiſſe pecunias ſub fœnore mutuantes non poſſe negociatores dici, mouet me, quod retulimus ſupra proxime, dum inquit idem Bar. negociationem, & mercaturā proprie dici, cum ultro, citroque in cōtractu eſt obligatio. Vnde propoſitę qōnis euidentioris intellectus gratia ſpecialiter quaſdam facti ſpecies conſiderandas putaui.



41 ✝ Primū illud notandum duxi pecuniam mutuā accipientes negociari dici non poſſe, ſeu mercati negociatoreſq; ſeu mercatores, probatur in. l. in cū, ubi glo. Ang. & Pau. caſt. probāt cuius rei illa ratio præcipue a Baldo noſtro redditur in. l. j. C. de inſt. & exer. quoniam mutuum accipere ſponte ſua, & ex ſe non eſt negociari, ad quæſtum, enim ſeu ad acquirendum non eſt, coniunctum autem cum alio actu poteſt appellari negociatio, & tunc merito inducit inſtitoriam, ut illud quod non facit ſimplex natura mutui faciat materia coniuncta cum alia. Si igitur mutuum ſtat in ſuis finibus non pertinet ad inſtitoriam, quia non eſt negociatio ubi quis nō eſt expreſſe præpoſitus recipiendis mutuis pecunijs, ſed ſæpe illud quod non uenit ex forma uenit ex conſequentibus formam, ſi mutuum cōſtitutum eſt ad rem mandatam naturaliter, & uere tūc parit inſtitoriam. Si uero ad id non conſtituitur propter aliqua quæ adueniunt ſeu accidentia, (ut ipſe dicit ) quæ non conſonant ordini tunc ſecus. l. ulti. ff. de exer. hactenus Bal. in uerba ſupraſcripta quæ notanda arbitror ad interpretationem. l. in cum.

42 ✝ Deinde putabā mutuum dantes ſimpliciter mercatores dici non poſſe, & hoc ſenſit Barto. ubi ſupra quod & uerum eſt, hoc amplius puto, & hos negociatores appellari non poſſe, & quantum ad inſtitoriam attinet, propter. l. in cum ſupra inductam datur. n. utilis cum expreſſe ad id quis præponitur, & propter rationem Bald. quia alij actui non coniungitur, & ad quæſtum ſeu ad acquirendum non pertinet.

43 ✝ Itē mutuas dantes fęnebres pecunias negociatores poſſe dici reor, & recte, non autem mercatores, et ſic negociari non autem mercaturam exercere utrunque probat. l. quicunque in. §. labeo. ff. de inſti. & plenius ſupra attigimus, uer. ſuboritur alia. q. quodq; negociatores nuncupari poſſint, Accur. Ang. & Pau. (ut diximus in ea. l. in eum ſenſere,) & hæc ſententia rationabilis eſt, quoniam quæſtum reſpicit, mutuum non ſtat in ſuis finibus, & coniunctum eſt, ut elegan-

Universidad de Deusto Biblioteca



ter;relatus, Bal. dicebat, in. l. j. C. de inſti. ex quibus lu-
men habes ad. l. in eum, & l. quicunq; , & prædictorũ
illa eſt ratio, ( ut ſæpe diximus) quoniam negociatio
eſt uerbum generalius mercatura.
44 ⁜ Nec huic noſtræ ſententiæ meo quidẽ iudicio ob
ſtat. l. principalibus dum conſiderabam ſi uerbum ne
gociari, fænebris pecuniæ dationem comprehende-
ret, ad quid iuriſconſultum ſpecialiter ſubiecit in le-
gibus. n. nil ſuperuacuum eſt, hæc. n. argumentatio
45 elidi multis modis poteſt. ⁜ Primum uerbum nego-
ciari mercaturam tantum eo loci ſignificare, quod ple
runque fieri aſſolet, ut diximus, & probatur in. l. nobi-
liores. C. de com. & mercatoribus, & alijs interpretum
locis relatis. Deinde reſpondéri poteſt in iure toleran
dum & admittendum poſt generalem locutionem ſin
gulariter & nominatim exprimi, id quod ſub genere
continebatur, ea enim quæ notabiliter prohibentur,
niſi ſpecialiter notentur uidétur quaſi neglecta. l. apud
labeonem, in. §. ait prætor. ff. de iniu. ubi Accur. alia iu
ra citat, uidemus etiam poſt genus & ſpeciem adijci,
ut in rub. C. de ſerui. & aqua. Ruſus eiuſdem rei repe
titio tollendæ dubitationis, cauſa non eſt improbata,
idque eleganter Vlpianus inquit in. l. j. in. §. ſed ſcien
dum. ff. de edil. edic. In hęc uerba ego puto ædiles tol
lendæ dubitationis gratia bis κατὰ τὸ αὐτὸ idem dixiſ
ſe ne qua ſcilicet dubitatio ſupereſſet, & ſcribit Accur.
in. l. certi conditio, in glo. ij. ff. ſi cer. pet. ſuperuacuum
enim dici non poteſt, cum id quod ante dictum eſt cla
rius apertius & dilucidius enarratur, ex ſententia glo.
in. c. j. in uer. & filio, ubi Dom. & Phil. fran. de ſum. tri.
lib. vj. & ſcribit Dec. in regula quæ dubitationis. ff. de
reg. iur. Deniq; alios modo euitandæ propoſitæ argu-
mentationis cauſa ac tolerandæ eiuſdem rei repetitio
nis ſeu ſuperfluitatis collige ex commentarijs Abb. &
Fel. in. c. ſolitæ de maio. & obed. Fran. are. in. l. gallus,
in. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſ. Ant. butr. in. c. cum
cauſa, de emp. & uen. Frã. cur. ſen. cõ. lxxvij. Domina
Franciſcbina col. pe. uer. & ſi diceretur, quibus addes



Fran. are. in. l. liber homo, in. §. decem, col. j. ff. de uer.
ob. inquit enim tollerandum, cum id quod tacite ine-
rat exprimitur & repetit Cardi. Rui. conſ. clxviij. Ieſu
Chriſti, col. ult. num. 15. lib. j. & Andr. tria. in com. de
utroq; ret. §. xxj. glo. unica, pagi. cccclxxj. & ſeq.
46 ⁜ Nouiſsime ex ſententia Bar. & iam dictis notan
dum putaui illam proprie mercaturam dici cum obli
gationis actus ultro citroq; interuenit, quæ ſententia
Bar. in. l. legatis placuit Iaſo. in. l. cætera, in. §. ſed & ſi
quis, num. 11. ff. de lega. j. & ſubdit probari in l. ſi quis
ex argentarijs, in. §. rationem. ff. de eden. & in eadem
opinione eſt Bertac. in trac. de gab. in. vij. par. nu. 48.
tho. vj. & Dec. in conſ. ccccxciij. uiſo tenore, nume. 12.
Et ex his quæ propoſuimus ad legem legatis nouã,
& forſan ueram interpretationem habes, legatis. n. ſer
uis exceptis negociatoribus, ſi ſerui aliqui pecunijs fæ
nerandis præpoſiti eſſent, et illi excepti intelligerétur,
quoniam ſunt negociatores, ut late ſupra oſtẽdimus,
licet Bar. contra ſenſerit dum inquit legem illam intel
ligi quando contractus ultro citroq; obligationis inter
uenit, nec te iuriſcõſulti exempla moueant, quæ obli
gationes huiuſmodi reſpiciunt, eſt enim iuris non am
bigui exempla, neque regulam, neque uim uocabuli
reſtringere, ſed & illud obiter notandum eſt Accurſiũ
toto (ut aiunt) cœlo errare in exponendo uerbum ob
ſonatores, de quo in. d. l. legatis, ſunt. n. obſonatores,
47 ſeu opſonatores ⁜ (utrunq; enim dicimus) qui emũt
obſonia, & coquo ad coquendum tradunt. Sene. ad lu
ci. Adijce obſonatores quibus Dominici palati noti-
tia ſubtilis eſt, qui ſciunt cuius illum ſapor excitet græ
ce ὄψώνιον, dicitur autem obſonium quicquid in co-
medendo additur pani & uino, erant. n. ſerui a domi-
nis præpoſiti ad emendum obſonia unde obſono uer
bum de quo Teren. in adelph. obſonat, potat, olet un
guenta de meo.
48 ⁜ Quæritur apud Bar. in ea. l. legatis, an qui tantũ
prædia propria locat & aliorum conducit, mercator
ſeu negociator ſit, & quoniam inquit, ut quis ſit mer-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cator uel negociator quæſtuariam negociationem fa-
ciat, opus eſt, negat hunc mercatorem eſſe, citat. l. ſi cũ
uillico, ubi caſum eius de quo quæritur, eſſe dicit. ff. de
inſto. et in ſupradicta uerba ſcripſit Bar. & alii pleriq;
conſentiunt, Probat enim Alc. in. l. diuortio, nu. 26. ff.
ſolu. mat. & Aymo. crau. in con. vj. num. 111. & nu. 115.
citat complures alios, et Bert. in tracta. de gab. in. vij.
par. num. 48. tho. vj. et pro hac ſententia citari poteſt
text. in. c. eijciens, uer. Dicet aliquis. lxxxviij. diſtinc.
et quod ſcripſit Abb. in conſil. vj. caſus. ij. in prima
par. ait enim negociatorem appellandum non eſſe il-
lum qui uinum ſeu frumentum in fundis proprijs re
collectum uendidit, quem refert ac probat Decius in
conſil. cccclxxij. teſtator legauit in fi. Sed et his illud
ego addendum puto eum qui agris colendis quæſtus
cauſa operam dat negociatorem, non autem merca-
torem dici poſſe, et recte. l. quicunque in. §. labeo. ff.
de inſtito. unde negociatores non autem mercatores
dici poſſe reor, qui agros conducunt ipſoſque colunt,
et eorum opera quæſtus cauſa huic negocio ſe dede-
rint, et in hoc ſe exercent, ut pleroſque facere uide-
mus, Mouet me etiã quia generale uerbum eſt, quod
non ſemel oſtendimus.

49 ✝ Scio et illud in dubiũ ueniſſe, ſunt qui trans ma
re negociantur, emuntque ac uendunt merces, et
etiam domi pharmaca conficiunt officiniſque aſſi-
dent, num hi mercatores cenſendi ſint, et relatum
eſt apud Alciatum, in. l. mercis, pagina tertia. hos mer
catores dicendos eſſe, ſi id principaliter agant, ideſt
principaliter ſe uendendis emendiſque mercibus ex-
erceant. Citat elegantem text. in. l. legatis in. §. ſi
unus. ff. de legat. tertio, ubi iuriſconſultus inquit ſer
uum cedere legato eius artificij in quo magis uerſa-
tur. Quæ ſententia confirmari poſſe uidebatur ex his
quæ Gemi. inquit in. c. cum expediat, de elec. li. vj. in
50 ✝ hæc uerba ſi actus eſt mixtus et cõpoſitus ex duo-
bus ſimplicibus, ab altero ex illis ſimplicibus denomi
nandus eſt, quẽ facere intendit ille qui mixtum actũ



agit, idque notauit ex gl. eſtque uulgaris regula in his
quæ mixturam habent, quod præualet, inſpiciendum
eſſe. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. l. ſed & quæſitum. ff.
de lib. & poſtu. Accedat uulgaris. l. ſiquis nec cauſam.
ff. ſi cer. pet. cum his quæ ibidem docto. ſcripſere, & ut
propius ad rem accedamus Alciati ſententia, autorita-
te Bar. confirmari uidebatur, qui in citata. l. quæritur.
inquit in uerba infraſcripta, Si aliquis tanquam merca
tor uocatur ad aliquod munus tabellionum finge, &
peritus eſt in utraque arte cui magis debet obedire? &
putat arti, ſeu officio cui magis adhæret. & citat. d. l. le
gatis. §. ſi unus. Verum licet prædictorum autoritas, &
rationes adductæ me ualde mouerint, contrarium ta-
men puto uerius, hos, ſcilicet, mercatores nõ eſſe, mo
uet me ead. l. legatis. in. §. ſi ex officio conſiderando.
hoc modo mercator dicitur gerere officiũ, ut probat
Signo. in conſi. xcv. nu. 25. & probauimus ſupra uerſi.
rurſus quæritur. At qui pharmaca conficit, & officinis
51 aſſidet, dicitur artifex, & in artificio eſſe. ✝ officium au
tem artificio mutatur, non idem econtrario, ut probat
Iuriſconſultus ubi ſupra, & in. l. ſeruis. in. §. ſeruis. co.
tit. Et prædictorum differentiam reddit glo. in. §. ſi ex
officio, quam approbat ibi Bar. officium artificio ideo
mutari, non autem econtrario artificium officio, quo-
niam artificia potẽtiora ſunt, & quadam animi aſſidui-
tate dicuntur, eõ quòd inde uberior, & honeſtior quæ
ſtus percipitur, officia uero ad tẽpus, & propter urgen-
tes neceſsitates ſumuntur, & officium eſt quod habe-
tur a natura ſine doctrina, Artificium uero ſine doctri
na haberi nequit, ut notauit ibidem Bar. & in. l. ſi non
fortem. aliàs incipit indebitum. in. §. ſi libertus. nu. 8.
ff. de condi. inde & Luc. de pen. in. l. j. in princ. & in. l.
fi. num. 7. de excu. art. C. ubi inquit artificium mutare
hominis conditionẽ, & potentius eſſe officio, refertque
uerba Accur. proxime relata. Sequitur ergo id genus
hominum denominandum potius eſſe ab artificio
tanquam potentiori, cum artificium extinguat nomẽ
officii, ex conſequẽti non eſſe mercatores. Et hæc ſen-

Universidad de Deusto Biblioteca



tentia comprobari poteſt ex his quæ ſcribit Archid. in
c. ſi duo. de offi. delega. ait enim, ſi duo permiſcentur,
52 quorum alterum ſit potentius altero, ✝ potẽtius quod
eſt atrahit ad ſe naturam minus potentis, & ſi debilius
in numero excedat illud quod eſt potentius, citat. c.
aqua. dȩ conſe. eccle. uel alta. Rurſus confirmatur ex
53 his quæ ſcripſit gl. xiiij. q. iij. in ſumma in fi. ✝ licitum
eſſe clericis emere rudem aliquam materiam, & inde
aliquod artificium facere ſi eis ſua non ſufficiunt. xcj.
diſt. c. clericus uictum. & tunc ſubdit non acquiri lu-
crum ex negociatione, ſed ex artificio, quod & Apo-
54 ſtolis licebat. xxj. q. j. c. j. ✝ Accedat, quòd doct. noſtri
dicunt, ſi compromiſſum factum eſt in duos arbitros,
quorum alter eſt clericus, alter laicus, reductio ad arbi
trium boni uiri petenda eſt coram iudice eccleſiaſti-
co, epiſcopo, ſeu uicario. ſecundum Bald. in. l. præcipi-
mus. C. de appel. Iaſ. in. l. imperium. col. ij. nu. 3. ff. de
iuriſd. om. iudi. Rom. conſi. cclxv. addit. ad Abb. in. c.
quintauallis. nu. 38. de iure. Math. de afll. deci. lj. item
fuit. Staphi. in tract. de literis gratiæ & iuſti. pagi. mihi
clviij. hoc tamen ultimum non ex omni parte conclu
dit. Sed ex iam dictis reſpondendum puto in propoſi
ta quæſtione, ut ſupra. Nec obſtat text. in. §. ſi unus.
quoniam ſeruus ille plura artificia habebat, nimirum
ſi cedit legato eius artificii in quo plerunque uerſaba-
tur. At in caſu noſtro proponitur quempiam ex offi-
cio ad artificium ſe dediſſe, unde præualet artificium,
ut probatur in. §. ſi ex officio. & ad interpretationem
ſi libet, quæ ſtatim dicemus, legito. Minus & moueat,
quod ex ſentẽtia Gemi. retulimus, quoniam dico non
admittendum ubi alterum altero mutatur, prout in
propoſita facti ſpecie, officium artificio mutatur, & lex
nominat ab artificio tanquam potentiori. Poſtremo
ſententia Bart. quæ noſtram interturbare uidebatur,
55 non moueat. ✝ diuerſa enim eſt quæſtio a noſtra, &
commune nihil habeat. Apud eum enim quȩritur, cui
magis debeat obedire, Noſtra autem diſputatio eſt, an
dicatur mercator, uel artifex, uel uerius (quod mihi



liceat dicerẽ pace tanti uiri) errauit Bar. in eo iudicio,
ubi mixtura eſt officij & artificij. Nam tabellio dici-
tur artem exercere, ut ſcripſit Ang. in conſ. xxxiij. ſu-
pradicta reformatio citat. l. j. & l. medicos. C. de pro-
feſ. & med. lib. xj. unde ſententia Bart. infirmari uide-
batur ex citato per nos. §. ſi ex officio, & his quȩ dixit
Bar. in l. quæritur. adde Bal. in. l. pe. c. de conſt. pecu.
cir. fi. & Alẽ. in. iij. uol. de conſt. et Dec. in uerbo mer
cator, hi enim & additi ad ea, quæ ſcripſit Bar. non ni
hil ſcripſere non tamẽ quæ nos diſſeruimus, attigere.
56 ✝ Proxime accedit his quæ nuper diximus, quæ
nunc ſe offert hæſitatio. Videmus quottidie in uarijs
et diuerſis mercium generibus complures ſe exerce-
re. Nihilq; prohibet id fieri. l. procuratoris. §. ſi plures.
ff. de tribu. l. cuicunq; in. §. labeo. ff. de inſti. et unuſ-
quiſque mercator a merce, in qua uerſatur nominari
ſolet. l. cum duobus. §. quidam ſagariam. ff. pro ſocio.
uerbi gratia mercator lanæ, mercator coriorum, a qua
ergo negociatione ſeu merce id genus hominum ap-
pellari debeat, quæri poteſt, et reſpondendam de iure
uidetur mercatorem huiuſmodi nominandum ab il-
la negociatione, in qua plerunque uerſatur. d. l. lega-
tis. in. §. ſi unus. l. eius qui. §. j. ff. ad muni. et probari
hæc ſententia poteſt ex pluribus ſimilibus locis, quæ
copioſe et eleganter retulit. Iaſ. conſil. lxxiiij. in caſu
uolu. iij. et ex his quæ ad rem noſtram non inſubtili-
ter ſcripſit. Signo. in conſi. ſemel atque iterum relato.
nume. 95. et huc ſpectaret quæ ſcripſit relatus. Bart. in
l. cum quæritur. ff. de ſtat. homi. Rurſus ad rem facit
quod idem Bar. ait in. l. Ariſto. ff. de dona. nu. 2. dum
docet ad diſcernendum contractum permutationis,
57 ✝ a contractu uẽditionis in re dubia inſpiciendũ, eſſe
ſi maioris ualoris ſit res quæ datur pro re quam pecu-
nia, permutatio iudicetur potiuſquam emptio et uen-
ditio, et ſcribunt iuris interpretes, et præcipue Iaſo. in
l. ij. in fi. prin. ff. ſi cert. pet. et in. c. ſi quæſtiones. extra
de rerum permut. et ſexcenta doctorum loca refert,
And. tiraq. in com. de ut. ret. §. xxx. glo. j. nume. 9. et

Universidad de Deusto
Biblioteca



numeris ante.pagi. ccccccxlij. ad quem in hac mate-
ria ſemper confugito. Ego tamen ſemper putaui præ-
dicta in re dubia admittenda, uel ubi mercatura mi-
nus potens ſtare nequit cum principali, ſecus ſi alia
mercatura in qua minus uerſatur, nil prohibet quin
cum alia concurrat, in qua plerũque uerſatur, et quæ
principalis eſt, quoniam ea mercatura quæ non æque
principalis eſt, tunc etiam conſideranda eſt, quemad-
modum dicimus de mixto ſeparabili. Nam tunc pro-
ut de quolibet ſimplici iudicatur, ut ſcribit Ang. in.l.
ij.in prin.ff.de uer.obli.et hanc interpretationem ue
ram eſſe puto, et probari ex commentarijs. Deci.in.l.
58 rogaſti.ff.ſi cert.pet.num.7. ✝ qui putat.l.quæritur.
ff.de ſta.hom.et.§.ſi unus hanc interpretationem re-
cipere ac etiam ſimilia, quando quod principaliter agi
tur ſe (ut eius utar uerbo) non compatitur cum eo,
quod in conſequentiam uenit, tunc quod principale
eſt inſpiciamus, ſecus uero ſi id quod in conſequen-
tiam uenit ſe compatiatur, hoc enim caſu illa qualitas
etiam minus potens ſpectari ac conſiderari debet, hãc
noſtram interpretationem ſenſit Sign. in relato loco,
dum contraria ſoluit, & ſubdit Dec. ubi ſupra poſſe ali
quem in albo deſcribi in diuerſis ſeu duobus exerci-
59 tijs, &, ✝ ut ipſe dicit, matriculari, et oneribus utriuſq;
artis aſtringetur, ut not. Rom. conſi. ccccxxij. iſte Fran
ciſcus. Hæc enim delatio ſeu in album aut matricu
lam deſcriptio aliquem ad onera ſubeundum arctat,
quamuis parum in illo exercitio ſe exerceat, citat Bal.
in rub.de conſti.pecu.in fi.et eundem Bal. in.l.pe.C.
cod.titu. quibus proxime ſcriptis addes ipſe quæ nos
in ultima parte dicemus, cum de cõſtitutionibus mer-
catorum diſſeremus.uer. ſubiungit idem Bal. et ſupe-
rioribus quæ ſtatim dicemus.

60 Agitata eſt illa quæſtio, nec ab re proponenda, nũ
ut quis mercator dicatur neceſſarium ſit ampliorem
ſubſtantiæ partem in mercibus contulerit? In quo iu
ris articulo. Dec.in.c.j.nume.29. extra de iudicijs in-
quit neceſſario id requiri, Abb. ibidem ſenſiſſe, qui ci-





tat.l.ſemper.in.§.negociatores.ff.de iure immu.& ad-
dit Bart.in ead.l.in.§.negociatio. in eadem opinione
fuiſſe, & in rub.de naui.lib.xj. & Alex. ex facto conſul
tum idem reſpondiſſe, ut patet conſi.cviij.uiſo thema
te.lib.iiij. Subiicit idem Deci. hanc ſententiam ſimpli-
citer intellectam abſurdum contineri, eueniret enim,
ut qui ſæpius & longo tempore ſe in mercatura exer-
cuiſſet priuilegiis mercatoribus conceſsis non fruere-
tur, ſi bona immobilia, quæ mercator habet, merces
ipſas in ualore ſuperarent. Vnde hanc ſentẽtiam intel-
ligendam putat in eo in quo plures qualitates concur
rerent, in quibus inter ſe eſſet repugnantia. Tunc in-
ſpicienda illa eſt qualitas in qua magis uerſatur, & quę
præualet.l.legatis.§.ſi unus.ff.de leg.iij.&.l.quęritur.
ff.de ſta.homi. Vel hæc ſententia accipienda eſt quan
do fraudis eſſet ſuſpitio, ut quia ſe quis mercatorem
fingeret, cum nõ eſſet, citat Bar.in relata rub.de naui.
Pro qua ultima declaratione addo ego text.in.l.iij.in
§.diuus quoque Pius.ff.de iure immu. Hactenus Dec.
in ſupraſcripta, ſeu uerba ſimilia, qui addit, quod pri-
mo loco dixit maxime procedere, ſi is in mercatorum
albo deſcriptus eſſet, & adde eundem Deci. in.l.roga
ſti.in prin.nu.7.& ſeq.ff.ſi cer.pet.

Ego autem in hoc iuris articulo admodum neceſſa
rio fremant, qui uelint, dicam audacius quid ſentiam,
puto enim de duobus ſeparatim quærendum eſſe, Al-
terum eſt, an ut mercator quis cenſeri poſſit neceſſe ſit
maiorem facultatum ſuarum partem in mercibus, ſeu
mercatura habere: Alterũ num mercator ampliorem
ſubſtantiæ partem in negociationem non habens, po-
tiatur immunitatibus mercatoribus conceſsis, ſiue a
iure communi, ſiue municipali lege. In prima igitur
quæſtione illum ego puto mercatorem recte dici poſ-
ſe, quem ſupra primo loco deſcripſimus, ſeu definiui-
mus, & non puto oportere ampliorem ſubſtantiæ par
tem in mercibus habere, quod etiam comprobare po-
teris ex pluribus, quæ ſcripſimus ſupra uer. item quæ-
ro, an qui ſemel. & quæ ad hũc locum pertinent illinc

Universidad de Deusto
Biblioteca



aſſumens,nec legi text. dicentem id eſſe neceſſarium,
nec Bart.expreſſe dicit in citata rub. de naui.ut refert
Dec.& minus Alex.in citato conſi.& Abb.ſimiliter id
non exprimit,licet id innuat cũ relatis,dum citat tex.
in.l.ſemper.in.§.negociatores.ff.de iure immu. Verũ
61 † quia huic ſententiæ noſtræ ualde aduerſari uidetur
citata.l.ſemper.in.§.negociatores.uerſi. diuus Adria-
nus.&.§.negociatio.ea.l.reſpondemus hos tex.loqui
in quibuſdam negociatoribus,& quidem publicis,ſeu
ad publicam utilitatem deſtinatis, & cauſa immunita-
tis principalibus conſtitutionibus certa forma conceſ-
ſæ.Et quoniam præfationes,& libentius nos ad lectio
nem propoſitæ materiæ perducunt, & cum ibi ueneri
mus euidentiorem præſtant intellectum, ut inquit Iu
riſconſultus in.l.j.ff.de ori.iur.præfari libet,fuiſſe ne-
gociatores,qui annonam urbis adiuuabant.Item naui
cularios,& quidem publicos,qui annonæ urbis ſerui e
62 bant,ut in rub.C.de naui.ſeu nau.pub.† & hi immu-
nitatem a muneribus publicis conſequebantur, ut di-
cit Iuriſconſultus ad uerbum in.l.iij.in.§.negociato-
res.& forſan alii erant nauicularii,& alii negociatores,
ut probari uidetur aperte,meo quidem iudicio,ex uer
bis Iuriſconſulti ubi ſupra, & in aliis locis.d.l. & in.l.
nauicularii.ff.de munc.& hono.eſt enim copula inter
hos quę inter diuerſa plerunque adiici ſolet,licet Bar.
in dicta rub.ex ſententia Accur.ſcripſerit,nauicularios
dici tribus modis.Primo illos,qui naues faciunt,dein-
de qui in mercaturam nauium ampliorem ſubſtantiæ
partẽ cõtulerint,& illos tertio,& poſtremo,q naues du
cunt , & idem Accur.ſenſit in citato.§.negociatores.in
uer.annonę urbis.in uer.ſunt & alii, qui maiorem par
tem facultatũ habẽt in negociatione , & in iſtis omnia
ſunt neceſſaria,quæ in nauiculis , uno excepto , quôd
non ſeruiebant annonæ urbis,hactenus Accur.Scien-
dum eſt etiam nauiculariis quadam forma, & lege im
munitatem fuiſſe conceſſam,ut dicit Iuriſconſultus in
ead.l.iij.in,§.immunitati . in illis uerbis immunitati,
quæ nauiculariis præſtatur certa forma data eſt . Et ſi



non omnia quæ principalibus conſtitutionibus cauta
erant eis congruebant, non poterant uti priuilegio ſi-
bi indulto, ut Iuriſconſultus ſubſequitur. Idem arbi-
tror negociatoribus huiuſmodi immunitatem fuiſſe
conceſſam principalibus conſtitutionibus certa lege
quẽadmodum nauiculariis,ut tales negociatores, qui
annonam urbis adiuuabant, frui priuilegio immunita
tis poſſent.Cautum enim erat,ut maiorem partem fa-
cultatum in negociationibus contuliſſent, idque pro-
batur etiã in.l.nauicularii. & in.d.§. diuus Adrianus.
Adeo quôd ſi aliquis negociator talis locuplex factus
eſſet,propter legem, et formam datã immunitati, erat
exercenda negociatio per incrementa facultatum, ut
dicitur in.§.negociatio.ea.l. et prædicta lex, et forma
immunitati data erat, ne quis negociator, ſeu nauicu-
lator,negociatoris,ſeu nauicularii antedicti imaginem
ſe indueret, ut ſubſequitur Iuriſconſultus ubi ſupra.
Ex quibus præfationibus euidenter patet.§. diuus.et
§.negociatio.mouere non poſſe.Et non eſſe neceſſari
um,ut quis dicatur mercator,maiorem partem ſubſtã-
tiæ in mercibus contulerit. Loquuntur enim in publi
cis negociatoribus , et quibus certa lege et forma im-
munitas conceſſa erat,et ſpecialiter ut maiorem partẽ
ſubſtantiæ in mercibus habeant, quod et fortius pro-
cedit ſi ſecundum Bar. et Accur.nauicularios,et nego
ciatores eoſdem fuiſſe admittamus,hi enim publici ne
gociatores erant,ut conſtat ex rub.citata de nauicu.et
nau.pub.Nimirum ergo ſi immunitatibus,ſeu priuile-
giis uti non poterant, quoniam ( ut oſtendimus ) cer-
ta forma immunitas data erat.d.§.immunitati. Et il
lud etiam tento dicere negociatores,qui annonam ur-
bis adiuuabant,qui ue immunitatem habebant,ut ſu-
pra,illos fuiſſe de quibus meminit Imperator in.l.ceſ-
63 ſante.C.de cõmer.et merca.† qui erant numero quin
gentorum ſexaginta trium.Idque comprobatur, quo-
niam lex illa inſcripta eſt Præfecto ꝑtorio,et intelligo
urbis Romę κατ᾽ ἐξοχὴν per ἀντονομασίαν.§.ſed ius qui
dem ciuile.inſt.de iu.nat.Non autem Præfecti Orien-

Universidad de Deusto Biblioteca



tis ſeu præfec. præt. Aphr. & quia in titulis ſitis in. C.
additur, licet glo. et doc. in. l. ceſſante intelligant de il-
lis mercatoribus qui ad domum principis pertinebãt,
quibus obſtant duo, alterum eſt quia num erus quin-
gentorum ſexaginta trium uidetur nimis magnus ad
domum principis. arg. etiam. l. j. C. eo. de com. et mer.
conſiderando illa uerba negociatores (ſiqui ad domũ
noſtram pertinent,) & reliqua. Alterum eſt inſcriptio
facta præfecto prætorio de qua diximus, et his addes.
§. negociatores in publicis negociatoribus locum ha-
bere Pet. anti. ſenſiſſe in trac. de mune. ſtatim referen-
dus, et legitur in. l. j. in. §. item collegium. ff. quod cu-
iuſq; uni. Naviculariorum corpus ſeu collegium qui
et in prouincijs ſunt, ſenatuſcõſultis et principalibus
conſtitutionibus fuiſſe confirmatum, et de negociato
ribus qui imperiali deuotioni deſeruiebant, uide. l. ne
gociantes. C. de excuſa. mu. lib. x.

Conſequenter et mouent nos quæ adduximus et
conſiderauimus immunitatibus et priuilegijs a lege
municipali conceſsis, mercatores qui non ampliorem
ſubſtantiæ partem in mercibus habent, frui atque po
tiri poſſe, & a Decio nõ diſſentimus, licet difficile a tot
legum prudentum uerticibus diſceſſerimus, præcipue
quia Alc. in citato conſi. ſecundum illam ſententiam,
et Papienſe et Mediolanenſe conſiliũ pronunciaſſe re
ferat, et quibus addimus Iaſ. idem ſentiẽtem in. l. ſcri-
niario. num. 8. C. de teſt. mil. Sed poteſt forſan unius
et deterioris ſententia, et multos et maiores in aliqua
parte ſuperare, ut inquit Imperator in. l. ij. in. §. ſed ne
que ex multitudine. C. de uete. iu. enu. et hanc noſtrã
ſententiam intelligimus dummodo quæ in definitio-
ne diximus concurrant, et ſecundum ea quæ ex ſen-
tentia Decij ſupra retulimus, et non ab re eſſe hic pu
tauimus quæ Pet. anti. in trac. de mune. ſub num. 50.
in. iij. parte princip. plene quidem circa immunitatem
a iure communi negociatoribus conceſſam ſcripſit, ad
uerbum referre: Ait enim interdum excuſatur quis a
muneribus propter negociationem qua gerit in quo



ſic diſtingue ſecundum Vg. Ro. et Bert. de deut. aut
enim gerit priuatam negociationem, et ad priuatum
commodum, et non excuſatur. ff. ad muni. l. filij. §. fi.
ff. de mune. et hono. l. fi. §. ab huius. Aut gerit publi-
cam, et ad publicum commodum, et tunc excuſatur a
perſonalibus et a mixtis, et hoc quãdiu negocium ge
rit, concurrentibus tamen quæ debent concurrere,
quæ omnia dic, ut. ff. de iure immu. l. ſemper. §. nego-
ciatores. in gloſ. ſed an a patrimonialibus excuſatur,
gl. mouet. C. de nauicu. l. nauicula, forſan uoluit cita-
re gl. in. l. negociantes. C. de excu. mun. lib. x. et uide-
tur negare, pro qua facit quia licet ſint abſentes cauſa
Reipub. ut in. d. §. negociatores. tamen ob id a patri
moniali non excuſantur, ut in milite diximus. l. ſunt
munera. ff. de uaca. mu. iuncta. l. pen. ff. ex quib. cau.
maio. et ad id facit quòd notatur. ff. de mune. et hon.
l. et qui originem. §. fi. contrarium notatur in dicto. §.
negociatores, et hoc uidetur uerius, ut in. §. licet. in. l.
ſemper. in glo. ſumendo a contrario ſenſu, et poteſt
eſſe ratio, ut gaudeant in bonis, qui de bonis ſeruiũt,
et ita non obſtat, quod de milite eſt argumẽtum, quia
tales perſonæ ſeruiunt. arg. l. milites. qui a Rep. C. de
re mili. Aut gerit negociationem priuatam, ſed ad pu-
blicum commodum, & idem priuilegium habet iiſdẽ
iuribus, ſed uſque ad quinquennium tantum, dicta. l.
nauiculare. iuncto. §. negociatores, ſupra citatis, & dic
ut ibi, aut gerit publicam, ſed ad priuatum commo-
dum, & tunc nullum habet priuilegium, ut. ff. de iu.
immu. l. j. hactenus Pet. ant.

Offert ſe nunc alia controuerſia, quæ ad hanc par-
tem attinet mercator mercaturæ, officium exercuit,
& in albo mercatorum deſcriptus eſt, ſed nunc merca
turã exercere deſtitit, num is mercator dicendus ſit,
adeo ut priuilegijs mercatoribus conceſsis uti poſsit.
Bar. tractat in. l. iij. in. §. quibuſdam. ff. de iu. immu. &
ſe non exercentes priuilegijs frui poſſe negat, motus
iuriſconſulti uerbis ea. l. in. §. negociatores, qui ait ne-
gociatores a muneribus publicis immunitatem conſe

Universidad de Deusto Biblioteca



quuntur, quãdiu in huiuſmodi actu ſunt, citat etiam elegantem tex. in. l. qui ſub prætextu. C. de ſacro. eccle. & hanc ſententiam probauit Abb. in. c. j. in fin. de iud. & Iaſ. in citata. l. ſcriniarios, & confirmari uidebatur ea. l. iij. in. §. diuus in illis uerbis licet in corpore nauiculariorum ſit & reliqua.

Nec huic ſententiæ aduerſari uidetur quod ſcripſit Ange. in conſi. xxxiij. ſupradicta prima, ubi in ſimili quędam iura referendo ait, ſufficere quempiam deſcriptum in matricula, licet tempore quo immunitate et priuilegijs uult uti non exerceat, Quoniam conſtitutio de qua meminit, ſolum reſpiciebat exercitium tẽpore deſcriptionis, in matricula ſeu albo, ac quo in numero aliorum referebatur, et in ſacculo ſeu pyxide immittebatur. Sed illa incurrit inſpectio in ambiguo quid conſtituendum ſit. unde Alex. in addit. ad Bart. in dicta. l. ſemper. in. §. negociatio, ex ſententia. Iaco. but. in proh. ff. inquit aut ſumus in claris, quòd is mercaturæ officium deſeruerit, et non exerceat, et non eſt mercator modo, & ideo diſpoſitio quæ de mercatore loquitur hunc non comprehendit, quod confirmat prędicta, & comprobare poteris, ex his quæ Sign. ſcribit in conſil. xcv. ſępius relato, ſub nume. 21. & in conſi. 245. nume. 1. in. q. qui inquit non ſufficere deſcribi quempiam in matricula ſeu albo mercatorum, niſi re exerceat, & ſubdit dixiſſe poſt Iaco. but. ubi ſupra. Aut ſumus in dubio, & tunc ſi ſolitus eſt mercari præſumitur durare, & animum non habuiſſe, nec habere deſerendi exercitium. §. pauonum inſtit. de re. diui. Proximamque conſuetudinem reſpiciendam inquit, non remotam. ff. de alimen. & ciba. lega. l. mella. §. j. Addes etiã prædictis, quæ ſcripſit Bar. in tracta. teſti. num. 63. uer. aliquam ex prædictis, quem uideas pertinet enim ad prædicta is locus, & in præcedenti nume. ad inſtituendum, atq; articulum ſuper mercatore cõcipiendum. Item addes addi. ad Fel. in prohe. Greg. & denique, & hæc his quæ diximus ſupra uerſicu. item quæro, & illa iſtis adicies.



66 ✝ Scio & illud apud Alc. tractatum eſſe in. l. mercis. ff. de uer. ſig. pag. iij. quod hunc admodum ſpectat, an mercator ſit dicique poſsit ille qui mercaturæ officium, per ſe non exercet, ſed inſtitorum opera, ac ſeruorum utitur, & putat ſi nullo modo ipſe negocium tractet, uerius eſſe mercatorem non eſſe, ſed ſi & ipſe aliquando rationes excutiat, emitque & uendit mercatorem eſſe non negat, quæ ſententia uera eſt, & placuit Ludo. Ro. Fran. de are. & Iaſ. in. l. ſcriniarios. nu. 8. C. de teſta. mil. & ſubdit ſenſiſſe Bar. in. l. fina. ff. de excu. tut. motus illa lege quicquid Alexã. ſcripſerit in l. diem functo. num. 23. ff. de off. aſſeſ. & quottidianum eſſe, ad noſtræ ætatis mercatores, & hanc ſententiam ex definitione ſeu deſcriptione primo loco per nos tradita confirmabis, his etiam addes, quæ infra ſubijciemus in uer. & illud eleganter, in fi. num. 72.

67 ✝ Belliſsime etiam dubitare poſſet aliquis, num mercatoris appellatione campſores contineantur, & Pau. caſt. in. l. in eum. ff. de inſti. contineri putat, citat l. uni. C. nego. ne milit. lib. xj. ego autem mecum ipſe cogitabam uulgare hoc uerbum eſſe, & non tam barbarum quâm quibuſdam uidetur, Nam & Priſcianus libr. x. capi. ij. eoſque ultimo ait cambio ἀμείβομαι ponit chariſius quod eſt permuto, & eius præteritum campſi quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἢ κάμψαι græco eſſe uidetur, unde campſo quoque apud Ennium lib. x. leucaten campſant, ideſt permutant, unde item campſores collybiſtas, atque trapezzitas, ſiue menſarios, aut etiã nummularios uocamus, de quibus apud Alcia. lib. j. Parerg. c. xlvj. & apud Andr. tiraq. in com. de utroque ret. §. xxx. gloſ. j. pagi. cccccxl. & Luc. de pen. in. l. ſi cohartalis. in fin. C. de coharta. lib. xij. Quibus addes
68 apud Ciceronem, Act. in uerrẽ. iiij. ✝ & alibi collybum appellari pecuniæ permutationem, & detrimentum pecuniæ, quod in permutandis nummis aſſolet fieri, uulgo cambio, & perdita de laggi nuncupatur, de quo Alciatus etiam meminit, ubi ſupra. Igitur his præfatis quum campſoribus ea quæ in noſtra definitione ſeu

Universidad de Deusto Biblioteca



deſcriptione diximus non conueniunt, mercatores di
ci non poſſe puto. idque ex diuerſo nomine etiam de-
fendi poteſt. l. ſi idem. C. de iur. codi. Nec moueat. l.
uni. C. nego. ne mili. loquitur enim in argenti diſtra-
ctoribus, & hos negociatores eſſe innuit, quod & nos
concedimus, & ſupra oſtendimus longam eſſe differē-
tiam inter mercatorem & negociatorem, ſed hoc ulti-
mum uerbum generalius eſſe, & illud non negauerim
uulgi opinionem ſpectandam eſſe, de qua diximus ſu
69 pra uer. item & illud eleganter queritur. ✝ An appel-
latione mercatoris contineantur iuuenes qui cum ip-
ſis mercatoribus immorantur ad miniſterium, & mer-
caturæ exercitium diſcendi gratia? In qua quæſtione
diſtinguendum uidebatur ſecundum ea quæ Bar. no
ſter ſcripſit in. l. legatis. in. §. ornatricibus. ff. de leg. iij.
Putat enim diſpoſitionem ſeu rem de qua agitur con
ſiderandam, Num ſcilicet contineat beneficium uel
priuilegium, ſi beneficium addiſcentes contineri, ſi uc
ro priuilegium, ſecus. In illo enim. §. legatis ornatrici-
bus eas cedere probatur, quæ per duos menſes apud
magiſtrum fuere, quæ ſentētia comprobari poteſt, ex
his quæ idem Bar. Alex. & Iaſ. ſcripſere in. l. j. circa fi.
ff. ſolu. mat. & ſubijcit idem Bar. ſuperiori loco, fauo-
re legati ornatrices addiſcentes. cedere legato ornatri
cum, & fauore legati eſſe. Imo. in dicta. l. prima. etiam
ſenſit, & ut ſupra diſtinguendum in hæſitatione pro-
poſita ſenſit Alex. in add. ad Barto in ea. l. legatis. in
prin. ſub litera G. Scripſit enim in hæc uerba, an autem
appellatione mercatoris uel artificis ueniat diſcipulus
uide Barto. in. §. ornatricibus. infra eo. Cogitanti autē
mihi, propoſitam diſtinctionem in quæſtione de qua
agitur, placuit admittendam non eſſe: quoniam merca
tor dicitur officium exercere, & officium habetur a na
tura ſine doctrina, ut ſcripſit idem Bar. in. §. ſi ex offi-
cio, iure enim gentium unuſquiſque nouit emere, &
uendere licet unus alio cautius emat, ſecundum eun-
dem Bar. in rub. de naui. li. xj. uerum. §. ornatricibus
loquitur in artificibus, ut ſenſit ibidem Bar. artificium



autem in doctrina haberi nequit, ut late hæc oſtendi
mus ſupra uerſicu. & cum omnes in aliquo artificio
70 adhuc diſcere poſsint, ✝ nimirum ſi addiſcentes lega-
to illius artificij cedunt, alioquin nullum cedere lega
to neceſſe ſit, cum omnes adhuc diſcere poſsint, &
omne artificium incrementum recipiat, idque huma-
næ naturæ congruum eſt, omnes enim natura ſcire
deſideramus autore Ariſt. in principio primi lib. Me-
taph. Vnde iuriſconſultiſsimi Iuliani ſententia, & ſi al
terum pedem in ſepulchro haberem adhuc addiſcere
quidem uellem, & hanc diſcendi cupiditatem, ſolam
uiuendi rationem optimam, in extremum uitæ diem
ducere debemus. l. apud Iulianum. ff. de fide. liber.
Cum igitur ſimus in diuerſis, & ratio prædicta Iuriſcō
ſulti in mercatura (quæ eſt officium) ceſſet, conſequē
ter relata diſtinctio quæſtioni noſtræ non congruit,
Puto itaque illud ſpectandum eſſe in huiuſmodi iuue
nibus, num ea quę in definitione diximus conueniāt,
ſolent enim & ibi plerunque mercaturam exercere, &
ſi conueniant mercatores eſſe, ſi uero non conueniāt,
71 non eſſe. ✝ & his addes, quod inquit Bart. in. §. orna-
tricibus, in legatis fieri latiorem interpretationem, &
illam legem procedere in caſu ſuo fauore legati, quod
etiam probauit Imo. in dicta. l. prima. ff. ſolu. matrim.
expeditum non eſſe, lex enim in teſtamentis. ff. de re-
gu. iur. in legatis non procedit, quoniam in his diſtri-
cte procedimus. l. nummis. ff. de lega. iij. l. apud Iulia-
num. §. ſcio. ff. de lega. primo. & declarat Dec. in dicta
regu. in teſtamentis & in conſi. cclxxxix. non eſt par-
ui. Vnde conſequenter tento dicere, in. §. prædicto, in
legato ornatricium, & cedere illas quæ per duos men-
ſes apud magiſtrum fuere non fauore legati, ut dice-
bat Barto. aduerſatur enim lex nummis, ſed illa ratio
ne, & quidem eleganti ipſius Iuriſconſulti, quam ſu-
pra retulimus, qua ratione iuriſconſulti diſtinctio Bar
to. etiam peruerti uidebatur, & licet prædicta ex men
te legum eſſe putem, tanta tamen eſt Barto. autoritas,
ut ab eius reſponſis nefas, quodammodo ſit recede-

Universidad de Deusto
Biblioteca



re,ſemel igitur, atque iterũ cogitabis. Addes etiam
prædictis,quod eleganter inquit Ang. in.l.quanuis.ff.
72 de acquir.poſ. ✠ ſi lex municipalis de mercatore, ſeu
artifice ſimpliciter meminit intelligendam eſſe in eo,
qui proprio nomine mercaturam exercet,non autem
alieno,cuius ſentẽtiam probat Deci.in conſi.cclxviij.
concluſio.in prin.citat tex. in.l.quæſitum.ff.de in ius
uoc.l.tutorem.ff.de his quib.ut indi.gl. in.l.lis nulla.
ff.de iud.& placet Aym.crau.ut patet eius reſponſorũ
lib.j.conſi.c.in prin.ſed hæc magis forſan congruerẽt
his,quæ proxime diximus uer.ſcio & illud.

73 ✠ Denique illud quæſitum eſt unde dicatur merca
tor,& Sig.in citato conſi.xcv.nu.25.inquit,mercator a
merce dicitur,ſiue a mercando. Ego autem puto non
a mercando,ſed a merce dici, Nec idem ſunt, quando
quidem uerbum mercor,ſimpliciter emere plerunque
ſignificat,ut dicam infra uer. & a merce mer
catorem dici ſenſit Alex. in.l.legatis.ff.de leg.iij.citat
l.mercis appellatione.ff.de uerb.ſig.quæ.l.hoc innu-
it.Et generaliter unà cum Alexan.dixerim,ubi ſupra,
ementes,& uendentes res,quę mercium appellatione
non continentur,mercatores non eſſe.

74 ✠ His igitur cognitis,quę ad propoſitam definitionẽ
& mercatoris nomen pertinent. Incurrit hic alia inſpe
ctio,ut quid ipſa mercatura ſit,uideamus: & eſt relatũ
apud Sig.in eius reſponſis reſp.xcv.nu.26. mercaturã
officium eſſe,quod ratione quęſtus exercetur in rebus
mobilibus comparandis, illis quoque diſtrahendis,&
omnes definitionis propoſitæ partes defendere cona
tur. Quæ definitio meo quidem iudicio corruit, cum
non conuertatur cum ſuo definito.iuxta.l.j.§.j.ff.de
dolo.& ea quæ in initio diximus,eueniret enim quòd
uenalitiarij,de quibus diximus ſupra uer. tractatæ nõ
eſt etiam ab re.mercaturã exercere dici poſſent, quod
& uerum non eſſe eodem loco oſtendimus.Item uer-
bum quæſtus, accipimus in iure pro lucro honeſto, &
inhoneſto. Pro honeſto,ut in.l.coiri.iuncta.l.ſeq. cu-
ius initium eſt quæſtus.ff.pro ſocio. Pro inhoneſto,&



in.l.palam.ff.de ritu nup. Vnde & illos, qui dilata ſo-
lutione cariori pretio merces uẽdunt,& de quibus me
minimus ſupra uer.ex prædictis ſingulariter infero.&
quos uſurarios potius nominandos probauimus, mer
caturam exercere diceremus. Rurſus uerbum rebus
nimis generale eſt.l.j.§.rei autem uerbum.ff.ſi cer.pe
ta.ſeruos enim, & mancipia rei uerbum continet.l.o-
mnia.§.cum ita.ff.de leg.ij.& ſcribit Dec.in.l.citata.l.
j.ſub nu.7.citat.l.paulus.ff.de pignor. in.§.ſi.quibus
adde Gulg.Bal.& Ang.in.l.j.ff.de ſtatu hom.qui rerũ
appellatione perſonas quoque contineri ſcripſerunt,
& licet mercis appellatio ad res mobiles pertineat,nõ
tamen ad ſeruos,ut in.l.mercis appellatio.iuncta glo.
& in alia.l.mercis.ff.de uerb.ſigni. Hi enim qui ſeruos
emunt,& uendunt uenalitiarii,ſeu mangones,nõ mer
catores nuncupãtur,quod latius explicauimus ſupra
uer.illud etiam quæri poteſt.ſub nu.16.Vnde ita pleni
us,& uerius definiri,ſeu ſaltem deſcribi poſſe nobis ui
detur: Mercatura eſt officium,quod ratione quæſtus li
citi exercetur in permutandis,emendisque frequenter
mercibus illis quoque non mutata per ſe forma, nec
minutatim diſtrahendis, & quoniam, quæ ſupra dixi-
mus in definitione mercatoris huc quoque ſpectant,
ſingula repetere ſuperuacuum eſſe duximus.

Bene eſt etiam priuſquam ad ſecundam propoſitæ
materiæ partem perueniamus de ſignificatione quo-
rundam uerborum ad hanc rem attinenti breuiter diſ
75 ſerere. ✠ Et illud primum quæritur,an mercis appella
tione pecunia contineatur.& Bal.noſter in.l.cum pro
ponas.C.de nau.fœno.ſub nu.3.ſcribit in infraſcripta
ſeu ſimilia uerba. Nota quòd hic ex quo nauis proſcri
bitur ratione illicitarum mercium proſcribitur etiam
pecunia,quæ erat in naui, hic eni erat mutuata pecu
nia,& illa fuit cum mercibus proſcripta. Item merces
comparantur ex ea,& quęcunque alia, Non tamen di-
cas ſi lex municipalis de mercibus loquatur,ad pecu-
niam referatur,ut.ff.de rerum permu.l.j. &.ff.de leg.
iij.l.ſi chorus.§.j.hæc Bald.quem refert Aſten.in.iij.

Universidad de Deusto Biblioteca



uolu. de conſti. & decre. in uer. merces. inquiens ſtatu
tum de mercibus loquens ad pecunias non trahi, ſe-
cus uero de iure communi. Ego uero hanc diſtinctio-
nem ſine ratione eſſe puto, Cui enim diuerſum in iu-
re municipali, quàm in iure communi ſit ſtatuendum
non uideo, & generaliter crediderim mercis appellatio
ne pecuniam contineri, idque fortiſsimo ( ni fallor) ar
gumento deducitur: Nam Iuriſconſultus inquit, mer-
cis appellationẽ ad res mobiles pertinere, ut in. l. mer-
76 cis. ff. de uerb. ſigni. † Sed mobilium appellatione ue-
nit pecunia, ergo & mercis appellatione, quôd autem
mobilium appellatione pecunia contineatur. probat
l. mouentium. ff. de uer. ſig. & quia mobile omne id di
citur, quod ſui natura ad motum, ſeu mouendum eſt
habile. Contra uero immobile dicitur, quod e loco ad
locũ moueri nequit, ut ſcripſit Old. con. ccxix. factum
tale eſt, dominus rex. idque uerum eſſe puto ex in, &
propria ſignificatione uocabuli, unde aurum, argentũ,
pecuniæ, pecudes, libri, mobilium appellatione conti-
nentur, ut probat Deci. in conſil. cccclxxij. & ſeq. citat
tex. in aut. de nupt. §. & quia parum. & ibidẽ Ang. hoc
dicentem, & reſpondet omnibus, quæ Cor. qui in di-
uerſa fuit ſententia, adduxit in conſil. xlix. in præſenti
conſultatione. columna penultima. uerſicu. circa pe-
cuniam. libr. tertio. Addo quôd idem Deci. plenius
attingens in conſil. ccclxxxj. uiſis his, quæ accurate.
ex uerbis Iuriſconſulti in. l. ſi chorus. in. § primo. ff.
de legat. tertio. tres facti ſpecies non ineleganter
conſiderauit.

Prima eſt in legato mobilium nummos repoſitos,
ſeu deſtinatos, ut mutuo dentur non uenire, & cum
Iuriſconſultus excipiat nummos repoſitos, & qui mu-
tuo dandi erant, omnes alios nummos qualeſcunque
eſſent, includi ſenſit. Exceptio enim facta in uno caſu,
in aliis non exceptis regulam confirmat. l. quæſitum.
in. §. denique. ff. de fun. inſtru. & ſcribit late idem Dec.
in reg. j. ff. de reg. iur.

Secunda eſt in legato mobilium includi nummos



repoſitos cauſa præſidii, & conſequẽter in ſpecie num
mos repoſitos.

Et illa tertia in legato mobilium pecunias uenire ci-
tat, pleroſque in hac ſententia fuiſſe, & probat, ſuperua
cuumque eſt referre, cum Decii uolumina præ mani-
bus habeantur, & ex his ſequitur. l. ſi chorus. noſtram
ſententiam potius probare. Nec moueat etiam. l. j. ff.
de rerum permu. quoniã illud uerbum merx ibidem
pro re uendita accipitur, ut Iuriſconſultus innuit, & in
terpretatur Accur. nec ex ea. l. inferri poteſt appellatio
ne mercis pecuniam non cõtineri, ex natura enim con
tractus emptionis, & uenditionis euenit, ut aliud ſit
merx, aliud pretium: ſicut enim aliud eſt emere, aliud
uendere, alius emptor, alius uenditor, ita & aliud pre-
tium, aliud res uendita. Verum & huic noſtræ ſenten-
tiæ aduerſari uidetur, quod Accur. ſcripſit in. l. ij. uer.
quid enim. in uerbo ſi ſint. ff. ad leg. Rho. de iact. pu-
77 tauit enim † gemmas, margaritas, & annulos, merces di
ci non poſſe, quod tamen te non moueat. Accur. meri-
to hoc loco reprehẽdendus eſt autoritate Iuriſconſul
ti ea. l. §. cum in eadem. ubi Iuriſconſultus in hæc uer
ba. Et ſiquidem tales merces impoſuiſſet, quibus na-
uis nõ oneraretur ueluti gemmas, margaritas. Et cum
hæc ſcripſiſſem legi commentarios Pau. caſtr. qui hoc
ibidem notauit, & Accur. citauit in ſuperiori, & relato
loco, ſubditque ex facto agitatam quæſtionem, cum
quidam mercator in quadam lanæ ſarcinula gẽmas, &
margaritas immiſiſſet, & id publicano non denunciaſ-
ſet, legeque municipali caueretur mercium aduectarũ
cauſa quiddam ſolui, aliàs in commiſſum incidat ſarci
nula. quæſitum fuit, num mercium nomine margari-
tæ, & gemmæ continerẽtur, & ait, ſe iudicem factum,
& ſecundum mercatorem, qui ſe certis conſuetudini-
bus mercatorum defendebat pronunciaſſe, & rectiſſi-
me quidem putauit Pau. cum conſuetudines mercato
rum præcipue inter ipſos mercatores ſpectandæ ſint.
Planè & illud non negauerim uocabula ſecundũ com
munẽ loquendi uſum intelligenda eſſe, qui præcipuus

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt. & propriæ ſignificationi uocabuli præualet, unde
& in hoc, & aliis uocabulis acquieſcendum eſſet com-
muni loquendi uſui. l. librorum. §. quod tamen caſſi-
us. ff. de leg. iii. de quo ſupra diximus uer. itē & illud.
78 † Relatum eſt apud Bar. in. l. legatis. ff. de leg. iii. ex
facto propoſitā queſtionem. Huiuſcemodi lege muni
cipali cautum erat, mercatores in mercantiis (ut Bart.
utar uerbo) florenos certa ſumma recipere obſtrictos
eſſe: num et id in dote procederet, & dos mercantia di
ceretur hæſitatum eſſe, & reſpondit idem Bar. licet do
tis cōtractus ultro, citroque obligationem contineat,
non tamen quæſtuarium actum eſſe, nec actum fre-
quentiam, ſeu aſſiduitatē recipere, ſeu admittere, quæ
in huiuſmodi requiritur. l. j. ff. de tribu. & nos ſupra
plenius probauimus, dotem igitur diuerſam a merce,
ſeu mercantia cenſeri, quæ ſententia Bar. uera eſt, &
ſollicitam tantum dubitationem recipit.
79 † Vulgaris eſt etiam illa quæſtio, num (ut recen-
tiores Iuriſconſulti dicunt) mercantiæ, ſeu negociatio
nis appellatione legatum cōtineatur, & uerius eſt non
contineri, ſecūdum Bar. in. l. cætera. in. §. ſed & ſiquis.
ff. de lega. j. citat. l. legatis. ubi ſe ſcripſiſſe inquit. ff. de
leg. iij. & licet nuncupatim non dixerit, id tamen ſen-
ſiſſe colligitur, quoniā in legato nō eſt ultro, citroque
obligatio, quæ admodum neceſſaria eſt in negociatio-
ne, ut ex uerbis, & mente Bart. in ſuperiori quæſtione
80 diximus. † Vnde idē Bar. ait ſi lege municipali caueatur
ex qualibet negociatione, ſeu mercantia uectigal ſolui
in legatis locum non habere, quæ Bar. ſententia rece-
pta eſt, & omnes iuris interpretes conueniūt, ut Alex.
& Iaſ. in eod. loco retulere. ſolus Iaſ. de iſto non recte
dubitat, tentat enim dicere admittēdam hanc ſenten-
tiam ubi ſimpliciter municipali lege ex negociatione,
ſeu mercatura uectigal ſolui caueretur. At ubi (prout
81 in propoſita quæſtione) † adderetur uerbum quali-
bet ſubdubitat, Mouet eum glo. ibidem, quæ ſenſit le-
gatum lata ſumpta uocabuli ſignificatione negociatio
nem dici poſſe. & in. l. marcellus. ff. de dona. inter uir.



82 & uxo. † Vnde propter dictionē qualibet, ſtatuentes
etiam de legato ſenſiſſe uidentur, & probat. Nam par
tis nomen, licet ſimpliciter prolatum dimidiam ſignifi
cet. l. nomen filiarum. §. portionis nomen. ff. de uerb.
ſig. ubi tamē adiicitur dictio aliqua, ut puta aliqua par
te propter adiunctam dictionem aliqua, in minima in-
terpretamur, citat gl. in cle. j. in uer. aut earum parte.
iuncto tex. de foro comp. quæ Iaſon. ſententia ex ge-
nerali uerborū conceptione defendi poſſe uidebatur,
mercantia qualibet. iuxta ea, quæ iuris interpretes ſcri-
pſere, & præcipue Bar. in. l. j. ff. de eo quòd cer. loco.
Rurſus occurrit, quod ex facto conſulto placuit Vero
nenſi in conſ. xiiij. pro declaratione. nu. 11. refert enim
83 Ang. Peru. in conſi. cclxxxiij. uiſo themate. † reſpon
diſſe uerba quouis modo, omnes modos, qui excogi-
tari poſſunt, ſignificare, & probat Mar. in conſil. lxxx.
nu. 37. & propius ad rem accedens defendi uidebatur
opinio Iaſ. ex his, quę Gemi. ſcribit in. c. ij. §. j. in prin.
arg. illius tex. de reb. eccle. non alie. in. vj. Inquit enim
84 † ſi municipali lege cauetur ex quolibet contractu ue
ctigal ſolui propter generalia uerba recognitiones (ut
eius utar uerbo) de quibus in dicto capite includen-
tur, quæ tamen contractus nomine proprie non conti
nentur, & probat ibidem Phil. franc. & refert, ac ualde
laudat Mar. in. l. unius. in. §. cogniturum. ff. de quæſti.
nu. 28. & ſeq. Pari ergo ratione cum legatum lata ſum-
pta uocabuli ſignificatione negociatio, ſeu mercantia
dici poſſit propter illud uniuerſale uerbum, creden-
dum eſt, ſtatuentes, in legato quoque locum habere
ſenſiſſe. Accedant & quæ ſcripſit Bal. in. l. ita nobis. C.
85 de adul. & multa ſimilia relata per Mar. ubi ſupra. † Et
illud præcipue, lege municipali ſancitum erat, malefi-
cia quælibet a ſindico communis denunciari oppor-
tere, reſpondit propter uerbum quęlibet, ad maleficia,
quæ impune admitti poſſunt, & proprie maleficia dici
non poſſunt, trahendam eſſe. Item & Alc. in. l. mouen
tium. ff. de uer. ſig. generalem locutionem factam uer-
bo quibuſcunque, ad improprium caſum trahi, quem

Universidad de Deusto Biblioteca



Alc. ac ſexcenta aliorum doctorum loca, quæ ad hanc
rem pertinent, citauit And. Tiraq. in com. de utroque
ret. §. j. glo. vij. nu. 20. & ſeq. pag. lxxviij. et ſeq.

Verum hęc, & ſimilia mouere quenquam non debe
rẽt, ut à Bar. & pleriſque alijs deſſentiant. In promptu
enim ſunt responſa, & primum quod Iaſ. dicebat ea ra-
tione remouetur, quoniam uerbum qualibet, non ita
propriam uerbi ſignificationem extendit. quemadmo
dum dictio aliquis, adiecta, & adiuncta uerbo partis,
propriam ſignificationem uerbi partis reſtringit. In uer
bo enim aliqua ineſt quodammodo limitatio uerbi
86 partis ſi ipſi adijciatur. ✝ Pręterea, & illud uerbum ali
quis, ſecundum ſubiectam materiam intelligimus,
idque notat Aret. in. l. Gallus. in. §. in omnibus. ff. de
libe. & poſtu. quod bellisſime demonſtratur ex. l. ſi un-
quam. C. de reuo. dona. Non enim donatio modicę
partis facultatum reuertitur in arbitrium patroni, qui
poſtea liberos ſuſceperit, ut ſcribit late Dec. in. l. j. nu.
10. C. de pac. et pręceptor meus Goz. in conſ. lxxx. nu.
18. in hac cauſa. & recentiores iuris interpretes in ea-
dem. l. ſi unquam retulere. quibus adde, quæ legun-
tur in Trac. Alc. de pręſump. in. iij. parte Reg. j. uer.
decimotertio. illud eſt etiam hic adnotandum ſi ſtatu-
tum diceret in qualibet mercantia uectigal ſolui, quod
ſupra ex mente Doctorum retulimus, proculdubio eſ-
ſe, & ſi uerbo negociationis ſtatuentes uſi eſſent, adie-
cto uerbo qualibet, idem ut ſupra reſpondendum, li-
cet id uerbum mercatura (ut diximus) generalius ſit,
Nam quatenus in legato negociatio quodammodo
conſiderari posſit, non eſt porrigendum ſtatutum ui-
gore uerbi qualibet, ad minime propriam (ut ita dixe-
rim) negociationem arg. eorum quæ ſcripſit Bar. in. l.
talis ſcriptura. ff. de leg. j. circa pecuniæ uerbum.

Nec etiam moueat quod inquit relatus Bar. ff. de
eo quod cer. lo. retortione enim uti poſſem autoritate
glo. ibidem ut loci generalitas ad idoneum reſtringa-
tur. In quo tamen articulo quando uerba generalia
temperanda ſunt uide uerboſos commentarios docto





rum in. l. prima, in. §. nunciatio. ff. de nou. ope. nunc.
& præcipue Io. cro. nec etiam aduerſatur conſiliũ An
geli ſupra relatum, nil enim cõmune habet cum quæ
ſtione noſtra. Non moueat etiam quod Gemi. ſenſit in
citato. c. ij. de reb. ecc. non alie. quoniam licet proprie
contractus ultro citroque obligationem requirat, illa
tamen confesſio, & recognitio (ſic enim appellat) pro-
pius accedit ad ueram ſignificationem uerbi contra-
ctus, quàm legatum ad negociationem. Præterea (ut
puto) Geminiani ſententia admittenda non eſt, nam
& Bart. & alij ſupra relati fortioribus rationibus con-
trarium ſenſęre, & confirmari hæc poſſunt, ex ſcriptis
a doctoribus in citata. l. j. in. §. nunciatio. Andre. tira.
ubi ſupra Salycet. in. l. ij. C. de noxa. & Goz. in conſi.
lxxxviij. ſtante ſtatuto & illud omittendum non eſt,
uerbum illud qualibet diſtributiuum eſſe, & adiectum
dici poſſe a ſtatuentibus demonſtrandi gratia, ex uno-
quoque contractu uectigal ſolui oportere, rem enim
cuilibet tribuit inſolidum, ſecundum Bar. in. l. hoc ar
ticulo. ff. de here. inſti. & And. tiraq. in com. de utroq;
ret. §. xxxj. glo. j. & unica, nume. xj. pagi. cccccclix. &
ſeq. qui de hac dictione ſexcenta doctorum loca re-
fert. Denique communi ſententiæ non aduerſatur il-
lud argumentum a ſimili Marſilii in citato. §. cognitu-
rum. alia enim ratio reformat pactum, ſyndicus enim
ſtante dicto ſtatuto maleficium, quod impune admit-
titur denunciare debet, quia qualecunque ſit malefi-
cium in cognitione iudicis eſt, an puniendum ſit nec
ne, non autem ſyndici, ut eleganter ſcripſit Bart. in. l.
prima. in. §. accuſatoris. ff. ad turpi. & in alijs locis ab
eo relatis, et probat Ang. in practica ſua, in uerſic. nec
non ad denunciationem. nume. 7. addit idem Mar. ſi-
milia quædam defendendi gratia, quod ex facto con-
ſulto eidem placuit, quæ referre & ſuperuacuum du-
xi, & conſequenter reſpondere cum ad hanc noſtram
controuerſiam non attineant, & quædam disſimilia
pro ſimilibus adduxerit, ut plerunque aſſolet, ex qui-
bus euidenter patet a Bartholo & communi ſenten-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tia recedendum non eſſe, & his addes (quod non ſe-
mel diximus,) negociationis, & mercãtiæ uerbum nõ
unico actu conuinci, ſed frequentationem & aſsidui-
tatem actuum requirere, ut ex facto conſultus reſpon
dit Areti. conſil. xxix. diligenter, nume. 14. qui iu-
ribus probat.

87 ✝ Illud in dubium reuocari etiam poteſt an mercis
appellatione ueſtimenta contineantur, & cætera quæ
habemus ad uſum quottidianũ pertinentia, ſeu quot-
tidianum penus, reſpondendum tamen eſt, ut in. l. j.
§. ait prætor. & in glo. in uerbo accedunt. & in. l. ſed &
ipſi. ff. nau. cau. ſtab. & uide etiam Pau. caſt. in. l. ij. §.
cum in eadem. ff. ad. l. rhod. de iac. & uide etiam quid
idem Paulus caſt. de eadem dictione mercis ſcripſerit,
88 in conſi. xl. ✝ Iſtud nomen graſsia, in prima par. ubi
etiam quid appellatione huius uerbi uulgaris graſsia,
quid frugum, quid annonæ, & quid uenalium conti-
neatur non inſubtiliter diſputat. & denique ſciendum
89 eſt mercaturã, & mercem inter ſe differre, ✝ Merx. n.
eſt ſpecies ipſa quæ emitur, uenditur ue, Mercatura
uero actus mercandi, & Bud. relatum a Iacobo Spieg.
autoritate Ciceronis defendere mercem pro pẽſione,
& annuo reditu etiam accipi. Sed & ipſe a ſignificatio
ne, a lege data quam retulimus ne tranſuerſum (ut a-
iunt) unguem recedas.

90 ✝ Fuit etiam quæſtionis quid mercatus nomine cõ
tineretur, & Alex. noſter in conſi. xxxvj. uiſo thema-
91 te uolum. ij. ✝ ſubdubitans tentat dicere legem mu-
nicipalem, quæ a ſocio initum mercatum ratum habe
ri mandat, de re mobili tantũ intelligi. quandoquidẽ
mercatus a merce deducitur, per locum ergo qui a cõ
iugatis dicitur, ubi merx non eſt ibi nec mercatus, ci-
tat. l. mercis. ff de uer. ſig. & Accur. in. l. uni. C. de nũd.
in uerbo mercatibus, Alci. uero in ea. l. mercis, & Ale.
refert, & id nomen potius trahi credit a uerbo merca-
ri, quod uerbum ſimpliciter emere plerunque ſignifi-
cat, ſubdit atque ita uulgaris loquendi uſus ſeruat,
Quæ ſententia Alcia. comprobari poſſe, uidebatur ex



rub. C. quæ res uendi non poſſunt, & qui uendere uel
mercari uetantur, & eo. titu. l. fi. & l. conſilio. §. quæſi-
tum. ff. de cura. fu. In illis uerbis cum quoque, qui ab
altero ex curatoribus fundum furioſi legitime merca
retur, & Ter. agrum in proximum hinc mercatus eſt,
& idem in eunu. Eunuchu quem mercatus fuerat fra
ter Thaidi, rurſus Alex. ſententia hæſitationem hic ui
debatur, quando doctores noſtri utuntur hoc uerbo,
& in bonis immobilibus, ut patet ex ſcriptis Pau. caſt.
in. l. contractus. nume. 9. cap. de fi. inſt. inquit enim in
hæc uerba partes concluſerunt mercatum de una poſ
ſeſsione, & reliqua. Nec mouet quod relatus ait Accu.
in dicta. l. uni. C. de nun. is enim in codice meo uerbũ
mercibus non mercatibus expoſuit, quinimmo retor-
queri poſſe uidebatur, ea. lex. ſiquis initium legis con-
ſideraret in illis uerbis, qui exercẽdorum mercatuum,
aut nundinarum licentiam obtinuerit. Dicitur enim
ex his quæ antea geſta ſunt accedentes ad locum con
ueniri non poſſe. Quæ ſecuritas etiam intelligitur cõ-
ceſſa in uenalitijs quod eſt ex ui uerbi mercatus, ut
colligitur ex initio dicta. l. & relatis uerbis, unde cum
nomen mercis non referatur ad ſeruos, (ut non ſemel
diximus) ſubtiliter cogitanti innuit lex. uerbum mer-
catus potius a uerbo mercor quã merce deduci, & cõ
firmari poteſt, quia ipſe locus in quo huiuſmodi ſũt,
etiam ſeruorum dicitur, indicat Teren. locus in Adel.
emptæ mulieres complures, niſi eò ad mercatum ue-
nio, damnum eſt maximum, de quo etiam nomine
ſcribitur in. c. primo. de emp. & uen. in hæc uerba præ
ſbiteri plebes ſuas admoneant, ut non carius uendant
tranſeuntibus quàm mercato uendere poſſunt, & in-
quit Imp. in aut. ut non fiant pignorationes. Nullam
in mercatis præualere pignorationem, hoc quod ma-
xime ibi præſumptum inuenimus, & ſecuritatem non
præſtare, & ſine permiſſu, ſeu principis priuilegio fieri
poſſe, Bald. & saly. referendo in ea. l. j. C. de nund ſcri
pſit Veron. in trac. de gabel. in. ij. par. octauæ partis
principalis. nume. 19. ſed ut unde diuerteram ad pro-

Universidad de Deusto Biblioteca



poſitam. liij. quæſtionem redeam, an ad immobilia,
hoc uerbum porrigendũ ſit ſubſiſto, ut inquit iuriſco.
in.l. ſi me & titium. ff. ſi cer. peta. et in. l. ſeruum quoq;.
ff. de procu. & uerba legis municipalis diligenter inſpi
cienda, rationemque eius conſiderandam, & ex his di-
ſcerni facile poſſe, an de mobilibus tantum uel etiam
immobilibus ſtatuentes ſenſerint, & in dubio puto de
bere dici, & mobilia & immobilia comprehendere.

92 Et poſtquam in ſermones nominum incidimus,
nec quidem tacebimus promercalis nominis expoſi-
tionem promercalia enim ( ut Budeus ait) dicuntur
quæ paterfamilias uenalia habet, præter ſeu extra ea,
quæ uſui ſuo ſeruat, quidam etiam dicunt promerca
lia proprie dici merces quæ primo minoris emuntur,
ut poſtea charius diſtrahantur, quarum rerum nego-
ciatores græco uocabulo propolæ nuncupantur, de
hoc nomine meminit iuriſconſultus in.l. quôd ſi hæ-
res. ff. de impen. in rebus dot. fac. In hæc uerba quòd
ſi hæ res in quibus impenſæ factæ ſunt, promercales
fuerint, tales impenſæ nõ uoluptariæ, ſed utiles ſunt,
& de ſignificatione uerbi, uide Io. bap. pium anno. po
ſte. c. xciiij. & Alcia. in lib, primo prætermiſſorum, in
uerbo promercalis, & And. tiraq. in com. de utro. ret.
§. primo. gloſ. vij. nume. 110. pagi. cvij. ubi de auro
promercali.

93 ✠ Sed & his addes mercimonium, quod nomen
mercium contractationem ſignificat indicat. l. nobilio
res. C. de commer. & mer. & ſicut a patre patrimoniũ,
ita a merce mercimonium dicimus, de quo uerbo me-
minit Impe. in. l. ij. C. de epiſ. & cle. & ſummus Ponti-
fex in. c. ſi. extra de iude. & in. l. j. C. de natu. libe. In
illis uerbis, ut quæ mercimonijs publicis præfuerit,
quemadmodum de mercatione Impe. inquit in. l. uni.
in. §. ſimilique modo. C. de latin. lib. tollen. impiam. ſ.
mercationem eſſe ſi dominus ancillam tentauerit pro
ſtituere, de quo meminit Gemi. in. c. eijciens. lxxxviij.
diſtin. & nos ſupra retulimus, ſed & ipſum mercimo-
nium pro mercibus aliquãdo accipimus, indicat Plau.



locus in amphi. ut uos in uoſtris uoltis mercimonijs
emundis uendundiſque me lætum lucris afficere, &
94 alibi. ✠ commercium, etiam cõmutationem merci iu-
dici, Albe. inquit in dictionario ſuo, & ad omnes con-
tractus referri, & Alexan. in. l. cætera. in. §. ſed & ſiquis.
ff. de leg. j. Commercium proprie eſſe ſcripſit, ubi ali-
quid ſimul cum alio geritur, & certe generalius hoc
uerbum eſſe receptum eſt, unde legimus iuriſconſul-
tos ipſos dicere conſueuiſſe etiam in rebus immobili-
bus rem aliquam eſſe in commercio, uel non eſſe, pa-
tet ex. l. apud Iulianum, in. §. conſtat. ff. de lega. j. & in
l. multum intereſt. ff. de uerb. ob. et notauit Bald. in. l.
& ſi dotis. colum. pe. et ſi. C. de iu. dot. et generale uer
bum eſſe ad omnem contractum probatur, in. c. lotha
rius, de prohi. feu. alie. per lot. et autoritate Acc. in. §.
j. inſti. de inuti. ſtip. et in. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. et iu.
et commerciorum duo eſſe genera, notauit Bud. in
annot. ad Pand. pag. xix. alterum uoluntarium, ut em
ptio, uenditio, mutuum, ob id uoluntarium dictum,
quod eorum principium in arbitrio noſtro ſitum eſt,
alterum non uoluntarium, et huius generis partim
clandeſtina eſſe, ut furtum, adulterium, partim uiolen
ta, ut uerbera, uincula, raptus, ut ſcribit etiam Io. Cor.
in. l. multum intereſt, ſupra citata, commercium pro-
prie tractatum frequentem mercaturæ ſignificare, et
facultatem mercium emendi, et uendendi, et in iure
noſtro deſignare liberã cuiuſuis poteſtatem res domi
nio, et uſibus proprijs aliquo modo ſubijciendi, unde
iura dicunt res quaſdam eſſe, quarum commerciũ ha-
bere non poſſumus, ideſt eas res tales eſſe, ut compa-
rari, et in dominium, uſus ue noſtros redigi non poſ-
ſint, et denique de hoc nomine crebra eſt mentio in
iure noſtro, ut in. l. ſed et celſus, in princ. et. l. qui offi-
cij. §. j. de emp. et uend. l. uſu capionem. ff. de uſu. l. ſi
in emptionem. §. omnium. ff. de contrah. emp. l. inter
ſtipulantem. in. §. ſacram. ff. de uer. ob. l. iij. C. quæ res
uend. non poſ. et in. l. j. C. quæ res exp. et pleriſque
alijs locis.

Sed nominibus relictis illud in ambiguo eſt, nũ no-
mini merx, ſeu mercantia plura corpora ſubiiciantur,
ideſt uniuerſale corpus ſit in quo una res loco alterius
ſubrogetur ;adeo , quôd ſi corpora renouentur , ſeu
res mutentur renouata priorum loco ſuccedant, ſicut
de grege, & peculio dicimus. l. grege. ff. de Pig. l. propo
nebatur. ff. de iud. & uerius eſt eſſe. Id enim ſenſit Bal.
in. l. ubi adhuc. ſub nu. 18. C. de iu. dot. unam enim rẽ
loco alterius ſubijci expreſſim notauit, et idem opina
tur Bar. in. l. cum pater. in. §. menſæ. ff. de leg. ij. inqui
96 ens uniuerſale uerbum eſſe. ✝ Vnde ſi mercator mer
cantiam ſuam legauerit, & debita, & credita huic lega
to cedere reſpondit . & hæc ſententia probatur in. l.
Procuratoris. in. §. mercis. & in. §. ſi propter. &. §. ſi plu-
res. ff. de tribu. & comprobat alijs autoritatibus Neg.
in trac. de pigno. in. ij. mem. ij. partis princ. nu. 17. &
ſeq. qui Soc. in. l. qui Romæ. in. §. callimachus, in ſecũ
do notabili . contra ſententem eleganter non imme-
rito notauit. & ne inutiliter hanc queſtionem a nobis
97 tractatam putes, ipſum legito ✝ & quæ nos cum de cõ
tractibus mercatorum diſſeremus uer . ſciendum eſt
etiam, dicemus.

Verum non me latet eundem Bar. Soc. ex facto cõ-
ſultum reſpondiſſe uniuerſale corpus eſſe, ut patet. ij.
reſp. lib. conſi. ccliiij. uiſa et conſiderata contingentia
facti, col. ſi. inquit enim licet frater proprio nomine pe
cunia fratris negocia gerens ſibi acquirat , & non fra-
tri, ut notat Bar. in. l. Titium aut Meuium. §. altero. ff.
de admi. tut. & in. l. ſi patruus . C. cómu. ut. iud. illud
tamen admittendum eſt , quando frater pecuniã fra-
tris ſimpliciter accepiſſet, cõtra uero ubi communem
negociationem , ſeu mercaturam, unus ex fratribus
incepiſſet nomine proprio adminiſtrare , tuncenim
menſa & negociatio non poteſt ex parte unius augeri
quin etiam ex alterius parte augeatur, agitur enim de
iure uniuerſali , ſicut diceremus in peculio, grege, uel
hæreditate, et refertur et pluribus modis probat Dec.
in conſi. cclv. caſus de quo quæritur, et his autoritati



bus, quas Neg. non retulit, eius ſententiam confirma-
bis, & Socini autoritatem ſuamet infirmabis : & addes
etiam Pet. de Anca. In conſi. cccxxxij. Pro clariori de
ciſione col. ij.

98 Sed & illud huic rei adiiciendum eſt, quod belliſsi-
me Iuriſconſul. ait in. l. rerum mixtura. ff. de vſucap.
Tria eſſe corporum genera, unum quod continet uno
ſpiritu ut homo , ſignum , lapis & ſimilia . Alterum
quod ex continentibus hoc eſt ex pluribus inter ſe co
herentibus conſtat, ut ædificium, nauis, armarium, Ter
tium quod ex diſtantibus conſtat ut corpora plura
non ſoluta, ſed uni nomini ſubiecta ueluti populus,
legio, grex .

99 ✝ Nouiſsime illud adnotandum eſt quod ſumę pru
dentiæ & autoritatis inquit Plato in dialogo qui inſcri
bitur ſophiſta ſeu de ente . Mercaturam duplicem eſ-
ſe ſcripſit. n. in hæc uerba . Mercatura præterea du-
plex eſt . Altera adiectum corporis ſpectat , altera ad
animi diſciplinam , commutatque nummis eruditio-
rem. The. quemadmodum dicis? Hoſt. quod ad ani-
mum attinet forſitan ignoramus . Nam quod ad cor-
pus agnoſcimus. The. nempe. Hoſt. cum profecto qui
muſicam alibi quidem diſcendo emit alibi docendo
uendit literaturamque ſimiliter & præſtigia cæteraſ-
que animi diſciplinas tam ſerias quàm iocoſas merca-
torem nihilominus quàm corporis alimenta uenden-
tem dicimus et reliqua .

FINIS PRIMAE PARTIS.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

# ELENCHVS QVAE-

## STIONVM, ET SENTENTIARVM, QVAE IN SECVNDA PARTE CONTINENTVR.

1 Mercatorum uſus antiquitus in Inſula Rhodo fuit, & ab eadem Inſula naualium commerciorum leges dictæ ſunt.
2 Solon iuuenis ad mercaturam ſe contulit.
3 Sapientiſſimi uiri mercaturam exercuere, & de mercaturæ commodis.
4 Mercatorum, & campſorum maſſa ſummum bonum, & quintum elementum, ſecundum Bal. licet tempeſtate noſtra atrocia admittant.
5 Mercatorum ſtatus eſt in magno diſcrime ſalutis æternæ.
6 Deceptio, an permittatur in emendis, uendendisq; mercimonijs.
7 Religio non læditur ab eo, qui ſcienti ualorem rei pluris uendiderit, ſi tamen is neceſſitate ductus non emit, & an bono uiro congruat decipere.
8 Mercatores, an quæ dixerint in uendendis mercibus præſtare teneantur.
9 Mendacium omne in rebus cõtrahendis tollendum eſt, quia mendacium ſine peccato eſſe non poteſt, & in mendaces mercatores quædam.
10 Fides recta, ac bona in mercatoribus præcipue eſſe debet, & ſeruare debeant, quæ eis placuerunt ſemel.
11 Mercator callidus laudatur, qui ſine dolo malo deſeruiat per diſſimulationem, & ſua, uel aliena tueatur.
12 Mercator experiens laudatur, & plurimum in mercatura ualet experientia.
13 Mercator, literarum non ignarus eſſe debet, & qui ſua prudentia inſtructus ſit.
14 Mercatores Florentini ſunt diligẽtes, & pecunias dormire non ſinunt.
15 Mercatores probe ſe agant circa omne officium ſuum, & temperent ſe ab his, quæ ſunt prohibita rationes diligenter con-



ficiant, & calamo non parcant.
16 Mercatores an ſint utiles, & neceſſarij urbibus, & commoda, atq; incõmoda, quæ a mercatoribus proueniunt, enumerãtur.
17 Mercatores, an ſint habendi inter honoratas perſonas
18 Officiũ, ſeu ars dicitur nobile ex loci cõſuetudine, atq; opinione.
19 Mercatura refert, an tenuis, uel magna, uel copioſa ſit, & ſequentibus numeris.
20 Magnus, & diues mercator pecuniam in promptu habere præſumitur, cõtra uero ſi tenuis ſit, et magna ſumma et nu. ſeq.
21 Melior conditio dicitur oblata ubi boni campſores ad emptionem accedunt.
22 Mercatori uili, ſeu pauperi aſſerenti gemmas, ſeu pretioſas margaritas habuiſſe non creditur.
23 Præſumptio excluſiua doli mali ex conditione mercatoris accipitur.
24 Mercator diues ſi uiſus eſt exire e domo Sempronij cui magna pecuniarum ſumma ſubtracta fuit furto, & quidem furti tempore, quòd non poſſit ex hoc ſolum quæſtioni ſubijci.
25 Mercator, qui multas merces habet, quæ difficile amoueri, ſeu exportari poſſunt, ſi conuenıatur, non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti.
26 Mercator, qui in periculoſo loco merces habet iuxta flumẽ, quod uim feciſſet, uel mare ubi numerus piratarum eſſet, uel in montibus, ubi aquarum eſſent impetus, ueriſimile eſt non ſoluendo effici, quod declara, ut in ſequentibus numeris.
27 Mercator fœnebres pecunias recipiens præſumitur cito pauper, & non ſoluendo effici, quod declara, ut in ſeq.
28 Mercator, qui ad diem merces emit, & eaſdemmet uiliori pretio, quàm emerit, præſenti pecunia uendit, breui ad inopiam redigi præſumitur.
29 Argumentum a ſolitis in iure fortiſſimum.
30 Certare cum uſuris cum fructibus prædiorũ ſtultiſſimum eſt, & declaratur Ciceronis locus, & admonentur ciues Anconitani ne faciant.
31 De ſtatu illius mercatoris maxime dubitandum, qui ære alieno grauatus iam ceperit ſarcinulas componere.
32 Lex in omnibus. ff. de iudi. locum habet tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, & exempla ſubijciuntur.

33 Mercatores extranei, an ſine cauſa a dominis locorum expelli poſſint.
34 Mundus eſt omnibus communis patria.
35 Popularium appellatione, an aduenæ incolatum habentes contineantur & nu. ſeq.
36 Mercatores melytas nominatim uetustis legibus prohibitas ciuitates transgredi prohibentur ſub pœnis.
37 Marani peſſimum genus hominum, & multa aduerſus eos relatiue.
38 Mercatores dum uagantur inter miſerabiles perſonas connumerantur.
39 Mercator abſens mercaturæ cauſa, an ex uoluntaria ſeu probabili cauſa abeſſe cenſeatur.
40 Mercatoribus chriſtianis prohibitum eſt eſſe commercium cum ſaracenis & hoſtibus populi Romani tempore belli, & in mercibus non prohibitis, & etiam prohibitis.
41 Merces prohibitas etiam redimendorum captiuorum gratia ad hoſtes belli tempore deferre non licet.
42 Saraceni dicuntur, qui nec uetus, nec nouum teſtamentum recipiunt, ſeu Deos plures colunt.
43 Mercatores chriſtiani cum hoſtibus et ſaracenis inita pace uel pactis induciis poſſunt habere commercium & merces exportare dummodo non ſint merces prohibitæ.
44 Perſæ ſemper graues populo Romano fuerunt.
45 Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur, ubi legum correctio uel prauus intellectus ſequitur, & quædam alia
46 Saracenorum ſecta minus mala quã ſecta hebreorum.
47 Iudei amiſerunt regnum, & ſubiiciuntur chriſtianis & Imperio Romano, tanquam ſerui ſubiecti eſſe debent.
48 Mercatoribus chriſtianis exceptis ſaracenis & hoſtibus cum aliis cum quibus nec pax, nec fœdus, nec bellum exiſtit, ut puta cum Indianis eſt commercium, & poſſunt omnes merces ad eos exportare.
49 Rex Francorum ſi Regi Angliæ bellum indixerit merces, ſiue licitæ, ſiue illicitæ exportari e loco ad locum non poſſunt.
50 Commercium eſt regulariter inter Chriſtianos, & Iudæos, fallit in quibuſdam caſibus enumeratis.
51 Aduerſaria, quæ ſint, et quid codex, et quare appellatur codex.



52 Codex rationum mercatorum, ut more proborum mercatorum inſtitutus, & conſcriptus dicatur, quæ requirantur.
53 Codex rationum debet habere inſcriptionem, & ex ea ſumitur argumentum mercaturam communi nomine factam.
54 Societas proſecuta, ſeu renouata ex præfatione codicis, oſtenditur.
55 Inſcriptio codicis rationum ſi reperiatur deleta, in caſu notabili defenditur.
56 Liber rationum, ut legitime confectus dicatur, neceſſarium eſt, ut ex eo explorari poſſit computationes probe, an improbe ſint relatæ.
57 Officiales, quem modum in conficiendis rationibus ſeruare debeant.
58 Liber rationum omnia ſingulariter, & explicite continere debet, & non continere ſummas in genere, uel in concreto.
59 Librum rationis de more factum oportet, in quo loci conſuetudo ſpectanda eſt.
60 Rationes in codice deſcriptæ cauſam continere debent, & incerta, uel obſcura cauſa non ſufficit, coniecturalis uero ſufficit.
61 Rationes in codice mercatorum, & diem, & Conſulem, an debeant continere.
62 Liber rationum, et rationes ipſæ bonam fidem continere debent non repugnantia, aut non ueriſimilia.
63 Liber rationis mercatorum carere debet inductionibus, ſuperinductionibus, cancellationibus, & omni ſuſpitione.
64 Scripturæ mercatorum ſtabiles, & firmæ eſſe debent, ad quarum fidem frequentiſſime decurritur.
65 Liber mercatorum non refert, an ab ipſo mercatore, uel ali ſcriptum ſit, & non eſt neceſſe teſtes in eo adnotari.
66 Mercator, qui tenetur reddere rationem, quatuor implet bet, edere librum legitime confectum, calculum ponere [illegible] e dequa reddere, et moram ſolutione eius, quod debetur [illegible] reliquum purgare.
67 Calculatores qui inter partes dantur, notionem hab[illegible] simplici datione uidendi rationes, & calculandi [illegible], & ex dicandi data cenſetur. [illegible] poteſtas iu-
68 Mercatori credendum non eſt, quãdo redden[illegible] da ratione ſe librum non confeciſſe aſſerit, unde ſi non [illegible] dit, occultare præſumitur, & quod iuretur in litem, & quod ſi dicit ſe perdidiſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſe, uel in longinquo habere.

69 Mercatorum libris, an ſit habenda fides, & quid ſi teſtator mandat in re quapiam credi, ac multa alia relatiue.

70 Mercatores, an teneantur edere codicem rationum.

71 Merces, ſeu ſarcinulæ præſumuntur illorum eſſe, quorum ſignis ſunt ſignatæ.

72 Nauis præſumitur illorum eſſe, quorum uexillis nauigat.

73 Equus illius eſſe præſumitur, cuius ſigno eſt ſignatus.

74 Stigmata militem, habitus clericum, ſtola ſacerdotem, & cucula monachum, oſtendunt.

75 Nomina inuenta ſunt, ut homines agnoſcantur, & ſigna, ut res indicentur.

76 Pileati ſerui, qui eſſent, & quæ mancipia, quæ coronis induta ueniebant.

77 Pileus ſignum ſacerdotalis dignitatis.

78 Mercator ſi egit aduerſus alium conſequendi gratia ſarcinulas quaſdam, & probauit tantum ſarcinulas de quibus agitur ſuo ſigno ſignatas non poteſt obtinere.

79 Equum, uel bouem quærens uendicare, uel poſſeſſionem obtinere, an ſufficiat probare mercatum merco ſui gregis.

80 Signum alienum, an liceat imprimere rebus propriis. & ſeq. numeris.

81 Ratio naturalis, ac rationabile dictum inſtar legis mouere debet, & rationem, uel legem quærere ubi naturaliter ſentimus eſt infirmitas intellectus, & multa notabilia de ratione.

82 Iuramentum in ſupplementum ceſſat ubi præſumptio eſt contra iurantem.

83 Merces de quibus eſt controuerſia ſi reperiantur ſignatæ ſigno actoris, & rei, quid iuris.

84 Actio publiciana contra eum, qui titulo poſſidet, non datur, & quare.

85 Actor ſi probat merces ſuo proprio ſigno ſignatas, item & ſe ſignaſſe. Reus uero titulum, quod ſit locus abſolutioni.

86 Actor ſi probat merces ſuo ſigno ſignatas, & ſe ſubſignaſſe, quòd plene non dicatur probaſſe, & an iuramentum in ſupplementum deferri poſſit, nec ne.

87 Res publicæ ex ſigno publico euidentiſſime demonſtrantur.

88 Conſuetudini, quòd res ex ſignis demonſtretur, ac probetur, an



ſtari debeat.

89 Mercatores numero tres ſi emerunt ſinguli duas ſarcinulas, & unus Venetias nauigauit cum eis, & direptæ fuerint a pyratis duo asportantis, num ex communi ſigno ſarcinulis adiecto communicatio, et inuicem poſſeſſionis traditio facta cenſeatur. & ſeq. nu.

90 Interpretatio ad. l. i. in §. ſi dolium. & l. quòd ſi neque. ff. de peri. & com. rei uend.

91 Mercatores ne diuerſarum negociationum fiat confuſio, et ne oriatur incertitudo, ubi forſan ſocietatem coiuerunt ſigno ex communi conſenſu facto utuntur, et in libris notant.

92 Mercator, an ſigno alterius mercatoris uti poſſit.

93 Signa publica autoritate conſtituta ſignificandæ, atque demonſtrandæ alicuius ſingularitatis gratia propria autoritate ſumere non licet, uel eis uti ſub pœna.

94 Priuatis priuatorum ſignis uti regulariter eſt permiſſum ceſſante fraude.

95 Mercator non poteſt uti ſigno alterius, qui primo uſus eſt ubi fieret iniuria, uel ignominioſe uteretur, et exemplum additur in decoctore.

96 Mercator non poteſt uti ſigno alterius mercatoris, qui primum uſus eſt ubi primus lædi poſſet, et intereſſet ſua, uel publice, non licet tamen quæri, niſi ex magna cauſa.

97 Signum finita ſocietate, ſeu diuiſa apud quem remaneat. et nu. ſeq.

98 Societate inita ſi unius ex ſociis ſignum acceptum eſt propter ſuam forſan fidem, ſeu famam, ea finita apud eum remanet, cuius erat.

99 Societate inita ſi nouum ſignum eſt electum ea finita, uel diuiſa apud quem remanere debeat.

100 Mercatores ſi de ſigno contendunt, ille qui agit, lite pendente, ſigno uti non poteſt.

101 Mercatores ſi præbuerint teſtimonium contra ſignum propriũ, et quidem falſum, pœnam falſi non euitant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SECVNDA PARS.

## DE STATV MERCATORVM, ET HIS QVAE AD EORVM STATVM PERTINENT.

POSTQVAM (ni fallor) & defini
tionibus, & quęſtionibus quid ſit mer
cator, quidue mercatura copioſe oſtē-
dimus, neceſſarium eſſe itaque uide-
tur nobis ſtatum ipſorum mercatorū
demōſtrare, ac poſt de cęteris ad mer
catores, ac mercaturā ipſam ſpectātibus proximos atq;
cōiunctos applicantes titulos (ut res patietur) dicemus.
1 ✝ In inſula Rhodo antiquitus mercatorum uſus fu-
it, & ab eadem inſula hodie naualium commerciorum
leges dictæ ſunt. c. Rhodiæ. ij. diſt. quam inſulam cla-
ram fuiſſe, nemo eſt, qui neſciat, unde Oratores, opi-
nor, laudabunt alii claram Rhodum, aut Mytilenem.
Et, ſapientes uiros, & quidem primarios mercaturam
aliquando feciſſe legimus. Refert enim Plutarchus in
2 uita Solonis, ✝ eundem Solonem adhuc admodum
iuuenem ad mercaturam ſe contuliſſe, ut profuſior, &
ſumptuoſior, & mollior eſſet in uictu, utque libentius,
ac licentius in ſuis Poematis de uoluptatibus loquere
tur, quàm Philoſophum deceret, & illa mercatoria ui-
tæ rationem accepiſſe dicitur, & eodem loco ſcripſit
3 in uerba infraſcripta, ✝ Mercatura autem ad barbaro-
rum neceſſitudines, regumque amicitias comparādas
plurimum ualere putabatur, ex eadem quoque homi
nēs multarum, & maximarum rerum uſum, experien-
tiamque percipere, ex quibus nonnullos conditores
maximarum urbium extitiſſe, ut Maſſalias primus, qui
a Celtis iuxtā Eridanum maxime obſeruatur, Tha-
letem quoque, & matthematicum Hippocratem exer-
cuiſſe mercaturam ferunt, Platoni etiam olei in Aegy-
pto exportationem peregrinationis uiaticum ſuppetiiſ
ſe. Hæc ille. Bal. etiam noſter in conſil. cccxlviij. factæ



4 fuerunt. num. 4. uolu. j. ✝ Mercatorum, & campſorum
maſſam ſummum bonum eſſe, inquit, & quintum ele-
mentum, licet tempeſtate noſtra atrocia admittant.
Idem etiam Bal. in. c. cum cauſam. de teſti. exclamans
ait, O quo uadit anima mercatoris, quem refert Ioan.
cor. Miſcel. iuris lib. iij. c. xxiiij. nu. 9. & in tit. de ſerui.
offi. lum. nu. 16. qua Baldi ſententia motus, & egomet
mecum cogitans animam, & corpori, & cunctis rebus
præponendam. l. ſancimus. C. de ſac. ſan. eccle. c. ſedu
lo. xxxviii. diſt. Accur. in l. j. ff. de pac. & in Spec. de in
5 integ. reſt. uer. ſed quid de mercatore. ✝ & ſtatum mer
catorum in magno diſcrimine ſalutis æternæ uerſari.
Difficile enim eſt inter ementis, uendentiſque com-
mercium non interuenire peccatum. c. qualitas. de pœ
ni. diſt. v. glo. in ſumma. xiiij. q. iij. & Pſal. inquit Pſal.
lxx. Quoniam non cognoui negociationis, introibo
in potentias domini. c. conſequens. & . c. quoniam.
lxxxviij. diſt. uolui, mercatores admonuiſſe, ut ſaluti
eorum conſulant. Et in quibus caſibus mercatura lici-
te contrahatur diligenter perquirant, de quo nos non
nihil in prima parte ſcripſimus.
6 ✝ Nouerint & illud uulgare, mercatores in emen-
dis, uendendiſque mercimoniis naturaliter conceſſum
eſſe, quod pluris ſit minoris emere, quod minoris ſit
pluris uendere, & licere contrahentibus ſe circumue-
nire. l. in cauſæ. §. idem pomponius. ff. de mino. l. item
ſi precio. §. fi. ff. loca. Idque iure etiam pontificio intra
dimidiam concedi. c. cum dilecti. c. pe. extra de empt.
& uend. id intelligendum eſſe in deceptione re ipſa, ſe
cus uero ſi hoc ipſo, ut uenderet circumſcriptus quis
eſſet, & (ut noſtri dicunt) ſi dolus contractui cauſam
daret, uel ex propoſito interuenitet, ut eleganter no-
tauit Abb. in. c. in ciuitate. de uſu. nu. 6. poſt Io. cal. in
c. nauiganti. eo. tit. & ſenſit Bar. in. d. §. idem pomponi
us. Licet enim quæſtus cauſa mercatura exerceatur, &
naturalis ſit deceptio, non tamen dolo malo pluris res
uendendæ ſunt. Deceptio enim ad precium non ad
animi fallaciam referenda eſt, confugient ergo merca-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



tores,qui religionem colunt ad loca,quæ nos aliquan
do citauimus,legantque Sali.qui belliſsime articulum
7 diſſeruit in aut.ad hæc.C.de uſu.q.xxj.nu.18.† Scri-
bit enim inter alia ſe putare religionem non lædi ab
eo,qui ſcienti ualorem rei pluris uendiderit, ſi tamen
is neceſsitate ductus non emerit,quod & Imo.notauit
in.c.j.de empt.& uend.contra uero ſecus.Et certe in-
honeſtum eſt,& bono uiro decipere non congruit, ut
notauit Accur.in.l.ſemper in contractibus.ff.de regu.
iur.quem non improbat Bal.in aut.ad hæc.in pe.col.
C.de uſu.& in.c.quanto.de iure.ex quo ſumpſit caute
lam Io.de ana.in.c.in ciuitate. col.viij.de uſu. quam
tamen improbat Deci.in citata reg.ſemper in contracti
bus,& latius in.l.pe.nu.7.& ſeq.C.de pac.& ad relatã
regulam addes Lud.Goz.in conſi.xiiij.nu.14.
8 † Illud etiam,quod ad rem ualde pertinet, prætere-
eundum non eſt, mercatores quædam ſi dixerint in
uendendis mercibus præſtare eos non debere, ſed ea
quæ ad nudam laudem mercium pertinent.Nam ( ut
Vlpianus ait ) referendo Pedium in.l.ſciendum.ff.de
ædil.ædic.Multum intereſt commendãdarum merci-
um quid dixerint,an uero præſtaturos ſe promiſerint.
& uide elegantem text.in.l.quod uenditor.ff.de dolo
malo.& quæ ſcripſit Andre. Tiraq.in com.de utr.ret.
pag.dcclxxj.nu.49. Planè commendatio mercium ſit
cum aliquo temperamento,non enim mendaciis utan
tur,ſed honeſta commendatione.Tollẽdum enim eſt
( ut ait Cice.offic.lib.iij. in rebus contrahendis omne
9 mendacium.† Idque maxime chriſtianum decet,quo
niam mendacium ſine peccato eſſe non poteſt.c.ſuper
eodem.de uſu.c.beatus.xxij.q.ij.c.primum ea.cau.
&.q.ubi diuus Auguſt.in hæc uerba, Quiſquis autem
eſſe aliquod genus mendacij,quod peccatum non ſit,
putauerit,decipiet ſemetipſum turpiter, cum honeſtũ
ſe deceptorem arbitretur aliorum.c.mihi autem.&.c.
omne.ea.cau.&.q.lxxxviij. diſt.c. quoniam non co-
gnoui.Verum licet unà cum Saly.in dicta aut.ad hæc
exclamare.O magnam notam temporum noſtrorum





& quis eſt hodie mercator,qui in uendendis mercibus
non dicat mendacia? & plerunque, ut ementes alici-
at etiam deieret? Forſan inquit Salyc.hodie nullus,ſed
antiquitus horũ peculiare uitium fuiſſe ſatyricus oſten
dit, dum ait, Cum plenius æquo laudat uenales, qui
uult extrudere merces,& alius Poeta cecinit. Periura-
ta ſuo poſtponit numina lucro Mercator ſtigiis non
niſi dignus aquis.Caueant igitur mercatores a menda
cijs.Inquit enim tex.in.c.quid eſt aliud.lxxxviij.diſt.
Negociatores, qui per immoderatum pecuniæ ambi-
tum polluunt merces ſuas plus periuriis onerando,
quàm preciis, tales eiecit Dominus de templo. Vnde
Bertran.dicere conſueuerat,mercatoris domum,& ue
ritatis,& æquitatis plenam eſſe oportere,ut patet conſ.
cclij.uol.ij.col.fi.non poteſt. Accedat & illud in plu-
ribus iuris articulis ſtatutum eſſe mendacem mendacii
pœnas luere,quorum aliquos attingemus, cum de de-
coctoribus diſputabimus.
10 † Sanè & illud in ore omni populo eſt,nil eẽ,quòd
lumine clariore in mercatore præfulgeat, quàm recta
fides,& obſeruantia,& licet grauiſsimum ſit fidem fal-
lere.l.j.ff.de conſti.pecu. Cum nil tam congruum ſit
fidei humanæ,quàm ea,quæ placuerunt ſeruari.l.j.ff.
de pac.& copioſe ſcribunt recentiores Bononienſes in
ſing.cxlviij.graue.Multo tamen grauius id eſſe in mer
catore,propter bonam fidem, quæ inter eos ſeruanda
eſt,nemo eſt,qui neſciat.Inquit enim Bald.in.c.ſi pro
debilitate.de offi.deleg. bonam fidem in his ualde re-
quiri,qui plurimum negociantur,& bene cenſuiſſe ſcri
pſit Iaſ.in.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.nu.11.ff.de
pac.& his addes gl.in.l.a procuratore.C.man. quæ in-
quit,nil melius bona fide,& notandam Bal.ait,pro bo
nis mercatoribus,& contra falſos mercatores, qui arri-
piunt fugã cum pecuniis alienis,& uide Nic. boe.deci.
ccxv,& antequam ueniam. Quæ igitur placuerunt,ſe
ruent mercatores,& a cauillationibus ſint alieni,ne ue
Traces imitentur,qui pactis cum hoſtibus aliquot die-
rum inducijs nihiloſecius noctu populabantur agros

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoſtium.Et cum quærerentur aduerſarii tanquam inducias illi uiolaſſent. Reſponderunt,nihil pręter pacta feciſſe,Dies autem pepegiſſe, noctu tantum incurſaſſe dixerunt. Vndę uetus illud Adagium, Tracium commentum,aduerſus eos,qui pacta eludunt callido commento. Hęc enim pactio induciarum per aliquot dies, & ad noctes proculdubio referebatur, de quo meminit Cicero offi.lib.j.And.Tiraque.in com.de utroque ret.§.i.glo.xj.nu.9.pag.cclxij.& ſcribit Bertran.conſi. ccxcviij.uol.ij.nu.8.dedecori magno tribuẽdum mercatori,qui pactionem ſeruare recuſat,cui addes Ange. conſi.lxxvij.ſuper primo puncto.col.j.

11 ✝ Planè callidum mercatorem laudamus,& qui ſine dolo malo per diſſimulationem deſeruiat, & ſua, uel aliena tueatur,ut inquit Iuriſcon. in.l.j.in.§.dolum. ff.de dolo. Vbi Accurſi. in uerbo deſeruiunt.finge,inquit,in mercatoribus, qui mercium dominiũ in alium transferunt ne depredentur,in qua glo.ſententia uide Ang.ibidem,& quæ late Nicol.boe.ſcripſit deciſi.ccc. nu.4.finge aliud exemplum in.l.ij.C.de com.& mer. aurum ſubtili ingenio barbaris auferre,ubi Accur.ait, hunc bonum eſſe dolum.

12 ✝ Experientem ẽt maluerim mercatorem , plurimũ enim in mercatura ualet experientia, unde plerunque uidi mercatores ualde ſuperlucratos eſſe, qui aliorum prius inſtitores fuerunt,ex alienis enim negociis(ut comicus ait)ſibi exemplum ſumpſere,contra uero.Nouitios quoſdam qui cum ſe mercaturæ uix dederunt in magnis mercimoniis ſe implicantes rem ſuam male geſiſſe .

13 ✝ Placet etiam mercatorem literarum non ignarũ , & qui ſua prudentia inſtructus ſit, Nam ( ut comicus ait)dii immortales homo homini quid præſtat, ſtulto intelligens quid intereſt & profecto imperitos mercatores multis captionibus ſuppoſitos multorumque inſidiis expoſitos experientia uidemus. Non enim laudo non inquam. O mercatores uos imperitos laudo , in quibus finxit exemplum Bar.in aut.ſed nouo iure



C.ſi cer.pet.& Saly.itidem quomodo enim illã æquitatis formulam cuſtodietis?de qua in ultima parte diſſeremus. Ait enim idem comicus,homine imperito nihil quicquam iniuſtius , qui nihil niſi quod ipſe putat rectum eſſe iudicat .

14 ✝ Socinus etiam noſter mercatores florentinos pecunias & merces dormire ait non ſinere in conſilio lxxxvij.col.penul. uolu.j.in præſenti conſultatione ſcribit etiam diligentes eſſe , & mercatorem noſtrum huiuſmodi eſſe deſideramus , & fidelem & diligentem amamus.§.fi.inſti.de ſuſp.Tut.

15 ✝ In ſumma mercatores probe ſe agant circa omne officium ſuum & temperent ab his quæ ſunt prohibita,ut eleganter iuriſconſul.ait in.l.j.in.§.Præterea.ff. de offic.Præ.urb. & actus ſui rationem diligenter conficiant.l.argentarius in princ.ff.de eden.& calamo nõ parcant,omnium enim habere memoriam mortalitatis non eſt ſed diuinitatis potius.§.omniũ in.l.ij.C.de uet. iu. enu. infirmitas enim memoriæ , ( quæ labilis eſt ) damnũ plerunque mercatoribus ſolet afferre ſeruent igitur quæ de rationibus ſtatim dicemus .

16 ✝ Quæritur an mercatores ſint urbibus utiles & neceſſarii , nec puto deeſſe qui negarent . Ipſi enim alieni regni (quod non conuenit ) ſcrutantur arcana, ac detegunt.l.mercatores.C.de com.& mer. unde legimus Carthaginenſes diſtincta diuerſoria mercatoribus ſtatuiſſe , nec ea illis cum ciuibus communia eſſe uoluerunt , cęterum mercatoribus in forum uia patebat , ad naualia autem & ſecretiora urbis loca ne aſpectus quidem concedebatur , & gręci intra urbes minime recipiebãt,ſed quo ciues a ſuſpitione periculorum eſſent alieni a Pomeriis non longe forum uęnalium ſtatuebant , legimuſque uarias gentes mercatores ad ſe accedere prohibuiſſe, quòd mores deprauarent, ab ipſis enim monopolia legibus pro hibita,ut.C.de Mono.l.uni. ab ipſis plerũque uſuras utraque pagina deteſtatas, ab ipſis noua quæſtus cauſa commenta, quibus locorum ciues pecuniis & facultatibus exinaniũt,

Universidad de Deusto Biblioteca



ab ipſis denique(ut experientia docet) diuerſa incommoda atque mala proficiſcuntur, & hæc ſentẽtia lege ipſa probari uidebatur. Innuit enim imperator in. l. nobiliores. C. de comm. & merc. in illis uerbis pernitioſum urbibus mercimonium. Contra autem urbibus neceſſarios & utiles eſſe uidebatur, idque probari ex his quæ ſcripſit Bart. in. l. ambitioſa, num. 23. ff. de decre. ab or. fa. itẽ ex his quæ notauit Acc. in. l. uni. C. de nund. in uerb. locorum. dum ait habent magnum commodum, eo quòd propter forum terra eorum impinguatur. Et cum mercatores neceſſaria ad uictum quotidianum trãſferant, atque aſportari curent remuneranda eorum pericula, quin etiam cohortanda præmiis merito placuit, ut qui muneribus publicis cũ periculo & labore fungerentur a domeſticis uexationibus & ſumptibus liberarentur, ut inquit iuriſcõſ. in. l. ſemper, in. §. negociatores. ff. de iure immu. ex qua iuriſcõ ſulti autoritate hæc ſententia ſatis probari uidebatur. Et populum Romanũ id ſenſiſſe locus Ciceronis indicat in oratione pro lege manilia. Ait enim populum Romanum ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſsiſſe. Rurſus nulla regio, non prouincia, ne dum ciuitas ſibi ſola ad omnia ſufficit ſed altera alterius ope & auxilio indiget. Hæc enim frugibus, illa auro & argento, cæteriſque metallis aliiſque rebus abundat, contra alia prædictis, uel horum aliquibus uacat idque belliſsime poeta innuit Georg. libro j.

*India mittit ebur, molles ſua thura Sabei*
*Aut Calybes nudi ferrum, uiroſaq; pontus*
*Caſtorea, eliadum palmas epiros equarum.*

Vnde & Plinius uictus cauſa mercaturam inuentam dictitabat, & ſummæ prudentiæ atque autoritatis apud græcos Plato in dialogo ij. qui inſcribitur de Repu. uel de iuſto inquit, cõſtituere ciuitatem in eo loco in quo aduectionibus non indigeat fermè impoſsibile eſt, & certè mercatoribus nos indigere probat. Item expedit Reipub. ſubditos habere locupletes. §. fi. inſti. de his



qui ſunt ſui uel ali. iu. & in aut. ſine quo quo ſuffrag. §. cogitatio. & mercatores quęſtus cauſa laborant, & omnis eorum uita eſt ad quęſtum, legimus etiã in ambiguis iura mercatoribus in ipſis mercimoniis ſeu mercatura fauere ut ſenſit Alex. in conſi. cxxx. in fi. uol. vij. nec deſunt iuris interpretes qui in hac ſententia fuerint nam albericus in rub. C. de com. & mer. urbibus neceſſarios & utiles mercatores eſſe putauit, citat l. ij. ff. de nund. Quæ tamen lex in caſu ſuo locum habet, uidelicet, uel i triconibus u l in officialibus publice ad id ſpetiatim deſtinatis ut Acc. in Gloſ. fi. eius. l. ſcripſit & Bal. in. l. Macedoniani i fi. C. ad Mace. inquit mercatores eſſe, publice eſt utile. Prætereo multa & quidem conſulto ac de induſtria quę hincinde dici poſſunt. Verum breui quid ipſe ſentiam habeto, in hac quæſtione (ut noſtri loquũtur) brocardicari poſſe pro & contra, brocardica uocantes, quæ rectius perplexa dici poſſunt, & his addes quæ Cornel. Agr. ſcripſit in lib. quem de incer. & uani. ſcientiarum inſcripſit in rub. de mercatore cap. lxxij. & ſeq.

17 ✝ Item quæritur an mercatores inter inhonoratas perſonas habendi ſint, & mercatura ſit ſordida necne. Ioan. Stap. in tract. de grat. & expect. in. v. par. uerſ. circa tertiam partem num. 6. & ſeq. Tho. iiij. notans quẽdam qui inter ignobiles cenſeri putauit, nobiles & honoratas perſonas ait, ubi mercatura magna & copioſa eſt, & maiorem partem facultatum in ea contulerint. l. ſemper. § negociatio. ff. de iure immu. ubi hos immunes eſſe probatur, defendit etiam quoniam his definitio nobilitatis conuenit de qua apud Bar. in. l. j. C. de digni. lib. xij. Quæ ſententia defendi poteſt ex Ciceronis loco à pleriſque relato off. lib. j. in tit. de quæſ. artibusque, ſcripſit enim in hæc uerba: mercatura autẽ ſi tenuis eſt ſordida putanda eſt, ſin magna, & copioſa, multa undique apportans, multiſque ſine uanitate impartiens non eſt admodum uituperanda, atque etiam ſatiata quæſtu, & contenta potius, ut ſæpe exalto in portu ex ipſo portu ſe in agros, poſſeſsionesque contu

Universidad de Deusto
Biblioteca



lerit, uidetur iure optimo poſſe laudari, at Bon. in trac.
de nobilitate in. vij. parte ſub num. 7. Tho. v. refert.
Io. Brid. x. ethi. q. j. interque perſonas in honoratas
connumerat citat glo. in aut. de teſt. in. §. ſancimus in
uerbo artifices, & idē ſenſit Alc. in. l. mercis. ff. de uer.
ſig. citat. l. ſi cohartalis. C. de coharta. lib. xij. ubi Luc.
de Pen. & idem Alc. reſpondit in trac. de Præſump. in
ter. par. reg. j. uerſi. xlviij. citat l. j. C. de Præfec. dig. &
plenius, iuris hunc articulum attigit uero, in trac. de
impe. mili. deli. In uerbo nobilitatis num. 12. & ante. &
ſeq. Tho. v. ubi temperandum putat niſi loci quali-
tas id quodam modo cogeret, in quo fructus & redi-
tus haberi aliunde non poſſent, niſi ex mercatura, &
ipſa mercatura magna & copioſa eſſet. Ego uero pu-
to incolorate in propoſita quæſtione dubitari. Cum
lex ipſa inter ignobiles expreſſim connumeret. l.
nobiliores. C. de com. & mer. quam ad uerbum placet
referre. Nobiliores natalibus & honorum luce conſpi
cuos & patrimonio ditiores pernitioſum urbibus mer
cimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios, &
negociatores facilius ſit emendi uēdendique commer
cium, ubi Bal. inquit qui facit artes mechanicas non
poteſt eſſe nobilis, quinimmo credo in iure noſtro ue-
rum eſſe quod Bal. ibidē ſcripſit ex quo nobiles merca
turam exercere prohibentur, ſi exercerent inter nobi
les cenſeri, atque connumerari non poſſe, licet in hoc
Ant. ſibi parum conſtiterit relatus à Veronenſe ubi ſu
pra ſi tamen per alios mercaturam exercerent & ipſi
non aſſiſterent defendi poteſt nobilitatem non perde
re ſecūdū Alber. in. l. humilē. C. de ſec. nup. & probat
Alc. in trac. de præſump. in loco dudū citato quod &
ipſe non improbo, quandoquidem in ſuperiori parte
uerſi. eos qui per ſe mercaturam non exercent nec
quouis modo negocium tractant mercatores dici non
poſſe plenius probauimus.

18 ✝ Planè ex loci conſuetudine, & hominum opinio-
ne nobile officium ſeu artem eſſe non negamus, &
locum ipſum inſpici oportere, num ſcilicet in ciuitate



inter honores habeatur, qđ & Io. ſtap. & Alc. in relatis
locis placuit, qui citat Io. de Plat. in. l. maximarum. C.
de excu. mu. & Bar. noſter in. l. j. C. de digni. ſub nu.
97. lib. xij. eleganter inquit. Regulariter illud officium
ſeu illum actum annexam dignitatem ſeu nobilitatē
habere, quod in uniuerſitate illa, ubi de hoc agitur ho
mines opinantur citat. l. fi. ff. de mune. & hono. in illis
uerbis & quęſtura in aliqua ciuitate inter honores nō
habetur probat etiam autoritate inno. in. c. de multa
de Præben. & profecto ubi tenuis non eſt mercatura,
ſed magna, & copioſa & Venetiis, & Florentię, & Anco
næ in precio eſt, & nobiliores in iiſdem locis exercere
& uidi & audiui nec quicquam nobilitati detrahi, qui-
nimmo hoc genus hominum ad ſupremos admitti
magiſtratus & propter diuitias inter primarios ciui-
tatum haberi.

19 ✝ Refert igitur ex ſententia Ciceronis num merca-
tura tenuis ſit uel magna & copioſa & mercatoris ſta-
tus ex ipſa mercatura iudicatur. & ſanè ad hūc tracta-
tum non pertinet quæ commoda quæue incommo-
da tenuiores uel maiores facultates afferant diſſerere,
& in quibus iuris articulis deteriores uel meliores diui
tes quàm pauperes inueniantur, conſulto igitur præte
reo & pauca de mercatore noſtro referemus, & illud
20 primum. ✝ Et magnus, & diues mercator in prom-
ptu pecuniam habere præſumitur, contra uero ſi te-
nuis ſit & magna ſit ſumma, quod notauit Bar. in. l. ſin
gularia in fi. ff. ſi cer. pet. ubi Iaſ. & plerique alii pro-
bant, & ſcribit Nic. Boe. q. ccix. & illam col. iij. licet re-
gulariter aliquem pecuniam repoſitam habere non
præſumatur, ut non inſubtiliter probauit Bald. in
conſi. cccxviij. Practica ciuitatis col. ij. uol. j. & ſecūdū
ea quę gl. Bar. & alii notarūt in. l. cū oportet. C. de bon.
que lib. & aymon crau. in conſi. cxcj. num. 8. uol. j. &
his adiicies tex. in. l. ſi ſeruus. ff. de Nox. quem uidebis
huic rei & illud adnotandum eſt quod eleganter in-
quit iuriſconſultus in. l. cum qui emit in. §. melior. ff.
de in diem adiec. Meliorem conditionem afferri uide-

21 ri,ſi precio ſit auctū †,ſed ſi nihil precio addatur,ſolu
tio tamen offeratur facilior precii uel maturior , me-
lior conditio uidetur,idem ait & ſi perſona idoneor ac
cedat ad emptionem,Accur.enim in uerbo facilior ait
ut per bonos campſores quod ſingulariter notandum
puto,& his addes quod eleganter notauit Abb. ſic.in
22 cap.ſi.in ſi.de his quæ ui met.ue cau.† inquit enim nō
eſſe habendam fidem uili ſeu pauperi mercatori affir-
manti gemmas ſeu pretioſas margaritas habuiſſe, con-
tra ergo in diuite mercatore . Vides ergo conditio-
nem mercatoris explorandam eſſe , ea propter Franc.
23 Cur.conſi.xliiij.nu.83.† complures referendo ex con
ditionē mercatoris præſumptionem excluſiuam doli
mali accipiendam eſſe reſpondit. Vnde Angelus Pe-
ruſi.in.l.milites.C.de quæſ.eleganter quærit, ſi pecu-
niarum magnam ſummam Sempronio furto ſubtra-
24 ctam conſtat,† & Titium diuitem quidem ,& magnū
mercatorem, è domo Sempronii exiiſſe ſint qui affir-
ment,& quidem admiſſi furti tempore,num mercato-
rem titium queſtioni ſubiicere iudex debeat ? & ne-
gat quæſtioni locum eſſe.Non enim eſt ueriſimile tā-
tum facinus uirum talem admiſiſſe. Sed ſi aliæ conie-
cturæ cōcurrerent uerbi gratia quia ſtatim quòd mer-
cator exiit eiuſdem formæ & ſigni cuius erat ſubtra-
cta pecunia bonam & magnam partem ab eo erogatā
probaretur putauit Ang.quia iudici liquet furtum fa-
ctum,& ſolum mercatorem exiiſſe quæſtioni ſubiicien
dum, & refert non tamen modo quo nos fecimus , &
ſcripſit Ang.Franc.Brun.in trac.de indit. & tor.in ter.
q.num.4.Tho.xv.denique regulam illam reum con-
uentum ſi immobilia non poſſidet ſatisdare de iu-
dicio ſiſti oportere .l. ſciendum.ff.qui ſatiſ.cog. tem-
perauerunt. Bar. Ang.& plerique alii ibidem ut refert
25 Iaſ.ſub nu.3.† in mercatore,qui multas merces habe-
ret,quæ difficile amoueri,ſeu exportari poſſent.argu.
l.iij.in.§.j.ff.de uino leg.uel intricata debitorum no-
mina in magnis pecuniarum ſummis , adeo quòd ceſ-
ſet ſuſpitio fugæ,cum non facilis ſit eorum exactio,&



refert Alex.in.l.facere.ff.ſolu.matr.& Io.bap.ſeue.in
trac.de debitore ſuſp.nu.10.tho.xvj.
Nec illud prætereundum,mercatorum ſtatum qui-
buſdam legitimis coniecturis iudicari,finge enim mer
catorem mari uel terra in periculoſo loco habere mer
26 ces † uel iuxta flumen forſan , quod ſic abundaſſet,
ut impleſſet omnem uicinū locū , uel mare ubi nume
rus pyratarum eſſet magnus uel in montibus habere ,
ubi aquarum eſſent impetus,& madefieri poſſent, hūc
enim non ſoluendo effici ueriſimile eſt ex ſententia
glo.in.l.ij.in uerbo ſuſpectum. ff.ſolu.mat. quam pro
bant ibidem iuris interpretes & præſertim Bar . ſub
nu.9.Alex.ſub nu.20.qui refert Bart. idem ſenſiſſe in
pleriſque locis,& præſertim in.l.iij.in.§.fin.ff.de libe.
leg.& Iaſ.ſub nu.26.adde eundem Alex.in.l.ſciendū.
in prin.ff.qui ſatisd.cog.& Iaſ.eod.loco.col.ij.Et licet
caſum,aduerſamque fortunam ſpectari ciuile non ſit,
ut inquit Iuriſconſultus in.l.inter ſtipulantem.in.§.ſa
cram.ff.de uerb.obli.Vbi tamen præſens ſtatus in fu-
turum id indicat,inſpici debet,ut ſcripſit Bar.eod.§.&
in.l.ſi idem cum eodem.§.ſi.ff.de iuriſd.om.iu.Quod
tamen ſingulariter temperarem , niſi mercatores , ut
plerunque aſſolent,ſibi fideiuſſoribus præcauiſſent, &
ut uulgo dicimus,aſſecuratoribus.Tunc enim ratione
ceſſante ceſſaret, et præſumptio.l.adigere.§.quamuis.
ff.de iurepat.l.eum qui.ff.de iure.l.j.de cond.ob cau.
c.cum ceſſante.de appel.
27 † Simili modo ſtatus ,& conditio mercatoris digno
ſcitur,ſi enim ponamus mercatorem fœnebres pecuni
as recipere, & uſuris ſubiacere, præſumimus pauperē,
& non ſoluendo effici autoritate eiuſdem glo.ſuperio
ri loco relatæ,quam probant ibidem iuris interpretes,
et Alex.citat tex.in.c.quāto.& eo.loco Anca. de uſu.
quibus addes glo.in.l.qui habebat. in uerbo radacta.
ff.de leg.iij.et Iaſ.in.l.ſi conſtante.ſub nu.138.ff.ſolu.
mat. Vſuræ enim facultates hominum exhauriunt.
28 † Nec diſſimili modo mercatoris ſtatus iudicari, at-
que cenſeri poteſt, ubi enim uideris mercatorem uer-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



ſuram facere, ſeu dilatata ſolutione ad diem merces
emere, et eaſdem uiliori pretio, quàm emerit præſenti
pecunia uendere, hunc quodammodo uſuris ſubiace
re, male ſubſtantia ſua uti, et breui ad inopiam redu-
ctum iri recte quidem præſumes, idque ſenſit Iaſ. in. l.
ſi conſtante. ſub nu. 138. ff. ſolu. ma. dicitur enim is (ut
eius utar uulgari uerbo) ſtocchos facere, quod ex his,
quæ priori loco diximus in uer. ex prædictis ſingulari
ter. nu. 34. confirmabis, et illinc aſſumes, quæ ad hunc
29 locum pertinent. ✝ Probari etiam poteſt et ſi lege defi
ceremus argumēto a ſolitis, et ab eo, quod plerunque
contingit, quod eſt in iure fortiſſimum. l. certi condi-
tio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. l. in fideicommiſſi. poſt
princ. ff. de uſu. glo. in. l. neque natales. C. de proba. et
late ſcribit Deci. in conſi. cccccxcvi. ad dubia. in fi. in-
quiens ex mēte Bal. utiliſſimum eſſe ad materiam pro
bationum, et ſcribit Mar. ſing cccexcv. uidemus enim
quottidie ditiſſimos quoſque mercatores huiuſmodi
emptionibus, et uenditionibus (uulgo in patria mea
ciuanze nuncupatis) ad paupertatem imò uerius ino-
piam deduci, et facultates maximas quasque exinani-
ri. & his quæ ſuperiori loco diximus addes Bud. in
adnot. ad pande. in. l. fi. §. fi. ff. de pig. act. ſtultiſſimum
eſt & illud certare cum uſuris fructibus prædiorum,
ut eleganter inquit Cicero in oratione ſecunda catili-
naria pag. v. hoc eſt ſi mercatores cum fœneratoribus
30 conueniunt, ut eorum prædiorum, quæ ✝ pignori pro
ſorte, & uſuris acceperant fructus pro uſuris colligant,
quia fructus uſuris pares eſſe nō poſſunt, ſtultiſſimum
ideo eſt, ad extremum enim omnes ſequentium anno
rum fructus prioribus annis debentur itaque proprie-
tas ipſa ære alieno onuſta creditoribus adijcit, po-
31 tes ✝ igitur hoc caſu cōiectura proprius accedere mer
catores qui huiuſcemodi faciunt, citius rationes con-
turbaturos, uendere præterea ſatius eſt, quàm modo
prædicto obligare, quod ſi Anconitani ciues, qui ni-
mium amore poſſeſſionum tenentur, & id facere con-
ſueuerunt, me non ſemel clamantem audiuiſſent, lo-



cupletioribus & melioribus ciuibus uteremur. Nec il-
lud tacebimus relatum Ciceronis locum, ut ſupra ex-
plicandum ſenſiſſe Franciſcum Notto. de uſuris lib. pri
mo. c. ſecundo in fi.

Et maxime de ſtatu illius mercatoris dubitandum
arbitror, qui ære alieno grauatus iam inceperit ſarcinu
las componere, ut in ſimili Iuriſconſultus inquit in. l.
ab hoſtibus. §. fi. ff. ex quibus cau. ma. uel alia receſſus
inditia apparuerint, ad quæ. l. quæſitum. cum glo. ff.
de pigno. & quæ notauit Bal. in rub. de reuo. his quæ
in fra. cre. & Bar. in. l. ait prætor in. §. ſi debitorem. ff.
de his quæ in frau. cred. quibus addes Io. bap. ſeue. in
Trac. de debitore ſuſp. & doc. & præſertim Ias. in. l. ab
arbitro. ff. qui ſatis. cog. qui inditia, & fugæ coniectu-
ras differendi notant, & notabis legem ſi ab arbitro in
illis uerbis ſi calamitas inſignis interuenerit, ut idem
ſtatuendum ſit in eo, qui mari uel terra magnam iactu
ram fecerit.

Bonus tamen uir uarie in prædictis omnibus conſti
tuet, ut in ſimili Iuriſconſultus inquit in. l. in fundo. ff.
de rei uend. & in. l. fi. ff. de actio. & obli. habēda enim
in prædictis omnibus & ſingulis eſt ratio, temporum,
locorum, periculorum, ſuſpitionum, ſummarum, debi
torum, cauſarum, mercium, preciorum, & qualitatum
perſonarum, iuxta glo. in. l. in omnibus. ff. de iudi. &
Seue. ubi ſupra, & quæ diximus in cognitione eſſe iudi
candi gratia mercatorum ſtatum referre poteris præ-
dictis omnibus, & ſingulis prout congruunt. Quæ om-
nia multis iuris articulis aptari poſſunt, uerum ad duo
tantum referre contentus ero. Alterum eſt, ut merca-
tores diſcant cautius negociari, ut dicit Imperator in
l. in ciuilem. C. de fur. Alterum eſt ualde quidem quot
32 tidianum ✝ ex quo enim lex in omnibus. ff. de iudi.
frequenti doctorum ſententia receptum eſt, locum ha
bere, tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iu-
ris, quod probatur in. l. creditores. ff. de priui. credit. &
ſcribit Alex. in citata. l. ij. nu. 14. ff. ſol. ma. & late Mat.
de affl. dec. cviij. procur. ſi poſt debitum ad diem, uel

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſub conditione contractum in prædictis implicitum
mercatorem conſtiterit, quoniā ſtatum immutaturum
breui pręſumitur, ſeu uerius immutaſſe, & non ſoluen
do ſtatim effici, pendente die, uel conditione ad ido-
nee cauendum cogi poſſet, quod ſemper intellige ſe-
cundum ea, quæ in cognitione cauſæ uerſari nuper di
ximus, quæ pręcipue is apud quem notio eſt in merca
toribus exiſtimabit.

Cōtra autem de ſtatu illius mercatoris bene opina-
ri poteris, quem in prędictis implicitum non eſſe, & fre
quēter, ac ſine uanitate in magnis negociis pertractan
dis, iiſdemque peragendis uideris, & his addes, quæ in
tractatu de decoctoribus dicemus.

33 † Commodiſſime hic tractari poteſt, num mercato
res extranei, quos forenſes uocāt, a dominis locorum
ſine cauſa expelli poſſint, interdicique ne intra muros
territoriumque morērur, et his recedere recuſantibus
bona auferri, Bal. noſter in. c. j. in. §. fi. de forma fideli.
34 ſcripſit in hæc, ſeu ſimilia uerba, † Mundus eſt omni-
bus communis patria, et ideo expelli non poſſunt, niſi
ex cauſa, qua poſſent relegari, Nam expellere interdi-
cere eſt, quæ pœna abſque cauſa imponi nequit. ff. de
interdi. et releg. l. relegatorum. Venturis autem ad pa
triam alienam ingreſſus denegari poteſt, et territorium
interdici. ff. de ſerui. ruſt. præd. l. diuus. ff. de uſu. l. hæ
res. ff. ſi ſeru. uendi. l. ariſto. Poſtquam autem ingreſſi
ſunt inter populares habentur, et tam contra natura-
lem æquitatem, quām bonum publicum eſt eos expel
lere. facit in aut. de quæſt. col. vj. poſt prin, in illis uer
bis ciuitas noſtra populoſa eſt. ubi eſt text. ſingularis,
35 † appellatione popularium, aduenas, ſeu alienigenas
incolatum habentes contineri, idque nec unquam ali-
bi lectum, nec relatum, et compluribus legibus muni-
cipalibus aptari poſſe. Hæc Bal. Cui quædam adiicien-
da ſunt, dum enim inquit, Mundus eſt omnibus com-
36 munis patria, † ſciant mercatores inclytas nominatim
uetuſtis legibus prohibitas ciuitates trāſgredi, non niſi
periculo proſcriptionis bonorum, et perēnis exilii poſ



ſe. l. mercatores. l. fi. C. de com, et merca. Item quod ait
Bal. popularium appellatione alienigenas incolatum
habentes contineri. Idem Bald. probauit in. l. iij. in. §.
hæc uerba. in fi. ff. de neg. geſt. Verum idē Bal. parum
ſibi (ut plerunque ſolet) in hoc conſtans in rub. C. qui
accu. non poſ. in noua urbe tex. loqui putauit, et non
generaliter locum habere, quod ſine diſtinctione pri-
us dixerat. Sed et ipſe legito Alex. in additi. ad Bart. in
l. in prouinciali in. §. fi. ff. de noui oper. nun. Denique
37 et illud adnotabimus, † etſi Marani, quos uocant, per-
miſſu principis per aliquos annos ſint immorati in ciui
tate Anconę, cum tamen religionem nunquam colue
rit iſta natio, & deprauari mores ciuitatis horum con-
ſuetudine uideamus chriſtianam pietatem lædi, reli-
gionem contemni, ritus alienos a fide inter plebeios
ignaros induci poſſe, nonne expellendi cauſa eſt iuſtiſ
ſima? ſed hæc ad curā ſanctiſſimi epiſcopi pertinent,
ciuiumque Anconitanorum, quibus cum optimus. ma
ximusque Pontifex Iulius III. reditus reſtituerit ciui-
tatis, & ſingulari gratia ciues ſcripturæ Anconæ præeſ-
ſe iuſſerit, non dubito huic tantæ rei non eſſe aliquan
do conſultum, & contra huiuſmodi peſſimum genus
hominum multa retulit Bund. in tract. de hæret. q. v.
tho. xv.

38 † Sciendum eſt etiam mercatores dum merciū cau-
ſa uagantur, inter miſerabiles perſonas connumerari,
placuit enim eorum labores, & pericula remunerari,
unde ſi pedagiis iniuſte grauarentur, ſeu uexarentur,
coram iudice eccleſiaſtico poſſunt conqueri, idque ex
ſententia Inno. in. c. ſignificantibus. de offi. dele. cuius
ſententiam ibidem probauit Feli. ſub nu. 6. addens Io.
de ana. & Pet. de anc. ſenſiſſe in. c. fi. de iud. Mercato-
res in nundinis exiſtentes poſſe coram eccleſiaſtico iu
dice experiri. Sed & ipſe addes Fel. in. c. cum ſit. nu. 41.
de foro comp. qui citat Abb. in. c. excommunicationi.
in fi. de rap. & legito Spec. in tit. de comp. iud. adi. §. j.
uer. xxviij. Et his addes etiam Alex. in conſil. cxxx. in
fi. uol. vij. & in ſylua nupt. lib. vj. nu. 29. & in pleriſque

Universidad de Deusto
Biblioteca



iura mercatoribus plurimum fauent, ut in.c.fi. de tre.
& pace.& in.c.fi.ubi glo.& Io.an.extra de iudæ.& ſcri
pſit Cor.in conſi.cccxix. circa primum.&c.col.penul.
uolu.iij.
39 † Refert etiam Bertac.in ſuo reperto. in uer.merca
tor. Spec.in titu.de reſti. in integ.§.j.uer. ſed quid de
mercatore differentem, num mercator abſens, merca-
turæ cauſa, ex uoluntaria, ſeu probabili cauſa abeſſe
cenſeatur, quem locum in libro meo non inueni.
Oportet etiam mercatorem noſtrum num cum om
nibus gentibus commercium eſſe impune poſsit, non
ignorare, in quo euidentioris et facilioris intellectus
gratia quaſdam facti ſpecies conſiderauimus.
40 Et illud primum mercatoribus chriſtianis prohibitũ
eſſe commercium cum ſaracenis et hoſtibus populi et
imperii Romani tempore belli et non ſolum in merci
bus prohibitis, quas in iiij.parte ſpeciatim enumerabi-
mus, uerum in omnibus mercimoniis. Non enim licet
deferre, et exportare, ſeu exportari facere ad huiuſmo
di gentes belli tempore merces aliquas, idque frequen
ti doctorum ſententia receptum eſſe copioſe Alexan-
der ſcripſit et probauit in conſil.cxxx.omnipotentis.
uol.vij.et doc. præcipue Abb. et Fel.in.c. quod olim
41 extra de iudæis et in.c.ſignificauit eod.tit. † quinim-
mo belli tempore merces prohibitas etiam redimen-
dorum captiuorum gratia deferre non licet.d.c. ſigni-
ficauit ubi Abb. Hoc amplius cum gentibus huiuſ-
modi belli tempore commercium habere, et ſibi ſubſi
dium ſeu conſilium impendere prohibemur, et pœna
contrafacientibus imminet præterea excommunica-
42 tionis idque probatur eodem.c.quod olim: † ſaraceni
autem dicuntur qui nec nouum teſtamentum nec ue
tus recipiunt ſeu deos plures colunt ut notat Hoſt.
In ſumma in tit. de iud.et ſara.§.qui ſunt ſaraceni et
.§.ſeq. et ſpe.in tit. de iud. inquit quoſdam ſaracenos
recepiſſe libros quinque Moſaycos, Prophetarum uero
abieciſſe, et refert Alex.in eo.cõſi.ſub num.11. Hoſtes
uero qui ſint declarauit iuriſ.in.l.hoſtes.ff.de uer. ſig.



et Bar.in.l.hoſtes.ff.de capt.et his addes Nico.Boe.q.
clxxviij. num.10. et primo præſuppono qui ſenten-
tiam noſtram et Alex.receptam communiter teſtatur.
43 † Deinde et illud adnotandum, ceſſante bello, ſeu ini
ta pace, uel pactis induciis permiſſum eſſe et quidem
indiſtincte chriſtianis mercatoribus, cũ dictis hoſtibus
et ſaracenis habere commercium, ſecum habitare, ad
eos quaſcunque merces exportare ſeu exportari face-
re quibus ſaracenis et hoſtibus cõmodum etiã et ſubſi
dium afferatur: dummodo non ſint merces prohibitæ
de quibus, ſuo loco dicemus, et ita inter oẽs conueniſ
ſe idem Alex.ſcripſit in relato conſ.cxxx.uol.vij. qui
ait probari in.c. ſignificauit et in.c. quod olim de iu-
dę.et in eadem opinione eſt Nico. Boe.q.clxxviij.et
primo num.18.qui in iure noſtro receptum id eſſe con
firmat: licet autem relata capita hãc interpretationem
habuerint, et minime ſint mutanda quæ certam inter
pretationem ſemper habuerunt.l.minime.ff. de leg.
et me autoritates tot interpretũ iuris ualde mouerint,
id tamen quod diximus apud me non eſt expeditum.
Aduerſatur enim huic ſentẽtiæ.l.ij.C.de com.& mer.
ubi Saly.ſic ait in ſuma, cum hoſtibus populi Romani
uel ſacri Imperii non licet mercari, dicet forſan aliquis
Saly.nimis generaliter cum glo. locutum eſſe, uel le-
gem illam ſpeciatim in auro loqui quod inter res pro-
hibitas connumeratur ut ait Alex. in prin. dicti conſi-
lii nam & Ang.in ea.l.ij.idem in argento probat quod
& uerum eſt: obſtat etiam ualde relatæ ſententiæ.l.
mercatores.C.de comm.& mer. ubi Imperator prohi-
bet ne ullus Imperio Romano ſubiectus ultra Nizibin,
Calinicum, & Artaxatem emendi ſeu uendendi ſpe-
cies cauſa audeat proficiſci, Nec præter mæmoratas ci
uitates cum Perſa merces exiſtimet commutandas,
ſciente utroque qui contrahit & ſpecies quæ præter
hæc loca fuerint uenundatæ uel comparatæ ſacro
ærario Imperii uendicandas, & præter earum rerum
ac precii amiſsionem quod fuerit numeratum uel cõ-
mutatum exilii ſeu pœnæ ſempiternæ ſubdendum,

Universidad de Deusto Biblioteca



& idem dicitur in.l.ſi.eo.tit.&(ni fallor) hic eſt textus
contra communem ſentẽtiam. Loquitur enim in Per-
ſis qui erant hoſtes Populi Romani patet ex uerbis
44 eiuſdem.l.⸹Fœderis tempore & qui Perſæ ſemper fue
runt Populo Romano,ut Oratius in pleriſque locis te
ſtatur & præcipue eo in loco. Quo graues Perſæ me-
lius perirent:& alibi adiectis Imperio Britannis graui-
busque Perſis , & licet loquatur in Perſis tantum &
limitata loca adiiciantur,generaliter tamen intelligen
dã puto ĩ omnibus Romani Imperii hoſtibus,eſt enim
hęc generalis ratio in.l.expreſſa,ne alieni regni(quod
non conuenit)ſcrutentur arcana, quæ ratio cum gene
ralis ſit & expreſſa facit,ut alii hoſtes comprehendant
nec legem ad alios extendendam dicimus,ſed illos ra-
tione comprehendi ſecundum ea,quæ copioſe recen
tiores iuris interpretes ſcripſere in Aut. quas actiones
C.de ſacro.ecc.unde merito Bal.noſter hoc innuens in
ſumma legis,inquit non eſt licitum mercationis cauſa
conuerſari cum gentibus nõ gratis Populo Romano ,
ne credantur Romani exploratores arcanorum regni
alieni.Putabam etiam tandem ſententiam infirmari &
alio tex.claro in c.multa mentis amaritudine ſito , in
tit.de Iudæ.extra.comu.idque tum ex Procemio tum
ex illis uerbis generalibus.Nos igitur qui ad liberandã
terram ſanctam.ſtatuimus ,ut nullus arma,equos, fer-
rum,lignamina,uictualia,& alia quæcunque mercimo
nia in Alexandriam , uel alia loca ſaracenorum terræ
Aegypti deferre,mittere, uel portare , ſeu de portibus
eorum & eiſdem deferantur extrahere ,uel extrahi per
mittere ,aut eis alias auxilium , uel fauorem præſtare
quo quo modo prȩſumat . Planè illud non negamus
aliam eſſe pœnam in mercibus prohibitis , & aliam in
non prohibitis,in prohibitis enim pœna publicationis
omnium bonorum, & capitis ſtatuta eſt in.l.ij.C. quæ
res expor.ſecundum ea quæ latius in. iiij. parte diſſe-
rendo dicemus,at in non prohibitis ſpetiatim dicimus
pœnam perpetui exilii eſſe,amisſionisque rerũ & pre-
cii,iuxta.l.mercatores,præterea aliæ adduntur pœnȩ
in relato



in relato c.multa mentis,quas pœnas, & in ſingulari-
ter prohibitis, & quibuſcunque mercimoniis locũ ha-
bere putamus,mouẽt nos uerba tex.relata: & ſi lector
candide unius benuenuti ſententiam in hac contro-
uerſia multorum ,& maiorum ſuperaſſe credideris, ac-
cipe reſponſa,quæ occurrunt his, quæ Alexandrum,
& cæteros aliter ſentiẽtes mouerunt,text.n.in c.quòd
olim,& in c.ſignificauit , non obſtant . quoniam ubi
prauus intellectus,ſeu iuris antiqui correctio ſequitur
45 argumentum a ſenſu contrario ſumi non poteſt.l.ij.
C.de condi. inſer.l.conuenticulã.C.de epiſc. & cle.l.
nemo.C.de iuriſ.om.Iud.& copioſe ſcripſerunt doct.
in.l.j.ff.de.off.eius uel uerius ex lectione dictorum
capitum liquet neceſſario ã ſenſu contrario non diſpo
ni in dictis capitibus quod doctores inquiũt, ſed a ſen
ſu contrario prohibitionem ceſſare,at prohibitio aliis
iuribus probatur.& facta eſt,ſcilicet.l.mercatores &.l.
ſi.C.de comm.mer.ſupra citatis.& in c.multa mentis
ut bellisſime circa huiuſmodi argumentum ſcripſit
Dec.in dicta l.j.in not.& num.53.ff. de off.eius.Dice-
bat etiam Alex. ſi inter chriſtianos , & Iudæos inter
quos ceſſat bellum,eſt permiſſum mercari,& negocia-
ri.l.nemo exterus.C.de Iudæ. c. poſtulaſti & c. cum
46 ſit & c.pe.de Iudæ ⸹Et ſecta ſaracenorum eſt minus
mala,quam ſecta hebræorum,quod probat ergo for-
tius dicendum eſt,ceſſante bello,uel inito fœdere cum
ſaracenis commercium habere concedi,in rebus tan-
tum non prohibitis:ſed non improbe dici poſſe uide-
tur hanc rationem non concludere , diuerſa enim eſt
ratio,nec par in Iudæis,& ſaracenis, idque ex eo quo-
47 niam hebrei amiſerunt regnum , ⸹ & id colliges uerũ
eſſe ex relatis per eundem Alex.& text.in.l.mercato-
res ſubiicit rationẽ ne alieni regni.Item Iudæi ſubiiciũ
tur chriſtianis ,& Imperio Romano tanquam ſerui ſub
iecti eſſe debent.c.Iudæi de Teſt. ubi Abb. & debent
re,& factis illorum ſe ſeruos eſſe aſſeuerare quos chri-
ſti mors liberos , & illos ſeruos effecit cum ergo & di-
cta ratio,& rationes,quæ colliguntur ex c.multa men-
F

Universidad de Deusto
Biblioteca



tis non conueniant Iudæis, prout ſaracenis argumen-
tatio Alex. corruit, conſiderandæ ſunt enim perſona-
rum qualitates deteriori, ſeu meliori loco habeãtur in
caſu de quo quæritur, deteriores ſunt ſaraceni hoc in
loco tum propter potentiam, quam habent, tum etiã
ex cauſis in pluribus relatis capitibus expreſſis, & præ
cipue in c. multa mentis, & in l. ij. uerſi. pernitioſum
C. quæ res expor. & hæc in iure uera eſſe uidebantur
licet ſententiã Alexandri, & cõmunem, uſu receptam
uideamus, & conſuetudine ipſa approbatam.

48 ✝ Rurſus ex eodem eleganti Alex. reſponſo aliam
facti ſpeciem elicimus, num chriſtianis mercatoribus,
exceptis ſaracenis, & hoſtibus, cum aliis gentibus ſit
cõmercium, & unà cum Alex. dicimus, cum huiuſmo-
di gentibus cum quibus nec bellum, nec pax, nec fœ-
dus exiſtit, eſſe cõmercium, & ad eas quaſcunque mer
ces etiam prohibitas exportari, atque deferri licere, ex-
empli loco ad Indianos cum quibus nihil nobis nego-
cii eſt. probat Alex. quoniam & leges, & canones ad ſa
racenos, & hoſtes exportari tantum uetant. Nec huic
ſententiæ aduerſatur lex mercatores ſupra relata, lo-
quitur enim in hoſtibus, idque indicant uerba legis, fę
deris tempore. Minus etiam moueat ratio eiuſdem le-
gis, Ne alieni regis ſcrutentur arcana: Ceſſat enim ex-
ploratorum ratio in gentibus, cum quibus nihil nobis
negocii eſt: Verum non me latet Nic. Boe. q. clxxviij.
id notare, putat enim Alex. male ſenſiſſe, & ſentit mer
ces, ſiue licitas, ſiue illicitas ubi bellum inditum eſt in-
49 ter chriſtianos principes prohibitum eſſe deferri. ✝ Vn
de indito bello a Rege Francorum Regi Angliæ pro-
pter rationem. l. mercatores. ne alieni regni ſcrutentur
arcana, & ea quæ ſcripſit Bal. in. l. ij. C. quæ res expor.
& quædam alia, omnes merces deferri legibus uetari.
Verum enim eſt bellum, quod indicitur, non enim &
Galliæ, & Angliæ reges imperatoriæ ditioni ſubiiciun
tur. & propterea hoſtes regni, uel regis, ubi bellum in-
ditum eſt, dicuntur, & ita inter eoſdem Reges ſeruari
ſubdit. Ego autem, & Nico. Boerio aſſentior, & Alex.



ſententiam probo, iuxta exemplum ex mente Alex.
propoſitũ, & licet nimis generaliter Alexã. locutus ſit,
ſi tamen de facto Nico. Boerii conſultus Alex. fuiſſet,
idem forte reſpondiſſet, propter ea quæ paulo ſuperi-
us ſub nu. 40. ex mente eiuſdem retulimus.

50 ✝ Denique ex mente, & uerbis eiuſdem Alex. in lo
co non ſemel citato, in hac materia notandum eſt, in-
ter Chriſtianos, & Iudæos mercatores licitum eſſe cõ-
mercium. c. poſtulaſti. c. cum ſit. de iudę. l. nemo. C. de
iud. Io. cald. in conſ. iij. ſub tit. de loca. Quinque enim
ſingulares ſunt caſus in quibus communicatio prohi-
betur. c. nullus. xxviij. q. j. & quoniam mercatorẽ no-
ſtrum Chriſti fidelem deſideramus, & eiuſdem fidei, &
æqui obſeruantisſimum, & propter aſſiduam conuer-
ſationem facile in excommunicationem poſſet incide
re, placuit citatum caput ad uerbum referre. Nullus eo
rum, qui in ſacro ſunt ordine, aut laicus, azima eorum
manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in
infirmitatibus ſuis uocet, aut medicinam ab eis perci-
piat, aut cum eis in balneo lauet, ſi uero quiſquã hoc
fecerit, ſi clericus eſt, deponatur, ſi laicus excommuni-
cetur. Adde caſum alium in. c. ſiquis iudaicę prauita-
tis. ea. cau. & q. & adde. c. poſtulaſti. & c. cum olim ſu-
pra citata, quæ capita legito, & c. poſt miſerabilẽ. & c.
quanto. de uſu. & Bertac. in trac. de gab. in. iii. par. nu.
12. uſque in fi.

51 ✝ Solent, & debent mercatores rationum libros con
ficere, id enim ad ſtatum eorum præcipue pertinet, ſo
lent inquam (ut Ciceronis uocabulo utar) aduerſaria
habere, item & codicem, ſunt enim aduerſaria libelli
in quibus mercatores primum rationes accepti, & ex-
penſi negligenter, ſine ordine conſcribunt, & memo-
riæ gratia. Codex uero liber eſt, in quem rationes dili-
gentisſime perſcriptæ referuntur. Idque liquet ex frag
mento Orationis pro Roſ. Comœ. ubi quod aduerſa-
riis fides non habeatur, quia breuiter, & ſine ordine, ac
negligenter in eis ſcribimus. At in codice contra: & de
duobus mer libris meminit Bal. in rub. de conſti. pec.

Universidad de Deusto Biblioteca



nu.14. licet iiſdem uocabulis nõ utatur, quos libros in
patria mea, uulgo Giornale, & Libro maeſtro appellãt.
Vnde ego credo Codicẽ ab Imperatore appellatum, &
propter autoritatem, & quia omnes ferè. ff. tituli, & ma
teriæ in librum illum referuntur.
52 ✝ Illud igitur non ineleganter quæritur, quæ requi-
rantur, ut codex rationum more experientium, & pro-
borum mercatorum inſtitutus, & conſcriptus dicatur,
& meo quidem iudicio ſunt hæc, quæ breuiter enume
rabimus neceſſaria.
53 ✝ Et illud primum ex cõſuetudine non uulgarium
mercatorum codex inſcriptionem, ſeu præfationem
continere debet, uerbi gratia. Hic eſt liber Bartholo-
mæi Thomaſii, quæ inſcriptio quàm ſit neceſſaria, &
quanti momenti ſit in ipſa mercatura indicant ſcripta
a Bart. & Bal. in. l. ſi patruus. C. cõmu. utr. iudi. ſub nu.
6. arg. l. nenſenius. ff. de nego. geſt. ſumunt enim argu-
mentum ex ea mercaturam cõmuni nomine factam
ſi in initio codicis inſcriptum ſit, hic eſt liber G. & B.
fratris, & ſcribit Dec. in conſi. xxj. uiſo puncto. nu. 1. &
nu. 6. Accutisſimi etiam ingenii uir Soci. in conſ. lxxx-
vij. col. iij. &. iiij. uerſi. circa ſecundam. q. ex ipſa inſcri
54 ptione argumentum ſumit. ✝ Cum enim proponere-
tur mortuum ſocium, & conſequenter unius ſocii mor
te extinctam ſocietatem. §. ſoluitur. inſtit. pro ſocio. &
ff. eo. l. adeo. l. nemo. l. actione. §. nemo. ex quo ſocie-
tas non ſolum expreſſe, ſed tacite etiam cõtrahitur. in-
ſti. pro ſocio. in prin. l. conſenſu. ff. de actio. & obli. So-
cietatem proſecutam, ſeu renouatam ex titulo, ſeu pre
fatione codicis probauit, Addit Bar. in. l. titium, & me-
uium in. §. altero. ff. de admi. tuto. & alias coniecturas.
Et his addicies, quod eleganter ex facto conſulto pla-
cuit Pau. ca. in conſi. cccxiiij. omiſſo primo. in. ij. parte.
cum quidam mercator in codice inſcripſiſſet, Hic eſt li
ber Titii, & ſociorum, & deletum, cancellatumque il-
lud uerbum, & ſociorum, reperiretur, dubitareturque,
num fides libro habenda eſſet, ſeu diminueretur, li-
berque uitiaretur, & quia ex rationibus ipſis id collige



55 batur, ✝ & mercator idẽ uerbum eſſe, & addi non recu
ſabat, & aliis rationibus codicem non uitiari, & eiuſdẽ
fidem imminutam nõ eſſe defendit. Denique initium
codicis ad ea quæ ſequuntur, referri placuit. Commu-
nis enim omnis rationis eſt propoſitio dici, & Conſu-
lis. iuxta ſingularem tex. in. l. ſiquis ex argentariis. §. ſi
initium. ff. de eden. & quæ elegãter, & copioſe ſcripſit
Bal. in conſi. ccclxxxij. nume. 14. uolu. v. in quæſtione
milani.
56 ✝ Deinde illud eſt neceſſarium, ut liber rationis le-
gitime confectus dicatur, ex eo computationes probe,
an improbe ſint relatæ explorari poſſit, acceptaque &
relata recte, an non recte, tũc enim computationes re-
cte explorantur, cum acceptum bene latum eſt, & ex-
penſum ſimiliter probe latum, & ( ut uulgo dicimus )
accepta, & data recte poſita eſſe debẽt, ut rationes con
fici, atque conſolidari facile, ac probe posſint, ut colli-
gitur ex eleganti tex. in. l. cum ſeruus. ff. de cõdi. & de-
mon. circa medium, facit, quod ſcripſit Angel. conſil.
cclxxxvij. tutor. & quæ eleganter ſcripſit Bal. referen-
do Nic. mat. in. l. rationes. nu. 1. C. de probat. & Iaſo. in
repe. l. admonendi. nu. 96. ff. de iure. & his addes, quæ
bellisſime ſcripſit Bar. in. l. ij. C. de naui. lib. xj. & quo-
niam confirmat prædicta, & infraſcripta placet referre.
Inquit enim in hæc, ſeu ſimilia uerba, Nota ex hac le-
ge conficiendarum rationum modum ab officialibus
ſeruandum, qui multa recipiũt, & multa ad alios tranſ
57 ferunt. ✝ Debent enim quæ receperunt ſcribere, & qui
dem nominatim a quo receperint, & ex qua cauſa ſu-
pra de exact. tribu. l. apparitores. Item cui dederint no
minatim debent ſcribere. ſupra de ſuſcep. & arc. l. ne-
minem. Item & diem receptarum rerum ſpeciatim in-
ſerere. Si enim prædicta ſpeciatim, & ſingulatim non
ſcripſerint, nõ uidetur reddita ratio. Non enim poteſt
ille cui ratio reddenda eſt, intelligere, nec dignoſcere
ſiquid machinationis in ipſis rationibus ſit admiſſum,
ut dicit tex. in. d. l. neminem. Ratio enim quæ non po
teſt intelligi, non uidetur reddi. l. argentarius. §. edi. ff.

Universidad de Deusto Biblioteca



de eden. & hæc uera exceptis minimis expẽſis, in quibus adminiſtratoris iuramento ſtandum eſt. l. ſcimus. §. in computationem. C. de iure deli. de dona. l. ſiquid pro redemptione. & ff. ſi cui plus quàm per leg. falc. l. diuus. Hæc Bar.

58 ✝ Et illud tertio requiritur propter rationem proxime relatam in codice omnia ſingulariter, & explicite ſcribi, & exprimi, implicite enim rationes eſſe non debent, & ſummas in genere, uel in concreto continere, ut ſcribit Barto. in conſi. cl. in fi. cum prædicta examinarem.

59 ✝ Rurſus & quarto codicem ipſum de more factũ oportet, nec enim perſunctoriis ſcripturis, foliis, ſeu ex cartabulis eſt habenda fides, ſed ipſis codicibus ſolenniter, & proborum mercatorum more cõfectis, in quo loci conſuetudinem ſpectandam puto, quod & uerum eſſe indicant ſcripta a Bal. in conſi. clij. ad euidentiam præmittendum. uol. iij. qui elegãter, & copioſe ſcripſit, & probat Iaſ. in conſ. iiij. uol. iij. do. Io. baptiſta. ubi doctorum complura loca ad confirmationem omnium prædictorum, quibus addes Pet. de ub. in trac. de duo. fra. par. xij. nu. 7. tho. viij. & tex. in. l. ſi ita fuerit. in. §. quæſtio. ff. de manu. teſta. & l. ſi ſtatu libera pœnæ. in §. fi. de ſtatu, in quibus iuribus de uolumine rationum fit mentio, & de codice fit mentio in. l. quædam. in. §. fi. ff. de eden.

60 ✝ Item & quinto requiritur, ut rationes in codice deſcriptæ cauſam contineant, ex qua, ſcilicet, cauſa acceptum latum ſit, & ex qua expenſum latum. Non enim nudæ a cauſa rationes eſſe debent. l. nuda ratio. ff. de dona. Bar. in. d. l. ij. C. de naui. lib. xj. Abb. in. c. ij. nu. 12. de fide inſtru. ubi refert Io. an. in addi. ad Specu. in tit. de inſtr. edi. §. nunc dicẽdum. in additione magna. quia de argentariis, & ſcribit additi. ad Abb. ubi ſupra, qui aliorum loca refert & Iaſ. in repeti. l. admonendi. ſub nu. 96. ff. de iure. Sic enim actus ſui fides, & diligẽtia demonſtratur. l. j. §. officio. ff. de tutel. & rat. diſtra. Idque uſque adeo placuit rationes, ſcilicet, cauſam con



tinere oportere, ut incerta, uel obſcura cauſa non ſufficiat. Comparantur enim hæc, uel cauſam non adiicere, uel talem adiicere, quæ intelligi recte nequit, ita ex facto conſultus reſpondit Alex. in conſi. clxxij. lectis. uol. ij. nu. 6. citat Bar. in. l. quicquid aſtringendæ, col. j. ff. de uerb. obli. glo. in. l. ij. in. §. circa. ff. de doli exce. & Bal. in. l. generaliter. in. iiij. q. C. de non nu. pecu. dicentem, cauſam aptam, potentem, & cohærentem eſſe oportere, quibus addes, quæ ſcripſit Io. de ami. conſil. cxxix. oritur. planè Bald. noſter in rub. C. de fide inſt. ſub nu. 33. argute inquit coniecturalem cauſam probare, ad confirmationemque ſcripturæ ſufficere, ut contra ſcribentem probet. Vbi aliàs ueram cauſam probare oporteret ſi ſcriptura non eſſet, refert, & probat addi. ad Abb. ubi ſupra in. c. ij. de fide inſt. & Iaſ. in repe. l. admonendi. ſub nume. 96. non ſemel relatus, & Feli. quem uideas in. c. ij. nu. 29. de fide inſtru.

61 ✝ Item & ſexto neceſſarium eſt in codice mercatorum rationes ſub certo die eſſe conſcriptas, & plerique conſulem adiiciunt, & hodie Pontificis, ſeu Imperatoris nomen, ut ſcribit Bald. in rub. de fi. inſtru. nu. 30. & ſeq. numeris, & ratio huius rei illa redditur, quia ſine certo die rationes implicite reddũtur, et explorari nõ poſſunt ex mente Iuriſconſulti in citata. l. cum ſeruus. Et quòd continere deberet diem, et conſulem expreſſim notauit Io. an. in loco ubi ſupra. Idque exemplo rationum argentarij, cum ſit eadem ratio, licet parem effectum non habeant. l. i. in. §. rationes. ff. de eden. ubi Ang. idem probat, & late ſcribit Mar. ſing. ccccxxix. ſubdens ex mẽte Io. an. et aliorũ ut pro mercatore probet, Nam ſine die, & conſule contra ſcribentem probat, quod ad cælum id ultimum ferens alios referendo notauit prius Iaſ. in. d. repetitione. l. Admonendi. ſub relato numero. 96. & uide Alex. in con. clxxxij. lectis. lib. ij. & conſidera.

Denique codex, ipſeque rationes bonam fidem cõtineant non repugnantia, aut non ueriſimilia, ſolertiam, ac diligentiam indicent, quam natura actus re-

Universidad de Deusto
Biblioteca



quirit,ut eleganter citatus Ias.ſcripſit in cõ.iiij.vol.iij.
quod ãt diximus uerisſimilia continere debere magni
refert;tunc enim accedente iuramento , & difficultate
probationis,pro ipſo mercatore probaret ut Guig. Bal.
Alex.ſenſere in.l.i.in.fi.C.de eden.& probat Ias.in re
pe.l. Admonendi ſub nu.102.prope ſequentem nume
rum & Dec.qui aliorum loca refert in conſi. cccccxcvj
ſub nu.9.& adde quæ elegãter ſcripſit Gui.pa. in.dec.
par.q.ccccxlj.docet enim practicam , quo ue modo,
& qui articuli ſint inſtituendi.Quæ comprobari poſsũt
ex his,quæ paſsim de re uerisſimili, uel non uerisſimili
leguntur,de quibus ſcripſit Ias.in conſi. clx.vol . 4.&
Mar.late in pleriſque locis repetijt ( vt aſſolet ) & præ-
cipue in conſi.lxxxiij.nu.9.et ſeq.& conſi.cix.nu.20.
& ſeq.& ſing.cccxliii.& in aliis pleriſque locis ab eo ibi
63 dem relatis. ✝ careat et codex noſtri mercatoris can-
cellationibus,inductionibus , ac ſuperinductionibus,
& omni denique ſuſpitione,ſecundum ea quæ elegan
ter ſcripſit Bal.in conſi.ccclxxxij. in.q. Milani nu.14.
& ſeq.vol.v.& facit.l.i.ff.de his quæ in teſt . delen.l.ſi
unus.C.de teſt.l.fina.de ædic.diui.l.j.in.§.qui rationi
bus.ff.de fal.& quæ leguntur, & notantur in.c.inter di
lectos.de fi.inſtru.quod caput legito ad detegẽdas ma
lorum mercatorum falſitates,& his addes Pau.ca.con-
ſi.cccxiiij.omiſſo primo.in.ij.parte.ubi defendit indu-
ctionem in inſcriptione factã, & de retractatione qua-
rundam rationum meminit,de quo nos ſupra mentio
nem fecimus.Scripſit etiam Bald.noſter in conſil.ccc-
64 xlviij.factæ fuerũt.nu 4.uol.i. ✝ in uerba infraſcripta
ſtabiles,& firmæ debẽt eſſe ſcripturæ mercatorum,ad
quorum fidẽ frequentisſime decurritur,ut.ff.de eden.
l.quædam.§.nũmularios.iuxta illud uulgare dictum,
quod ſcripſi,ſcripſi.Quia ſcriptura mercatorũ, & cam-
pſorum habetur pro ſententia,& ( ut ita dixerim ) ſua
fide trãſit in rem iudicatam,ideſt,in ſoliditatem firmi-
tatis,& irreuocabilitatis,ut in aut. de fideiuſ.§.argenta
riorum. Licet modernis tẽporibus aliqui mercatores,
& aliqui campſores committant enormia,ſed maſſa eo



rum eſt ſumum bonum,& quintum elementum. Ha-
ctenus Bal.quem libuit admonendi mercatoris noſtri
gratia ad uerbum referre .
65 ✝ Nihil autem refert codicẽ mercatoris ab ipſo mer
catore, uel alio ſcriptum eſſe , ſecundum Abb.in.c.ij.
num.12.de fi.Inſt.qui refert Io. And. in citata additio-
ne idem ſenſiſſe , & moribus introductum eſſe , ut ab
aliis codices ſcribantur idem Abb. teſtatur . Ille enim
uidetur ſcribere,cuius nomine ſcribitur.ff.de reg.iu.l.
qui per alium,& inquit Bal.in rub.de fi.inſt.ſub num.
33.uerſi.ſed hic quæro. Quicquid in libro mercatoris
penes ſe exiſtentem ſcriptum legitur,id omne eius cõ-
ſenſu,& uoluntate cõſcriptũ præſumi,niſi contrarium
probetur citat.l.cenſus.ff.de proba. & in arg. aut.ad
hæc.C.de fi.inſt.l.fi.C.arb.tut.de arb.l.ne in arbitris,
cuius ſententiam probat Dec.in.c.tertio loco num.2.
extra de prob.& idem ſentit Alex. in conſi.ccxlv.pon-
deratis his uol.vj.num.2.qui eleganter tractat , & idẽ
probat Pau.Par.in conſi.xlvij.nu.4.uol.j. adde Ber.
in trac.de Gabb.in uerſic.quarto principaliter num.6.
teſtes etiã notari in codice,& rationibus ſimiliter non
eſt neceſſariũ,ut Io. And. Abb.ac alii relati ſcripſere .
Et quoniam plerunque mercatores rationem redde
re tenentur,placet adnotare , quod eleganter ait Bal.
66 in.l.cum teſtamento.C.de teſta.manu. ✝ Eum qui ra-
tiones reddere tenetur, quatuor implere oportere , li-
bros rationum,ſeu codicem legitime,& de more con-
fectum edere , calculum ponere , reliqua reddere , &
purgare moram ſolutione eius , quod debetur,& pro-
bat Iaſ.in conſi.iiij. & in conſi.xiiij.col.iij.uolu.iij.&
conſi.c.nu.4.uol.iiij.ff.de cond.& demon.l.cum ſer-
uus.ff.de fide.lib.l.ſi pure.§.fi.&.l.ſi pater.§.ſi ſticho,
quæ iura citauit Bal.ubi ſupra & his addes, quod bel-
lisſime ſcripſit Cor.Per.in conſi. cccxix. circa primum
conſultationis quæſitum.uol.iij.qui & Bal. refert , &
non improbat,& ad ipſum defendendi gratia mercato
rem,qui rationes reddere tenetur ſemper confugito,&
uide Bal.elegans conſilium.clij.uol.iij.

Universidad de Deusto
Biblioteca



67 Solent etiam iudices,ſeu mercatorum conſules cu
rare,ut partes ipſæ calculatores eligant ad diſpungen-
das,atque excutiendas rationes, qui iurare debent , &
partes intereſſe debēt, uel citari,ut ſcripſit Bal.in.l.hac
edictali num.4.C. de ſecun. nupt.in.§. his illud citat-
que Bar. in.l. Theopompus.ff. de dote præle. unde
non eſt prætereundum,quod ſingulariter inquit Pau.
caſt.in.l.ſi cui libertas.ff. de condi.;& demonſt. Puta-
uit enim ( motus dicta lege ) huiuſmodi calculatores
✝ qui inter partes dantur notionem habere,& ex ſim-
plici datione uidendi rationes,& calculandi, poteſtatē
datam cenſeri dicendi ſententiam , & alterum alteri
condemnandi,idque notandum,& memoria tenendū
ſubdit. Prima enim fronte contra reſpōdendum uide-
batur,ſolum uidendi, & referendi facultatem datam .
Ita enim obſeruari uidemus , calculatores relationes
in ſcriptis iudici dare, & iudicem pronuntiare, & cau-
tius eſſet communem ſeruare ſtilum, ſed ſi calculato-
res ſententiam dicerent defendi poſſet dicta lege, hæc
Pau.in uerba ſupra dicta ſeu ſimilia. Et his addes, quæ
Alex. ſcripſit in conſil.xxi. conſideratis his num.8.uſ-
que in fi.uol.vij. Ait enim calculatores ad conficien-
das, & diſpungendas rationes conſenſu partium ele-
ctos arbitratores dici , ſeu cenſeri , quemadmodum in
menſore,& ſimilibus dicimus.l.fi.ubi Bar.ff.ſi menſor
fal.mo.dix.& citat Bar.in.l.inſtar.C. de iure fiſ.lib.x.
& quędam alia,non tamen nec.l.ſi cui libertas,nec re-
latum ibidem Pau.

Corn. cons. 43 circa fine col. 2 in p.° ... cons. 49. n. 5. & 6. vol. p.°

Denique in reddenda ratione illud adnotandum
eſt,cum ex conſuetudine mercatores codicem rationū
ſoleant conficere , ut ſcribunt iuris interpretes tā an-
68 tiqui,quàm recentiores in.l.j,C.de eden. ✝ Si in red-
denda ratione negarent librū confeciſſe , credendum
non eſſet. Id enim propter conſuetudinem mādatum
cenſetur ar.l.uel uniuerſorum.ff.de pig.act.l.fi. in fi.
iuncta glo.C.de fideiuſ. Vnde ſi non edunt codices
rationes occultare præſumuntur,quapropter in actio
nibus bonæ fidei iuratur in litem , arg.de admi.tut.l.



qui reportorium.ſecundum Iac.de Are.in.l.j.in.§.offi
cio. In uerbo edere.ff.de tut.& rat.diſt. Inquit enim à
quolibet adminiſtratore librum edendum.ff.de manu
teſ.l.ſi ita fuerit,alias tenebitur ad id quod intereſt, &
declarandum eſt iuramento in litem,refert, & probat
Pet.de Vbal.in trac.de duobus frat.par.xij.num. 7.&
probatur ex eo,quia dolus eſt omittere id quod ex of
ficio facere aſtringuntur.l.dolus.ff. man.c.cum æter-
ni de re iud. & adde Bal. in conſil. non ſemel relato
clij.uolu.iij.& Dec.in conſil.cx.num.7.& ſeq.& uide
quòd ſcripſerit Iaſ.in conſil.cxj.circa,;uolu.j.Planè ſi
mercator non negaret ſe librum confeciſſe,ſed naufra
gio,uel ruina,uel incendio, uel alia ſimili cauſa perdi-
diſſe,aut in longinquo habere allegaret,dicendum eſt
ſecundum ea,quæ leguntur,& notantur à doctoribus
in.l.quoties.C.de nauf. & in.l. ſi quis ex argentariis
.§.pretor ait.ff.de eden.
69 ✝ Tractare hic ab re non eſſet , num mercatorum co-
dicibus,ſit habenda fides,uerum quia uulgaris eſt ma
teria(ut Alex.inquit in.l.j.in fi.C.de eden.)& a ueteri
bus,& recentioribus in ſexcentis locis tractata conſul
to prætereo. Decreui.n.in hoc tractatu non uulgaria,
ſed addita atque in paucis locis tradita diſſerere,tantū
igitur loca ipſa referre contentus ero, Bal.in rub.de fi-
de inſt. Bar.in.l.nuda.ff.de dona. Abb. Fel.& Dec.co
pioſe in .c ij.extra de fide inſt.;& omniū latisſime Iaſ.
in rep.l.Admonendi:qui meo iudicio ,& clarius,& me-
liori diſpoſitione tractauit,quàm alius, quem legerim,
& ibidem uide Fran. cur.& Io.Bap.ſeue. qui nonnul-
las quæſtiones à Iaſone prætermiſſas tractauit. Lanf.
in.c.quoniam contra . in uer.inſtrumentorum produ-
ctiones. Alex.in conſil.clxxxvj.uol.ij.ubi inter ipſos
ſocios diſputat,an credatur Io.Fer. in eius prac.in tit.
forma opponendi contra inſtrumenta in glo.quod ne
gatur Bert.in trac.de Gabb.in uerſi.quarto principali-
ter uidendum eſt quomodo agant num.5. & ſeq. Alb.
Bru.in ter.uol.de conſti.& Dec. in uerbo probatio in
uerſi.liber,& in uerbo ſcriptura,doct.in.l. quędam in

Universidad de Deusto Biblioteca



.§.nummularios.ff.de eden.& in.l.prætor ait.in.§.co
gentur.eo.tit.Iaſ.in conſi.ciij.uol.j.& conſi.iiij.uol.
iij.& Mar.ſing.cccexxix.& ſing.cccclviij.liber.& ſi te
ſtator de re quapiam libris rationũ fidem haberi diſpo
ſuerit uide And. Tiraq. in com. de utroque rel.§.iiij.
gl.j.num.9.& ſeq. numeris & in materia uidebis Dec.
in conſi.xl.num.3.ubi de lege municipali quę iubet li-
bris mercatorum fidem haberi & conſilio.cccccxcvi.
num.9. ubi de codice ueriſimilia continente Gram.in
conſil.xxxv.numero.27.ubi limitat legem municipa-
lem de qua proxime & Alciatus pauca. in tractatu de
præſump.in reg.iij.præſump.ix.num.29.& legẽ præ-
dictam municipalem temperat idem Dec.in.c.j.num.
34.& ſeq.de prob.et in.c. ſicut eo.tit. num.x. Roc.de
cur.in rep.c.fi.de conſu.num.106.et de libro rationũ
ueriſimilia continente Aym.Crau.conſil.lxxiij. num.
41.et idem Aymon quando ſunt ueriſimilia et proban
tur aliquæ ex rationibus ueræ eleganter ſcribit conſi.
clviij.num.7.8.et ſeq.et conſil.cxcviij.num.6.et ſcri-
bit Pau.Par.conſil.xc.num.6. et ſeq.uolu.j.et conſil.
xxxvij.eo.uolu.ubi de connexis et ſeparatis rationi-
bus,et num in parte probari,et in parte reprobari poſ-
ſint de conſuetudine, ut libris mercatorum credatur
addes Cor.in con.cccxix.num.11.et ſeq.uol.iij.et ui-
de etiam Gui.Pap.dec.par.q.cccexlj.pro declaratione
et Nic.Boc.dec.cv.

70 ✝ An autem mercatores codicem rationum edere
teneantur, magis frequenti Doctorum ſententia tene-
ri receptum eſt ſecundum tamen ea quæ latiſſime do
ctores ſcribunt in l.j.C.de eden. ubi etiam uide pur-
pu.ſub num.14.et ſeq.et Fel.in.c.j.de prob.ubi latiſſi
me omnium Dec. Adde doct.in.l.ſiquis ex argentariis
in.§.rationes.ff.de eden.ubi Bal.elegantem quæſtio-
nem ſcribit, et ex relatis locis liquet num argentario-
rum,uel nummulariorum loco mercatores noſtri ha
beantur ad quorum fidem frequentiſſime decurreba-
tur et ſpeciatim tractat Bal.in rub.de fide inſt. nume.
31.et ſeq. numeris et in rub.de conſti.pec.num. 14.



Conſueuerunt mercatores habere ſigna quibus in
ſubſignandis mercibus, ſarcinulis, et literis utuntur,
idque ad eorum ſtatum ualde pertinet.unde complu
res quæſtiones quottidianas,et utiles nec quidem uul
71 gates hic inſeremus: ✝ Sciendum eſt igitur primum
merces ſeu ſarcinulas illorũ mercatorum eſſe pręſumi
quorũ ſignis ſunt ſubſignate ut inquit Bal.in aut.dos
data.C. de dona.an.nup. quẽ refert,et probat Dec.in
c.cauſam matrimonii num.3.extra de prob.dicens ſar
cinulas ex ſignis iudicari, quibus addes Petr.de ubal.
in trac.de duobus frat.par.xj.num.72.Tho.viij.Matt.
de Aff.dec.xxiij.capellani num.3.qui pluribus id cõ
probat.Nic.Boc.dec.cv.et uidetur nume.9. et Iaſ. in
con.clxx.col iiij.uol.ij.Nomine Magnifici eleganter
inquit ex uexillis ſeu inſignibus illuſtris domus medi-
72 corum ſeu Reip. ✝ Florentinæ in quadam naui appo-
ſitis ſeu erectis nauim illorum eſſe præſumi argumen
to eius quod de ſubſignatis ſarcinulis diximus, & eſt
in ore omni populo ex ſignis ſarcinulas cognoſci ut
ait Phil. franc.in. c.ſi iudex.§.idem extra de ſenten.
excom.lib.ij.ſignum enim oſtendit ſignatum.l. ſtig-
mata de Fabri ubi Bart. ſcripſit uſu introductum eſſe
ut equi & quædam alia animalia certis ſignis ſignen-
73 tur quibus agnoſcantur, ✝ Et equus illius eſſe præſu-
mitur cuius eſt ſignum, & his addes Reſt.caſt.in trac.
de Imperatore.q.lxxxix.Tho.v.& quod Aug.ait in li.
ij.de doctrina chriſtiana, ſcribit enim in hæc uerba.
ſignum eſt res præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus,
aliud aliquid faciens ex ſe in cognitionem uenire: &
eſt relatum in c.ſignum de conſe.diſtin.ij.& ex ſignis
& ueſtimentis perſonæ qualitas dignoſcitur.l.ſpecio-
ſas.ff.de uer.ſign.l.apud labeonem.§.ſiquis uirginem
.ff.de iniu.C.de aquæduc.l.pe.§.pe.lib.xj.&.c. ſi iu-
dex ſupra relato & ſcribit Dec. conſi.cxxv. num.6.&
Mar.conſi.xcvij.num.9.unde Bal.in.l. in directis.C.
de teſta.ma. & in pleriſque locis dicere conſueuerat
ſtigmata militem, habitum clericum, ſtolam ſacerdo-
74 tem, ✝ Et cuculam monachum oſtendere, & refert

Universidad de Deusto Biblioteca



75 Deç.in cit.c.cum cauſam. † Quéadmodũ enim nomi-
na ut homines ac res demonſtrentur & agnoſcantur
inuenta ſunt.l.ad recognoſcendos.C. de inge. & ma-
nu. Et eleganter iuriſconſultus inquit in.l. labeo.ff.
de ſupp.leg.in illis uerbis quorſum ſunt nomina in-
quit niſi ut demonſtrentur.ita & ſigna ad indicandum
res ſunt inuenta ut in dictis legibus & facit cap.in non
nullis extra de iud. & lex . Sanctum de rerum diui:
76 † Vnde Gell.Noc.att.lib. vij.c.iiij. de pileatis ſeruis
ſcripſit in hæc uerba: pileatos ſeruos uænum ſolitos
ire quorum nomine uenditor nihil præſtaret. Cælius
ſabinus iuriſperitus ſcriptum reliquit,cuius rei cauſam
eſſe ait quòd eiuſmodi cõditionis mancipia inſignia eſ
ſe in uendundo deberent , ut emptores errare & capi
non poſſent, neque lex uendundi operienda eſſet ſed
oculis iam perciperent quod nam eſſet mancipiorum
genus,ſicuti inquit antiquitus mancipia iure belli ca-
pta coronis induta uænibant , & idcirco dicebantur
ſub coronis uænire: Nam ut ea corona ſignum erat ca
ptiuorum uænalium, ita pileus impoſitus demonſtra-
bat eiuſmodi ſeruos uenundari,quorum nomine em-
ptori uenditor nihil præſtaret,hactenus Gell.quem re
fert & probat Bud.in annotationibus in pãdectas pag.
xxxv.uerum & Gellii & Budei ſententiæ ualde aduer-
ſatur.l.uni.§.Sed & qui domini.C.de lati. lib.tol. ubi
expreſſim colligitur pileum indultæ libertatis ſignum
fuiſſe.Et eſt relatum apud Quintilianum in gladiatore
de Terentio in hæc uerba:Terentium quem inter cæ
teros captiuos ſecũdo bello punico Scipio Affricanus
uinculis exoluerat , memoriæ tradidere maiores inſi-
gne receptæ libertatis pileo teſtantem in triumpho du
cis eſſe conſpectum, & apud oroſium. iiij.ad Auguſti-
num ſcriptum eſt Scipio triumphans ingreſſus quem
Terentius qui poſtea comicus ex nobilium carthagi-
nenſium captiuis pileatus, quod ſignum indultę liber
tatis fuit , triumphantem poſt currum ſecutus eſt , &
his addes Luc.de pen.in.l.murileguli num.5.de muri-
leg.lib.xj.& Par.put.in trac.de ſindi. in uerbo nun-



cius tho.decimoquarto quibus autoritatibus & Gellii
77 & Budei ſententia peruerti uidebatur. † Nõ me latet
etiam pileum ſacerdotalis dignitatis ſignum fuiſſe.c.
cleros. uerſicu. Sacerdotes xxj.diſtin. capitis uerba
ſunt hæc.ſacerdotes autem gentilium flamines dice-
bantur hi in capite habebant pileum in quo erat breu-
is uirga deſuper habens lanæ aliquid quod cum pro
pter æſtum ferre non poſſent filum tantum in capite
religare cœperunt , nam nudis eos penitus capitibus
incedere nephas erat,unde et à filo quo utebantur fla
mines dicti ſunt quaſi filamines uerum i feſtis diebus
filo depoſito, pileum imponebant pro ſacerdotii
eminentia .
78 † Incurrit hic illa inſpectio,finge mercatorem aduer
ſus alium conſequendi gratia ſarcinulas quaſdam egiſ
ſe,& tantum probaſſe ſarcinulas, de quibus erat con-
trouerſia ſuo ſigno ſignatas, num ſecundum actorem
dicenda ſit ſententia,dicet aliquis controuerſiam hanc
ex relatis autoritatibus,& locis ſolutam,quod uerum
non eſt.Nam Bal.& alii ſupra citati utuntur iſto dicen
di genere pręſumi merces illius eſſe,cuius eſt ſignum,
mercesque ex ſignis indicari,ſeu agnoſci. Non tamen
inquiunt ex his ſignis plenam probationem induci.Ve
rum relata eſt a Luca pen. ſimilis quæſtio in.l.ſtigma-
ta.C.de fabricen.ſub nu.8.ſcribit enim in hæc uerba.
79 † Nota hic argumẽtum ſiquis agit pro boue,uel equo
mercato merco gregis ſui,ſeu armẽti, licet non probet
dominium eiuſdem bouis, uel equi ſuum eſſe , ſufficit
tamen probare,quòd illo ſuo merco mercatus ſic repe
ritur.arg.C. de aquæduc.l.pe.§.pe.ff.de ſer.fug.l.j.in
fi.& arg.ff.de peri.& commo.rei uen.l.quòd ſi neque.
& uidetur expreſſum ſecundum Luc. de pen. de ſent.
excom.c.ſi iudex.lib.vj.& omiſſis aliis iuribus ſubdit
prædicta uera ſi probetur impoſitio merchi.C. de bo-
nis uac.lib.x.& d.l.quòd ſi neque.&.C.de reb.alie.nõ
alie.l.diſtrahente.Item uera ſubiicit quo ad poſſeſſio-
80 nem,& dominium. † Comprobat,quia dicta de cauſa
prohibetur quis rebus propriis alienum ſignum impri-

Universidad de Deusto
Biblioteca



mere, & ſiquis impreſſerit rem ipſam perdit, citat non-
nulla iura ad confirmationem prædictorum, & addes
Pari. put. iu trac. de ſindic. in uerbo nuncius. tho. deci-
moquarto. Ego uero in hac quæſtione fateor me Iuriſ
cõſultiſſimi Celſi uerbo uſum ſubſiſto, de quo in. l. ſi
me & titium. ff. ſi cert. peta. & in. l. ſeruum quoque. de
procu. Me enim Lucæ pen. autoritas mouit, puto tamẽ
diuerſam, ac contrariam ſententiam probabiliorem.
Primum quia relatæ autoritates paulo ante eius ſentẽ
tiæ, meo quidem iudicio aduerſantur, tantum enim ex
ſigno præſumptionem induci probant. Et text. itidem
in. c. ſi iudex. de ſent. excõ. in. vj. ubi dixit eſſe caſum,
patet ex illis uerbis. Iuſtum eſt enim, ut ipſe talis quẽ
geſtat ex habitu (quouſque appareat aliud) pręſuma
tur qualis is eſſe cuius fert habitum comprobatur. Rur
ſus, quia ſi uera eſſet ſentẽtia Lucæ pen. alienas res uẽ
dicandi magna daretur occaſio. Multi enim ſunt mer-
catores, qui ſarcinulas merciũ, & ipſas merces ſuo ſigno
diſtrahũt, quę merces, & ſarcinulę ad manus diuerſorũ
perueniũt eodẽ ſigno ſignatę, unde ĩ lõginquo forſan
loco poſſet aliquis probare merces illas ſuo ſigno ſigna
tas, et ſe ſignaſſe et his probationibus uendicare, et for
tius in equo mercato (ut aiunt) conſiderari poteſt. Frau
dibus autem eſt obuiandum, et malitiis hominum mi
nime indulgendum. l. in fundo. ff. de rei uend. c. ſedes
apoſtolica de reſ. Mar. late ſingul. clxxvij. et ſingul.
cccl xxxviij. et ſcripſit Dec. in conſi. ccc j. num. 7. conſti-
tutionem ſeu diſpoſitionem fraudibus occurrentem
extendendã: Poſtremo uidi ego in patria mea, et audi-
ui nõnũquã mercatores diuerſis de cauſis merces pro
prias alienis ſignis ſignari procurare, et rogare nũc hos
nunc illos mercatores ut ex gratia ſignis ſuis non ſuas
merces ſignent, ex qua conſuetudine dubia reddetur
probatio quam legitimã, et plenam ſcripſit Lucas pen.
et iuris eſt explorati dubiam probationem non eſſe
probationem legitimam. l. non hoc. C. unde cog. Bar.
et alii in l. non ſolum in. §. ſed ut probari. ff. de noui
op. nun. et latiſſime ſcribunt doc. in cap. in præſentia





81 extra de prob. ✝ Quæ rationes naturales unũquẽque
ualde mouere debent, et ſi lex deficeret iux. l. in sũma
§. Item uarus. ff. de aqua plu. arc. et ſcripſit Bal. in. l.
ſcire oportet in. §. ſufficit. ff. de excu. tu. & rationabile
dictum inſtar legis mouere debere inquit And. iſer. in
procœ. feud. col. ult. refert Iaſ. in conſil. xc. uol. j. Non
minus. col. j. & latius conſi. xciij. col. ix. co. uolu. circa
primum. Lex enim eſt omne quod ratione conſiſtit
c. conſuetudo. prima diſtinct. unde inquit philoſophus
rationem, uel legem quærere ubi naturaliter ſentimus
nil aliud quam in tellectus infirmitatem eſſe quæ phi-
loſophi ſententia à pleriſque refertur, ſed & Cicero de
ratione belliſſime inquit, quid eſt autem non dicã in
homine, ſed in omni cœlo atque terra ratione diui-
n ius: quæ cum adoleuit atque perfecta eſt nominatur
rite ſapientia. Eſt igitur (quoniam nihil eſt ratione
melius) ea quæ & in Deo, & in homine prima homini
cum deo rationis ſocietas, int er quos autem ratio in-
ter eoſdem etiam recta ratio communis eſt, quæ cum
ſit lex lege quoque conciliati homines cum diis pu-
tandi ſumus, int er quos porro eſt cõmunio legis inter
eos cõmunio iuris eſt. & idem Cicero de igniculis lo-
quens ait. Quibus enim ratio à natura data eſt, iiſdem
etiam recta ratio data eſt, ergo & lex quæ eſt recta ra
tio in iubendo & uetando, ſi lex ius quoque, at omni-
bus ratio, ius igitur datum eſt omnibus: accedit quòd
Luce pen. ſententi a nonprobatur lege. Non enim ob
ſtant. l. ſtigmata de fabri. & lex pe. C. de aquæduc. quia
loquuntur in ſignis publicis, ex quibus magis res de
qua dubitatur dignoſcitur & demonſtratur, Nec pu-
blica ſigna priuatis ſunt comparãda, ut infra dicemus.
Nec moueat etiam. l. quod ſi neque. Congruam enim
ex uerbis legis & doctorum mente dabimus interpre-
tationem in uerſic. Quæritur &c. qui ſequitur, Accedit
quò d contractus emptionis præcedebat, & diſputaba-
tur num ex ſigno tranſlata poſſeſſio intelligeretur: nõ
aduerſatur etiam. l. j. cum. ll. ſeq. ff. de ſer. fug. quinim-
mo contra ſententiam Lucæ pen. induci poſſunt, quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



niam iuriſconſultus ut facilius agnoſci, & percipi fugi-
tiui poſſint non ſolum notas requirit, uerum et alia,
ut iidem legibus probatur, & cum notæ uerbo etiam
cicatrices contineantur ex cicatrice in homine maius
inditium ueritatis habere quàm ex ſigno in rebus ſa-
ni capitis negabit nemo: nec infirmare noſtram ſenten
tiam uidebatur quod adiecit luc. pen. ſuam ſententiã
admittendam ſi merchi immiſſio probaretur, argu. l.
iij. C. de Bon. uacan. nam illa lex ex pluribus nõ pro-
bat, & præcipue quia in ſignis ſeu publicis titulis loqui
tur ſolénitatibus impoſitis. Similiter. l. diſtrahente. C.
de rebus alie. non alie. non probat ut patet ex lectione
legis & commentariis doctorum ibidem. Denique non
moueat quod ait propterea ſancitum eſſe ſignum uel
merchum alienum imponentes à re cadere. Id enim
non eſſe perpetuo uerum demonſtrabimus, quinim-
mo alieno ſigno uti fraude ceſſante et prout in uerſi.
eſt et illud. ſtatim dicemus, non eſt prohibitum ex
quibus infirmari et refelli etiam poſſunt quæ paris de
puteo in relato loco ſcripta reliquit. Vnde ego euiden
tioris intellectus gratia et quæſtionis et propoſitæ ma-
teriæ complures facti ſpecies mecum ipſe conſideraui,
et ſunt hæ.

Si proponatur ſarcinulas, ſeu merces penes aliquem
mercatorem eiuſdem ſigno ſignatas eſſe, uerum eſt ſe-
cundum Bal. et cęteros eiuſdem mercatoris eſſe præ-
ſumi. et ita inter omnes conuenit. et ne incaſſum id
conſtitutum putes, Finge alium mercatorem merces
quas diximus uendicare, et ſe earundem dominũ uni
co teſte probare, num, ſi cætera quæ à iure requirũtur
concurrant, iuramento quod uocant in ſupplemen-
tum, locus erit. et uerius eſt hoc caſu deferri non poſſe
82 † quoniam ubi præſumptio eſt cõtra probantem ceſ-
ſat iuramentum prædictum. ſecundum Bal. in. l. ſi. ff.
quod met. cau. in prima lec. et ſcribit Iaſon copioſe
alios referendo in repet. l. admonendi nume. 252. ff. de
iure. ubi huius præſumptionis alia percipies commo-
da, et adde mar. ſing. cccclj. decre ui cuius rei illa ratio



redditur quĩa præſumptio ſemiplenam probationẽ eli
dit; Probationes igitur contra mercatorem poſſeſſorẽ
mercium ſuo ſigno ſignatarum euidentiores, et uali-
diores requiruntur propter pręſumptionem prædictã,
et idem ſenſit Abb. motus illo capite in. c. quia ueriſi-
mile de præſump. et addit. ad Alciat. in trac. de præ-
ſump. in iij. par. nume. 3. et hæc quæ diximus uera eſ-
ſe puto, ubi mercator poſſeſſor ex compoſita fraude
non ſignaſſet, et quid ſi decoctor eſſet? merito de fide
huiuſmodi hominis dubitare iudex poſſet arg. tex. no
tabilis in. l. ſiquis ex argentariis in. §. cogentur. ff. de
eden. et ſuo loco de fraudibus decoctorum diſ-
ſeremus.

83 † Itẽ in materia propoſita aliam facti ſpeciẽ conſide
rabam, pone merces penes aliquem mercatorem con-
uentum extare, et eũ qui agit probare ſignatas ſigno
proprio, et reum itidẽ, idque poteſt eſſe uel quia actor,
et reus eodem ſigno uterẽtur, uel quòd ſarcinulæ ſeu
merces duobus ſignis ſignatæ eſſent (ut plerunque ui
demus) actoris ſcilicet et rei, in quo caſu proculdubio
reſpondendum eſt poſſeſſionis meliorem eſſe condi-
tionem. §. cõmodum inſt. de interd. Altera enim præ-
ſumptio alteram elidit. l. diuus. ff. de reſt. in inte. l. non
ſolum. ff. de ritu nup. c. tranſmiſſa. qui filii ſint leg. et
ſcribit Aymon Cra. conſi. viij. num. 9. in prima par. cõ
firmat ex regula nihil tam naturale de reg. iu. et omnis
rẽs per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſſol-
uitur. l. prout quiſque. C. de ſolu. et facit quod ſcripſit
84 Iaſ. in. §. ſed iſte num. 19. inſti. de act. † Publicianam
actionem contra eum qui titulo poſſidet non compe-
tere ſecundum ea quæ leguntur in. l. cum et ſi duo-
bus. ff. de publi. et notarunt ibidem accur. Bar. et alii
cuius rei illam reddit rationem nam quando aliquis
poſſidet titulo, duo habet, titulum et poſſeſſionem;
non ergo mirum eſt ſi excludit agentem publiciana
actione qui ſolum titulum habet uel ſi titulum et poſ
ſeſſionem habeat utriuſque cauſa par eſt, quam ratio
nem ſe collegiſſe ſubdit ex uerbis Bar. in. l. hereditatis

Universidad de Deusto Biblioteca



C.de peti.here.et in.l.pro herede in prin.ff.de peti.
hered.plané in elidenda penitus ab altera parte præ-
ſumptione tali rationem perſonarum habendam eſſe
non negamus,prout exempli loco de decoctore pro-
xime diximus.
85 ✝ Rurſus et aliã,finge actorem probare merces pro
prio ſeu ſuo ſigno ſignatas,item et ſe ſignaſſe,nec quid
aliud docuiſſe, reũ uero titulũ probaſſe uel emptiõe
uel permutatione aut alio modo ſimili ad ſe peruenis-
ſe et hoc caſu abſoluendum reum exiſtimo. Bona e-
nim fides ex titulo præſumitur.l.intra.§.uendentibus
ff.de minor.ubi Bal.notauit et notatur in.§.aliç.inſti.
de actio.& a Baldo in.l.fi.C. de ædic.diui. num.34.&
Bar.in.l.celſus.nu.17.ff.de uſuca. & his addes Nicol.
Boe.dec.xlij.dico quòd glo.nu.36.
Finge & quartum caſum, actoris merces de quibus
eſt controuerſia ſigno ſignatas, & actorem ipſum ſub
86 ſignaſſe,& nil aliud, ✝ Reum uero nihil probaſſe,ad-
huc merces ex his uẽdicari non poſſe a poſſeſſore pu-
to,nõ enim plene actorem probaſſe puto. Licet Luc.
pen. contra ſenſerit, mouent me rationes primo lo-
co relatæ. Cum autem cauſæ mercatorum ex bono,
& æquo tractandæ ſint (ut ſuo loco dicemus) & iu-
dex ubi æquitas mouerit,interrogare poſſit.l.ubicun
que.ff.de inter.acti.c.cum Ioannes.de fi.inſt.ubi late
Abb.ſicu.ſub nu.8.glo.in cle.ſæpe.in uerbo interro-
gabit.ubi Lanf.de uer.ſig.& ſcripſit Mar.ſing.clv.do-
ctrina.& nos in ultima parte tractabimus,poterit dili-
gens iudex,& rei,& actoris conſiderato ſtatu,& quali-
tate,& mercium ualore,diligenter interrogando ueri-
tatẽ rimari. Ex ſubtili enim iudicis inueſtigatione ple-
runque ueritas inuenitur.l.j.ff.de quæſtio. Iuramen-
tum autem deferri in ſupplementum ex his poſſe,uel
non poſſe, an cauſa patiatur, ſcilicet, uel alia obſtent,
uel non obſtent,percipies ex his,quæ late ſcripſit Iaſ.
in.l.admonendi.ff.de iure. & in conſil.xliij. circa pri-
mum.uol.j.& conſi.cxxix. in caſu præſenti.eo.uolu.
Mar.ſing.cclxxiij.notisſimum.& Goz.in conſi.xj.Ay-



mo conſi.cxcviij.& conſi.lxxiij.ubi diſputat,num iu
dæo cõtra chriſtianum deferri poſſit? Illud credo pro
bationem hanc ſemiplenam potius excedere, uel ſal-
tem ex his ſemiplenam probationem fieri. Sed quoniã
quæ argumenta ad quem modũ probandæ cuiusque
rei ſufficiant,nullo certo modo ſatis diffiniri poteſt,ut
inquit Iuriſcon.in.l.iij.in.§.eiuſdem quoque.ff.de te
ſti.iudex ipſe ex negocij,teſtium,& perſonarum qua-
litate deſpiciet.
Et in eadẽ materia quintam facti ſpetiẽ ſubijcio,ubi
res nota publica reperiũtur illas ex ipſa publica nota,
ſeu ſigno agnoſci,et euidentisſime demõſtrari.l.pe.C.
de aquæduc.lib.x.et.l.ſtigmata.de fabric. et probant
alia iura relata ab eodem Luc.pen. et confirmare po-
teris ex his quæ ſcripſit Bal.in.l.i.C.quæ res uen. non
poſ.ſigna publica propria autoritate ſumere et eis uti
prohibitum eſſe.quod et latius infra demõſtrabimus.
88 ✝ Nouisſime conſiderabam,ſi ex conſuetudine loci
ſignis res demonſtraretur,et plena induceretur proba
tio conſuetudini ſtandum eſſe idque probatur eo non
de ſimili,ſoli ſigillo fidem haberi ex cõſuetudine poſ
ſe.Inquit enim Dominicus in.c. quamuis col.iij. nu.
de procu. in. vi. ſenis homines ruſticos caſtrorũ ſeu
uniuerſitatum ſigilla afferre,et ex ſigillis credi uniuer-
ſitatum ſeu cõmunitatum procuratores eſſe,et probat
Dec.in.c. poſt ceſſionem ſub nu.14.de probat. Item
alio ſimili demonſtratur libris rationum ad fauorem
ſcribentis non creditur.l.exemplo.C.de proba.niſi in
loco conſuetudine introductum eſſet,ut fides habere
tur.Hæc enim conſuetudo pro lege ſeruanda eſt,ut in
quit Ias.in rep.l.admonendi ſub nu.100. conſuetudi-
nem tamen temperandam pluribus modis putarem,
et iuxta ea, quæ ſcripſerunt et Ias.et Dec.in relatis lo
cis et alij complures per nos citati ſuperiori loco dum
diſſeruimus num mercatorum codicibus,eſſet haben-
da fides,et illud tantum referam,conſuetudinem præ
dictam intelligi accedente iudicis conſenſu hoc eſt ſi
iudici uidebitur, qui ex perſonis cauſiſque uarie con-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtituet, et in cognitione cauſæ multa ex his quæ proxi
me diximus, uenient idque referendo Ab. in. c. bonæ
col. ult. de poſtu. præla. probauit Iaſ. ubi ſupra ſub nu.
102. Mar. ſing. ccclviij. liber mercatoris.
Quæritur eleganter quidem, apud Bal. in conſi. ccce
xvi. proponitur. uol. iij. tres mercatores conuenere
ut quilibet quam poſſet croci quantitatem emeret ex-
portandi gratia Venetias uerſus, ſinguli duas ſarcinu-
89 las emere. ✝ vnus ex eis lege ab initio inita quòd lu-
crũ damnũue, ut par eſt, cõmune eſſet, ſarcinulis ſex
nauim onerauit, & cũ Venetias nauigaret à Piratis di-
reptus eſt, reſtitutæ deinde fuerunt quatuor ſocio-
rum ſarcinulæ reliquæ duo aduehentis ammiſſe ſunt
nam amiſſarum ſarcinularum periculum ſeu damnũ
cõmune ſit, & ait ceſſante culpa aſportantis, eiuſdem-
que amiſſarum ſarcinularum domini, referre an ſarci-
nulæ cõmunicatæ ſint an ſcilicet ſocietas in ipſis cro-
ci ſarcinulis coita ſit, uel in commodo ſeu utilitate ex
eis redigendo, & ad rem noſtram ſubdit in ambiguo
ex ſigno communi omnibus ſarcinulis appoſito cro-
cum communicatum uideri, ex adiectione enim ſigni
omnibus cõmunis mutua poſſesſio tradita cenſetur
arg. ff. de peri. & com. rei uen. l. i. §. ſi dolium, hæc Bal.
qui melius citaſſet. l. quod ſi neque in fi. eo. tit. de pe-
90 ri. & com. rei uen. na. §. ſi doliũ cõtra ✝ probare uide-
tur. uerba iuriſconſulti ſunt hæc. ſi dolium ſignatum
ſit ab emptore trebatius ait traditum id uideri, labeo
contra quod & uerum eſt, magis enim ne ſummittere-
tur ſignari ſolere quam, vt traditum uideatur. & in di-
cta. l. quod ſi neque in fi. ait uideri autem trabes tradi-
tas quas auctor ſignaſſet. ubi accur. inquit ſecus eſſe in
uino & alijs ſimilibus uino. l. i. §. ſi dolium, quæ eſt cõ
tra. & animaduertit Bal. ibidem. uerum cui dentioris
interpretationis gratia iurium prædictorum placet re-
ferre quod Saly. ſcripſit in. l. fi. in fi. C. de peri. et com.
rei uend. ſcripſit enim poſt Bal. in rub. eiuſdem tituli
ſub. nu. 11. in hæc ſeu ſimilia uerb. aut ſignum eſt appo
ſitum ante perfectam emptionem et res clara eſt ex ſi-



gno non transferri poſſesſionem emptione uero perfe-
cta ſi emptor ſignauit diſtinguit. aut poteſt præſumi
alia cauſa ſigni appoſiti quam animus tradendi et pro
tradita res ex ſigno non habetur. l. i. §. ſi dolium ſupra
citata. Conſideratur enim alia ratio in illo. §. ut Iuriſ-
cõſultus innuit, ne in uegete aliquid immittatur, quod
notauit etiam Iaſ. in. l. quoties. in uer. ſexto principali-
ter limita. nu. 18. C. de rei uend. et probat Nicol. boer.
deci. cv. nu. 10. Aut alia præſumptio quàm animus tra-
dendi ſumi non poteſt, et hoc caſu ex ſigno inducitur
traditio, et in primo caſu exemplum habes ab ipſo Iu
riſcõſulto in uegete uini cum ratione, et idem iuris in
ſimilibus uino, ut Accur. et plerique alii probarunt. In
ſecũdo uero finge in arboribus, trabibus, et ſuibus. In
quibus ratio Iuriſcõſulti, quòd ſignati fuerint ne ſum-
mitteretur, non æque conſiderari poteſt ex ſententia
Bal. et aliorum. Vnde ſi tibi decem arbores in nemore
meo uendidi, et tu ſecuri ſignaſti eas ſignum huiuſmo
di uim traditionis habet, et idem ſi uendidi ſues, ſeu
porcos de grege meo, et ſignaſti, ut uidear tradidiſſe,
ſubdit Sali. id intelligendum ſi coram me, uel procura
tore meo feceris non aliter argumento. l. hæc ſi res. ff.
de rei uen. cuius rei illam rationem reddit quoniam
traditio ſignificationem recipit ab eo qui debet trade-
re, non autem ab eo qui recipit, et quando uenditor
non eſt præſens potius emptor uidetur ſignare, ut res
agnoſcatur et ne circumueniatur quam alia cauſa ex
quibus uerbis Salyc. habes elegantem declarationem
ad dicta iura, et infero merito ad. q. Baldi propoſitam
ut mutua traditio ex cõmuni ſigno facta uideatur om
nibus ſarcinulis adiecto, ſi coram ipſis appoſitũ eſſet,
ſeu procuratoribus eorundem. Addes etiam prædictis
tex. in. l. j. §. ſed ſi non ſint. ff. de peric. & com. rei uen.
ubi Accurſi. in uerbo ſignata, ait, ut aliud uinum non
ſummittatur ad modum, ſcilicet, ſigilli, ut infra eo. §.
ſi dolium. Confirmare etiam prædicta poſſes ex his,
quę ſcripſit Soci. in conſi. lv. uiſo inſtrumento. lib. iiij.
prob at enim nauis uenditæ poſſesſionẽ traditam cen

Universidad de Deusto
Biblioteca



feri ex eo quòd ſciente, & patiente uenditore emptor
inſignia ſua in naui apposuerit, ſeu apendi fecerit, ci-
tat tantum.l.quod ſi neque, nec aliter de prædictis me
minit. Denique & illud placet adnotare in facto pro-
poſito a Baldo pactum illud in conuẽtione adiectum
omne lucrum, & damnum, quod in croco contingeret
commune eſſet propoſitas a Baldo hæſitationes for-
ſan remouere.

91 ✝ Conſueuerunt etiam mercatores ne diuerſarum
negociationum fiat confuſio, & mixtura, & ut ex diuer
ſis adminiſtrationibus nõ oriatur incertitudo ubi for-
te ſocietatem coiuerunt formam contrahendi inſcribe
re, ſeu titulum ſocietatis adiicere, uerbi gratia, Societas
Bartholomæi Thomaſij, Ioannis Franciſci Tudini, &
ſociorum, certoque ſigno ex cõſenſu omnium facto
uti, & in libris notare, quod ſignum ad diſcernendum,
ac indicandum, incertitudinem remouendum, & in-
ſpiciendum, an nomine ſocietatis ſit contractum ual-
de prodeſt, ut ſcripſit Pet. de anca. in conſil.cccxxxij.
pro clariore deciſione.col.iij.

Eſt & illud in materia ſigni inquiſitione dignum ua
rie quidem homines ſignant, & uariis utuntur ſignis.
92 l.ad teſtium.§.ſigna.ff.de teſta. ✝ An autem mercator
alterius mercatoris ſigno uti poſſit? & Bald. in.l.j.C.
quæ res uen.non poſ. In propoſito iuris articulo ſcri-
pſit in uerba ferè infraſcripta. Quidam mercatores, qui
ſunt integræ famæ, inculpatæ uitæ, & ſummæ autori-
tatis, ſeu magni nominis habẽt ſigna ſua, quibus in ne
gociationibus utũtur, ut fabri in ſuis operibus, uel no
tarii in ſuis inſtrumentis, ſeu principes, & comites in
ſuis monetis, uel uexillis, ſunt & alii, qui ſimilibus ſi-
gnis uti incipiunt, quæritur num licite, & iure permit-
93 tente poſſint, ✝ & ait, quædam eſſe ſigna publica au-
toritate conſtituta ſignificandę, ſeu demonſtrandæ ali
cuius ſingularitatis gratia, ueluti inſignia proconſula-
ria, ut in.l.j.ff.de offic.procon. Item ſigna militum de
quibus in.l.milites.C.loca.& habitus religioſorum, &
epiſcoporum, & hæc propria autoritate ſumere, & his



uti non licere: idque probatur in.d.l.j.ſecundum eun
dem Bal.& uaria exẽpla ipſe colliges ex legibus a no-
bis paulo ante relatis. Hoc amplius cautum eſt non li
cere priuatis ſub titulis, & nomine diuerſorum res a pu
blica neceſſitate ſubtrahere.l.j.C.de naui.non excu.
pœnaque amiſſionis rei in admittentes talia imminet,
quam legem, licet loquatur in his, qui excuſant naues,
ſub titulis diuerſorum nauigantes, Bar.tamen ibidem
generaliter interpretatur. Subdit Bald. ſi uero ſunt ſi-
gna, quæ aliquis ſibi ex ſui animi ſentẽtia ſumit, & pu-
tat ea eſſe ſimilia nominibus, & prænominibus homi-
94 num, & rerum: ✝ ſicut enim in initio nominis, cogno-
minis, prænominis, recognoſcendi ſingulos impoſitio
libera eſt priuatis, ita eorum mutatio fraude ceſſante,
& ſiquis in fraudẽ fecerit, incidit in falſum, & pari mo-
do ſigna huiuſmodi accipere, & mutare unuſquiſque
ſine fraude poteſt, & ubi fraus admiſſa eſt, falſum com
mittitur. C.de mutat. nomi.l. uni. & C. de fal.l.falſi.in
prin. hactenus Bal. ex cuius uerbis, Priuatis priuatorũ
uti ſignis regulariter permiſſum eſſe colligimus: & ad-
des eundem Bald. in.q.ſua accuſatus {de ui turbatiua.
& Bar. qui eleganter diſputauit in trac. de inſig. & arm.
num.5.& ſeq.& ad regulam a nobis propoſitam legito
Abb. qui poſt Anto. copioſe ſcripſit in.c. dilecta.nu.3.
& ſeq. de exceſ. præla. Alex. in.l.ſi unus.C.de teſta.nu.
4.& ſeq.& in.l.j.C.ut nemo priua.ubi licet, inquit, ne-
mini liceat ſine iudicis autoritate ſigna rebus impone-
re, quas alius tenet, ut in tit.ut nemini liceat. poteſt ta-
men quis rebus ſuis, uel a ſe poſſeſſis ſigna imprime-
re, non tamen uexillum, uel uela, ſecundum Accurſi.
in.l.ij.C.ut nemini lice.cuius ſententia recepta eſt.

Temperanda tamen eſt regula a nobis tradita mul
tis modis, ubi fraude, ſeu dolo malo alienum quis ſi-
gnum imprimeret, ſeu eo uteretur: Idque ex eiuſdem
Bal.ſententia.l.uni.C.de muta.nomi.l.eos.in fi.ff.de
fal.is enim falſum committeret, ſecundum Bald.lex
tamen eos.loquitur in eo, qui cum in dignitate conſti
tutus non ſit dignitatis inſignibus utitur, & legito Feli.

& Deci.in.c.tertio loco.ſub nu.5.extra de probat.ubi
probatur ſignum in fraudem appoſitum non nocere.
l.ij.C.de reb.alie.non alie.

95 ✝Item moderáda eſt ubi primo mercatori fieret in-
iuria, qui forte is, qui uti eodem ſigno cepit, ignominioſe utitur.arg.C.de epiſ.audi.l.minime de exceſ.prela.
c.dilecta, &.C. de iudæ.l.iudæos quoſdam. & ſcribit
Pau.Par.conſi.xxix.bonum ius.nu.8. Finge enim mer
catorem, qui amiſſa fide decoxerit magni, & inculpatę
uitæ alterius ſigno uti uelle, hunc credo iudicis officio
poſſe prohiberi, ex ſigno namque fiducia, & perſonæ
qualitas demonſtratur. Vnde facile quis poſſet in hoc
decipi, ut animaduertit Pet. Vbal.in trac.de duob.fra.
q.xj.nu.7.poſſet etiam lædi maxime ex hoc autorita-
tis, & fidei mercator, & ſua intereſt, Idque tum diſtra-
hendarum mercium gratia, tum fraudum, quæ a deco
ctoribus excogitari ſolent, cōtra quos omnis coniectu
ra creſcit, unde decoctor, ergo fraudator, ædictumque
fraudatorium contra eos factum eſt, ut inquit Bald.in
conſi.ccclxxxij.uol.v.& conſil.cccc.cad.par. & refert
Seue.in tract.de reb.ſuſp.& ſuo loco nos latius dice-
mus, & prædictis adijcies, quæ ſtatim dicemus.

96 ✝Rurſus reſtringenda eſt dicta regula ubi mercato
ris, qui prius ſigno uſus eſſet, intereſſet, & lædi poſſet,
ut proxime diximus, & hoc ex mente Bar.in eo.trac.
C.de his, qui poten.l.uni.&.§.pe.in aut.de man.prin.
& probat Abb.in.d.c.dilecta.ſub nu.4.inquiens, Si ex
periēs artifex, uel probus mercator utitur quibuſdam
ſignis, & alius uult illis met uti, ut homines emēdi cau
ſa concurrant: cum & populus hic decipiatur per iudi
cem prohiberi poterit, et additionarius ad Abb.refert
aliorum loca, et præcipue Anto.but.in.c.ad noſtram.
circa fi.de appel. dicētem aliquem non poſſe uti ſigno
in alterius præiudicium. Addes etiam Petr. Vbal.in.d.
trac.et loco proxime relato, et Albe.in.l.quæro.ff.de
iu.patr. qui quæſtionem diſputatam ait, et relatis hinc
inde argumentationibus, et iuribus idem ſenſiſſe uide
tur, cum ultimo loco ſecūdum ea, quæ ſcripſimus, re-



tulerit.arg.l.ſi idem cum eodem.in.§.fi.iuncta glo.ff.
de iuriſdi.om.iudic.et in.l.qui filium.in.§.ſabinus.ff.
ad ſena.con.trebel. Adiecit etiam Barto. in eod.trac.ſi
publice intereſſet prohibendum a iudice eſſe, et idem
exemplum de fabro ſubiungit, ac chartarum fabrica-
toribus, nec enim permittendum eſt populum lędi, ac
decipi. Nam cum inter artifices longa ſit differentia, an
operis unius, uel alterius opus confectum ſit, experien
tis uiri, ac magiſtri opus ſe emiſſe credens deterioris
emeret.l.inter artifices.ff.de ſolu.et Bar.citat.l.j.C.de
lati.lib.col.et.c.in nōnullis.de iud.et ad rem noſtram
finge in pannis, quos uulgo appellant Cariſeæ de Vin
cecone, ſeu Maffette. Sunt enim quidam mercatores,
qui ſub quodam ſigno pannos prædictos confici cu-
rant, qui panni in precio ſunt, unde ſolent merca-
tores in permutationibus adijcere, ut contrahētes præ
ſtent ex dicto genere pannos permutatos eſſe.

Denique huic rei illud adiiciendum eſt, quod Bart.
etiam in relato loco animaduertit, nō licere quæri, niſi
ex magna cauſa.l.uni.§.ſunt autem qui putant.ff.ne
quid in flu.pub.& iudicem remouendi gratia popula-
res diſſenſiones, ac ſcandalum ex officio poſſe prohi-
bere, & in materia uide et Pau.par.in citato cōſi.xxix.

97 ✝Incurrit hic illa ſuſpectio, finita ſocietate, ſeu diui
ſa apud quem ſocietatis ſignum remaneat, & ſcio Bar.
tractaſſe in trac.de inſig.& arm.ſub nu.11.& multa de
huiuſmodi re ſcripſiſſe Pet.ubald.in relato trac.q.xj.
nu.68. Verum ſine diſpoſitione, & confuſe loquitur.
Vnde ego, ut propoſitæ materiæ, ſeu quæſtionis eui-
dentior habeatur intellectus, complures facti ſpecies
proponendas duxi, & ſunt tales.

98 ✝Si in coeunda ſocietate unius ex ſociis ſignum ac
ceptum eſt propter ſuam forſan fidem, dignitatem, ſeu
famam, ea finita, ſeu diuiſa apud illum ſignum rema-
net cuius erat antequam ſocietas coita eſſet.l.ſi fra-
tres.§.item ſi in communem riuum.&.§.ſiquis ex ſo-
ciis.ff.pro ſoc. æquitas enim ſuadet, quod in ſocietatē
ſocius poſuit, deducat, demum emolumenta diuidan-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur.l.ſi unus.§.ſiquid.ff.pro ſoc.& ſenſit Pet. ubald.in
loco non ſemel relato ſub nu.72.facit.l. ſocietatē me-
cum,cum.ll.ſeq.uſque ad.l.quid enim.eo.tit.
99 ¶Item ſi in coeunda ſocietate communi ſociorum
conſenſu nouum ſignum electum eſt,ea finita,uel di
uiſa, ſi unus ex ſociis in ſocietate primarius erat, &
quaſi magiſter, maiorisque fidei, adeo quôd per eum
quodam modo demonſtraretur ſocietas, ut in ſimili
dicitur in.l. peculium.§.j.ff. de legat.ij. & apud eum
tanquam amplioris honoris uirum remanebit.ff.de fi
de inſtru.l.fin. Si uero amplioris honoris,& fidei non
ſit ſocius,apud eum remanebit,qui maiori ex parte ſo
cius ſit.l.ſi quæ ſunt cautiones.ff.famil.herc. Cæteris
uero paribus, hoc eſt,ſi omnes hisdem ex partibus ſo-
cii ſint ſortiri eos oportere,& ſorte dirimere. Idque ex
ſententia Bar.in.d.tract.ſub nu.12. quæ Bar.ſententia
confirmari poſſet ex his,quæ idem Bart. ſcripſit in.l.ſi
ſeruus communis ita.nu.4.uer. & iſta faciunt ad quæ
ſtionem.ff.de ſtip.ſer.Inquit enim,mercatores conſue
uerunt paſſim in literis,& libris ſcribere, Titius,& ſo-
cii ſocietatis&c. Ille certe Titius nominatus nō cēſetur
in ſcriptura, ex qua obligatio quæritur,ut ſibi magis,
quàm alii acquiratur,ſed ut oſtendatur,ac demonſtre-
tur primarium,& quodam modo caput ſocietatis eſſe,
omnibus igitur proportiōibus ſocietatis acquireretur.
Hæc Bar. Cuius ſententiam ibidem probauit Imol.&
aſſentitur Dec.in conſi.cxxij.col.ij.& pro tenui.Et ex
his magna affertur cognitio intelligendi primarium,&
amplioris honoris ſocium, & ualde notandū arbitror.
Sed,ut ad propoſitam quæſtionem redeam,Pet.ubal.
Bar.ſententiam improbat, & ſubdubitans primo loco
tentat dicere ſignum diſſolui finita, ſeu diuiſa ſocieta-
te tāquam acceſſorium, & deinde ſorte inquit, ex quo
ſignum commodum continet,æquis portionibus diui
dendum,& quoniam eſt indiuiſibile æſtimationem fie
ri ualoris dicti ſigni habita ratione commodi, lucri,fi-
dei,cæterarumque utilitatum, quæ ex dicto ſigno per
cipi poſſunt,idque totū arbitrio boni uiri, & uni ſignū



tribui,aliis uero ipſius æſtimationem.Hæc Petr. latius
ſatis,ſatisque uaganda,qui & iuribus a Barto.citatis re
ſpondet.Mihi autem cogitanti nec Bart.nec Pet.ſen-
tentię aſſentiendum uidebatur,& Bal.opinionem pro
babiliorem,qui in.l.j.nu.3.C.pro ſocio.finita ſocieta-
te,ſeu diuiſa ſignum diſſolui ſenſit,ubi captio eſſe alte
rius poſſit,dum,quod & fortius eſt, inquit, Societate
non integra,ut puta,quia quidam ex ſociis a ſocietate
receſſerint,diſſolui ſignū, niſi omnium ſit conſenſus.
Mouet eum ne falſo antiqua ſocietas agatur,ſeu repræ
ſentetur.l.eos.§.fi.ff. de fal. Cumque renouatio, ſeu
immutatio facta ſit in pactis,& ſubſtantia,fiet etiam in
accidentibus,& ſequentibus ſubſtantiam. arg.ff.loca.
l.cum in plures.§.lege dicta.Mouet etiam me quoniā
ſignum ſocietati accedit, ergo ea finita ſignum etiam
diſſoluitur tanquam acceſſorium,reg.acceſſorium.de
reg.iur.in.vj.&.ff.de regu.iur.l.cum principalis. quæ
enim acceſſionum locum obtinent,extinguūtur,cum
principales res peremptæ fuerint.l.ij.ff.de pecu.leg.&
ad regulam uide Marſi.ſing.xvij.acceſſorium.Deinde
quia ( ut idem Pet.animaduertit ) commoda ex ſigno
uaria proficiſcuntur, ex eo namque & perſonarum, &
mercium qualitates agūtur:unde & rerum,& perſona-
rum bonitate emptores freti libentius emunt, & fre-
quentius,& ad emēdum plures alliciuntur,& inuitan-
tur,nec conuenit,ut populus decipiatur,ſecundum ea
quæ diximus ſupra uer.eſt & aliud.Quare concluden
dum arbitror ubi captio alterius eſſe poſſit,& commo-
dum ex ſigno quæritur,& Bart.& Pet.ſententiam im-
probandam,& ſignum diuiſa,ſeu finita ſocietate extin
gui.Bar.enim opinio relatis rationibus ſubuertitur,&
propter naturam ſocietatis in qua æquitas præcipue
ſpectatur,ſimiliter & Pet.aliis rationibus,& ne,ut Bal.
dicebat,falſa fiat repreſentatio:ubi uero nulla eſſet ca-
ptio, nullumque magnum præiudicium conſiderari
poſſet,& ceſſarent ea,quæ diximus in uer.eſt & aliud.
puto de iure laborandum non eſſe apud quem rema-

neat, cum ubi non intereſt, ubi non eſt læſio, ubi non ſit iniuria, ubi populus non decipitur. ubi denique ceſſat ſcãdalum eodem uer. unumquemque alieno ſigno uti poſſe probauerimus. Si tamen ſocietas firma remaneret, quia forſan unus renunciauerit, ſecundum ea, quæ Iuriſconſultus ait in. l. actione. in. §. diximus. ff. pro ſoc. & ſignum in ſocietate quoad durat tanquam acceſſorium remanſurum puto, idque idem Pet. eod. loco etiam attigit.

Tertiam & illam facti ſpeciem habeto, ſi ponamus in cocunda ſocietate ſignũ a ſociis electum eſſe, idque ex pluribus partibus compoſitum, uerbi gratia, Titius literam, Meuius circulum poſuit, Sempronius Crucẽ, & in hoc ſigno, ut præmittitur, ab ipſis ſociis compoſito, Petrus non ſemel relatus, idem quod in ſimplici electo a ſociis reſpondit, & hanc Petri ſententiam fuiſſe opinor, cum ultimo loco dixerit, Nos autem idem iuris eſſe, & in hac facti ſpecie, quod in præcedenti iiſdẽ rationibus opinamur.

100 ✝ Nouiſſime in materia propoſita hæc adiicienda
ſunt, ſi inter duos mercatores de ſigno contendatur,
illum qui agit lite pendẽte ſigno uti non poſſe, ex ſen-
tentia Bald. in. l. j. C. ut nemi. liceat ſine iudi. auto. ubi
etiam Alex. ſcripſit, & placet Petro ubal. in relato loco
par. xj. ſub nu. 77. quod & ipſe non improbo: & admo
101 neo mercatores ✝ ne contra ſignum ſuum falſum præ
beant teſtimonium, tales enim pœna falſi teneri pronunciatum eſt. l. eos. ff. de falſis. Et in expreſſis caſibus mercatorum conſuetudinem ſpectari oportere non improbamus, & iudicio ipſorum propoſitas controuerſias dirimi laudamus, quæ non ſemel in uariis iuris articulis in tractatu noſtro admiſimus.

Sciendum eſt etiam quoſdam mercatores eſſe (ut plerique iuris interpretes ſenſere) ad domum principis pertinentes, de quibus meminit Imperator in. l. j. & in. l. pen. C. de commer. & merc. quas leges, ſi libet, legito, ex illis enim eorum ſtatum facile percipies, &



quid circa interpretationem earũdem legum nos ſentiamus, cognoſces, ſi ea, quæ in prima parte ſub numero. 63. notauimus, legeris. Et hæc de ſtatu mercatorum, & his, quæ ad eorum ſtatum attinent, attigiſſe ſufficiant.

FINIS SECVNDAE PARTIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

# REPERTORIVM

## RERVM, QVAE IN TERTIA PARTE CONTINENTVR.

1 Cognitis his qui mercaturam facere non poſſunt cognoſcuntur qui poſſunt.
2 Omnes qui merces emere et uendere ſeu permutare non poſſunt et contrahere prohibentur mercaturam facere non poſſunt.
3 Sermones circa uniuerſalia faciliores circa uero particularia et clariores, et ueriores exiſtunt.
4 Clerici mercaturam facere non poſſunt, et declara, ut in ſequentibus numeris.
5 Clericis ex iuſta cauſa licet rem emere ut inde aliquid operentur & rem mutata forma diſtrahant
6 Clericus emens tigna ſeu cementa, ut in domo ſacerdotij edificet, ſi mutato conſilio car ius uenderet non improbatur.
7 Clerici quod ex mercatura ſuperlucrati ſunt pauperibus erogare tenetur et ſi non fecerint an in ſtatu damnationis eſſe cenſeantur.
8 Clerici in his quæ negociationis cauſa deferunt immunitate nõ potiuntur.
9 Clerici negociatores fori priuilegium perdunt quod quomodo procedat declaratur.
10 Leges & canones in unam conſonantiam legitima interpretatione redigendi ſunt.
11 Milites armatæ militie ab exertitio mercaturæ remouentur.
12 Milites negociatores fori priuilegium perdunt & quomodo.
13 Milites inermis militiæ & qui honoris cauſa militant non prohibentur facere mercaturam.
14 Nobiles mercaturam facere non poſſunt.
15 Nobiles mercaturam exercentes amittunt nobilitatem.
16 Palatini proceres palatij & conſiliarij mercaturam facere non poſſunt et quomodo procedat declaratur.
17 Officiales temporales cum ſubditis mercaturam facere prohibentur idque declaratur,
18 Furioſi mercaturam facere non poſſunt.

19 De mentes



19 Dementes, & minores curatorem habentes itidem.
20 Prodigi qui ſententia ſunt declarati tantundem.
21 Mentecapti ſimiliter.
22 Fatui pari modo, & quomodo inter ſe differant prædicti, et probentur tales.
23 Lunatici prædictis comparatur quandiu mens propter lunam ſuum officium non facit.
24 Frenetici mercaturam facere non poſſunt.
25 Minores. V. & XX an. curatorem non habentes in rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt ſine iudice adminiſtrationem liberam non habent, ſecus uero in his, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.
26 Minores. V. & XX. an. in albo mercatorum deſcripti, & approbati reſtitutionem non habent, ſecus ſi induſtrii ſint, non tamen ex publico approbati, idque diſputatur.
27 Legum doctor minor. V. et. XX. an. exceptionem, ſeu aliquid in cauſa propria probare omittens non reſtituitur.
28 Reſtitutio, ut concedatur tam in ciuilibus, quàm criminalibus, quid ponendum, quidue probandum ſit, remiſſiue.
29 Minor. V. et. XX. an. approbatus mercator ſi in ipſa mercatura contraxit, immobiliaque ſine decreto obligauit, an hipotheca teneat, diſputatur.
30 Venia ætatis quomodo concedatur.
31 Veniam ætatis impetrans, et ex publico mercator approbatus, an ſint per omnia ſimiles.
32 Contractus minoris cũ curatore, uel ſine iuramẽto cõfirmatur.
33 Mercator iudicis decreto mercaturã facere prohiberi ex cã põt.
34 Negociationi, ſeu negociationibus pœnæ cauſa interdici poteſt.
35 Decoctores, qui in ipſa mercatura fraudis aliquid admiſerunt mercaturã facere nõ poſſũt, ſecus ſi fortunæ uitio quis decoquat
36 Mercatores poſtquam decoxere, num mercatoris perdunt.
37 Iurans mercaturam ulterius non facere, quòd iuramentum ſeruare non teneatur, ſi aliter uiuere non poſſit.
38 Fœminæ mercaturam facere non prohibentur, argentariam uero uetantur.
39 Seruus, an poſſit mercaturam facere.
40 Filiusfamilias, quòd poſſit eſſe mercator, et de eo multa ad mercaturam pertinentia.

H

Universidad de Deusto Biblioteca

# TERTIA PARS.

## DE HIS, QVI MERCATVRAM EXERCERE NON POSSVNT.

1 NVNC de his qui mercaturã † exerce
re non poſſunt uideamus, facile enim
qui poſſint mercaturam facere intelli-
gemus, ſi ſciuerimus qui non poſſunt
admonet nos Iuriſconſultus in. l. qui
accuſare. ff. de accuſ. & in. l. j. ff. de his
qui ſunt iui vel alie. iu. & inſti. co. §. uideamus, & inſti.
de tut. in prin. & generaliter dicimus ſcđm definitiones
2 a nobis in prima parte traditas, † Omnes qui merces
emere, & uendere ſeu permutare non poſſunt, & con-
trahere prohibentur, mercaturam exercere, ſeu facere
non poſſe. Hac igitur generali regula tradita, ad parti
cularium cognitionem facilius deueniemus, vt inquit
Phil. primo Phyſi. & quidem expedit ad ſingularia de-
3 ſcendere. † Quoniã ſermones circa vniuerſalia facilio
res, circa vero particularia, & clariores & ueriores eſſe
idem probauit Philo. ſecundo ethi. & Iaſon noſter in
conſi. xviij. vol. iij.
4 † Prohibentur itaque clerici mercaturam facere ait
enim diuus Hieronymus negociatorem clericum qua-
ſi quandam peſtem fuge. c. negociatorem. c. fornicari.
lxxxviij. diſtin. canonum enim ſtatutis firmatum eſt,
vt quicunque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, &
vendendi charius ſtudio non utatur; quod ſi exerce-
re uoluerit cohibeatur à clero. c. canonum. xiiij. q. iiij.
addes. c. ij. ea. cau. & q. & c. j. ne clerici uel mona. ubi
Abb. ſub nu. 6. & nu. x. cle. j. de uita & hone. cler. Ber.
in trac. de Gabb. in prin. iij. par. Phili. franc. in. c. quan-
quam in fi. de cen. lib. vj. Car. in cle. j. de uita & honeſ.
cleri. Nam clericis res emere, ut eas in ſua forma inte-
gras uendãt prohibitum eſt, quando difficile eſt in hu-
iuſmodi negociationibus non interuenire peccatum.



c. qualitas de peni. diſ. v. quod non ſemel probauimus
5 † ex iuſta tamẽ cauſa uerbi gratia uictus neceſſitate li
cet clericis rem emere, ut inde aliquid operentur, & rẽ
mutata forma diſtrahant ſecundum Glo. in ſum. xiiij.
q. iij. & probat tex. in. c. clericus. xci. diſt. in hæc uerba
clericus uictum, & ueſtitum ſibi artificiolo, uel agricul
tura abſque officij ſui dumtaxat detrimẽto paret, hoc
enim caſu mercaturam facere clericus nõ dicitur, nec
lucrum ex negociatione acquiri, ſed ex artificio, cum
in mercatura lucrum ex ſolertia uilius emendi, & cha-
rius diſtrahendi proficiſcitur. quæ gl. Abb. franc. in ci-
tatis locis, & plerique alij probarunt, & uera eſt eorum
ſententia quod & nos latius oſtendimus in prima par.
uerſi. nume. Quibus, & illud adijciendum
quod non ineleganter notauit Saly. in auc. ad hæc. q.
xx. nu. 18. C. de uſu. temperat enim prædicta quando
clericus mercatus rem eſt, ut uenderet, ſed ſi ut domũ
6 reficeret, † uel in domo ſacerdotij ſeu beneficij edifi-
caret deinde ex cauſa mutato conſilio tigna, uel cemẽ
ta quæ emit charius uenderet id Saly. ait clerico inter
dictum non eſſe, quam ſententiam probare poſſes ex
l. ſiquis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. facit. l. j. §. non autem
uerſi. unde quærit Offilius. ff. de exer. & l. j. §. illud. ff.
de aqua quot. & eſti. & hæc adeo recepta ſunt, ut cleri
7 ci animabus conſulere (ut par eſt, cupientes † quod ex
mercatura ſuperlucrati ſunt pauperibus erogare teneã
tur. xiiij. q. v. c. qui habetis, & ſcribit Car. in cle. j. in fi.
de uita & hone. cler. qui referendo Fra. alu. ſubdit ſi to
tum non reddiderint ex hoc in ſtatu damnationis eſ-
ſe non conſeri ea. cau. & q. c non ſanè, & ſi pauperibus
non dederint Zenz. & Inn. non tamen clericos damna
ri ſenſiſſe refert. ubi Add. ad eum citat Arch. Flo. in. iij.
par. ſuæ ſummæ tit. xiij. c. ij. in. §. fi. quem legito. Rece
ptum eſt etiam clericos in his quæ negociationis cauſa
deferunt immunitate non potiri clemen. fin. de cenſ.
8 † ubi Car. & ſcripſit Albe. in. l. uniuerſi. C. de uecti. &
Com. Spec. in tit. de immuni. eccle. in fi. Geminia. in. c.
quanquam de cen. lib. vi. & ibidem Phil. Franc. & his

Universidad de Deusto Biblioteca



addes Pet. Antib. in trac. de munc. 6. iiij. nu. 21. & num.
41. & ſeq. to. vj. & Card. in cle. j. nu. 16. de uita & hone.
cler. & Ber. etiam ubi ſupra qui hoc amplius inquit cle
ricos negociatores etiam fori priuilegium perdere, &
9 ✝ poſſe conueniri coram iudicibus laicis, & cõſulibus
mercatorum citat Bal. in add. ad, Spe. in tit. de reo uer
ſic. ſcholaris clericus qui inquit clericos negociatores
quantum ad eam negociationem pertinet communi iu
re laicorum uti debere citat. l. ij. C. de epiſ. & cle. C. de
ſac. eccl. l. cui ſub prætextu, & de uita & hon. cle. c. fin.
& l. fi. C. de iur. om. iud. & idem Ber. probauit in trac.
de epiſcopis in. iiij. lib. par. j. nu. 26. & ſeq. tomo. ij. qui
adijcit eundem Bal. in tit. de cle. coniuga. dicentẽ cle-
ricum huiuſmodi immunitatibus alijs clericis conceſ-
ſis frui non poſſe, cuius rei illa ratio redditur à Paulo
Caſt. Cy. et alijs in citata. l. fi. C. de iuriſ. om. iud. quo-
niam non conuenitur ut clericus, ſed ut laicus merca-
tor ideo ſe ad epiſcopum remitti non recte petit. quod
tamen diximus temperandum putarem ubi trina mo-
nitio præcederet iuxta tex. in. c. fi. de uita & hone. cle.
& quæ ſcripſit Fel. in. c. cæterum nu. 3. de iud. & ibidẽ
Dec. ſub numero. 6. prope. 7. & idem Fel. in. c. eccleſiæ
ſanctæ Mariæ ſub nu. 71. & ſeq de conſt. & Pet. Anto.
in relato loco, & idem Bal. innuiſſe uidetur dum cita-
uit dictum caput. Dicet tamẽ aliquis quod diximus cle
ricos mercaturam facere non poſſe expeditum non eſ
ſe, contra enim eſt tex. in. l. ij. C. de epiſ. & cleri. in illis
uerbis ſiquid enim uel parſimonia, uel prouiſione, uel
mercatura honeſtati tamen conſcia congeſſerint id in
uſum pauperum atque ægentium miniſtrari oporteat
& reliqua Speculator in titulo de cleric. coniugat.
nu. 9. inter honeſtam, & inhoneſtam negociationem
diſtinguit, ut honeſtam poſſint. d. c. clericus. xcj. diſt.
inhoneſtam non poſſint huic diſtinctioni acquieſcere
uidetur Antib. ubi ſupra ſub nu. 20. uſque ad nu. 25. &
hæc diſtinctio ex uerbis legis comprobatur, uel mer-
catura honeſtati tamen conſcia. & ſenſiſſe uidetur gl.
in. c. negociatorem. lxxx. diſt. dum ultimo loco dixit.



Alb. uero in. d. l. ij. ait, aliud iure ciuili, aliud pontificio
cautum, quod & glo. in proxime relato capite attigit,
inquit enim primo loco, licet lex concedat, canon ta-
10 men non permittit, ✝ Sed quamuis in unam cõſonan-
tiam, & leges, & canones cum legitima interpretatione
poſſumus, redigere ſoleamus, ſi tamen uerũ amamus,
quod ultimo loco diximus, admittẽdum eſt, quoniam
Imperator nõ negociationis uerbo ( quod latiſſimum
eſſe in prima parte diximus ) ſed mercaturæ, quod uer
bum, ut eod. loco retulimus, nec quidem uix ui ad ar-
tificium porrigendum eſt, utitur. Denique & illud præ
dictis adnotandum eſt, licet clericis negociari interdi-
ctum ſit lucri cauſa. Dec. tamen noſter in conſi. cxv. &
pro tenui. Sponſionem inter clericum, & mercatorem
factam non inelegãter defendit, de qua in tractatu no
ſtro de ſponſionibus non nihil dicemus.
11 ✝ Remouent etiam leges ab exercitio mercaturę ar
matæ militiæ milites. l. uni. C. nego. ne mil. libr. xij. l.
milites, qui a republica. C. de re mil. eo. lib. ubi ait Im-
perator, Milites, qui a repub. armantur, & aluntur, ſolis
debẽt publicis utilitatibus occupari, Nec agrorum cul
tui, & cuſtodiæ animalium, uel mercimoniorum quæ-
ſtui, & reliqua. & inquit tex. in. l. milites. C loca. Armis
non priuatis negociis milites occupentur, & hoc Ac-
cur. ſenſiſſe uidetur in. l. nobiliores. C. de com. & mer.
dum citauit. d. l. milites. & facit. l. uni. C. in quib. cau.
mil. & l. officium. §. patruus. ff. de re mili. quæ recepta
ſunt in tantũ, ut Bal. & Saly. in citata. l. uni. C. in quib.
12 cau. mil. dixerint ✝ milites negociatores, qui negocia-
tionem fecerint, ex illa negociatione conuentos fori
priuilegium non habere, poterunt ergo coram ordina
rio conueniri, cum aliàs coram magiſtro militum con-
ueniendi ſint. l. magiſteriæ. C. de iuriſd. om. iud. & pla-
cet hæc ſententia Pau. caſt. eod. loco, & idem Pau. in. l.
fi. C. de iuriſd. om. iud. l. fi. ſub. iiij. ſcripſit militem in-
ter mercatores annumeratum iuriſdictionem conſulũ
mercaturæ declinare non poſſe, quoniam ( ut iam dixi
mus ) non ut miles, ſed ut mercator conuenitur, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



latius in ultima parte explicabimus. Nec ad rem per-
tinet,quod ead.l.fi.innuere uidetur Imperator milites
mercaturam facere poſſe. Nam Accur. Bar. & plerique
alii in quadam inermi militia legem illam intelligen-
dam putant,quorum ſententia uera eſt. Non enim(ut
13 inquit Bar.)† iurabant ſe pro repub.mortem non cui
taturos,ſed aliam militiam conſequebantur,ut Floren
tini milites ſolent,qui honoris cauſa militant, merca-
turamque non ideo minus exercent,& dicuntur popu
lares. Hæc Bar,quibus addes quæ prudentiſsimus uir
Lælius Fanenſis ſcripſit in libello,quem edidit de mili
tiis ex caſu præſertim pag.v.
14 † Vetantur nobiliores,& patrimonio ditiores merci
monium exercere, ut inter plebeios, & negociatores
facilius ſit emendi,uendendique commercium.l.nobi
liores.C.de com.& mer.& ſcripſit Mar.laud.in trac.de
15 digni.q.lxvj.& ait Bal.in ea.l.nobiliores.ex quo† no-
biles mercaturam facere prohibentur,ſi exercerent in
ter nobiles haberi non poſſent, nec deberent, quibus
addes,quæ ſupra in.ij.parte diximus,uer.item quæri-
tur,an mercatores, nu. & quæ ad hunc locum atti-
nent illinc aſſumes.
16 † Et palatini,proceres Palatii,ſeu conſiliarii merca
turam facere non poſſunt.l.fi. cum glo.j.C.de reſcin.
uẽd.facit tex.in.l.nullum.C.de offi.rec.prouin. cuius
rei citatus Accur.illam rationem reddidit, quia mina-
cem feruorem poſſunt oſtendere,addidit etiam Salyc.
ubi ſupra,Imperatorem id ſtatuiſſe ne prouinciales ſe
gratificari cupientes uilius uendant,& probat prędicta
Iaſ.in.l.principalibus.ff.ſi cer.pet. in prin.& citat Bal.
in ea.l.fi.qui declarando,ſeu temperando in hæc,ſeu
ſimilia uerba,inquit, poſſe & hos ex certa principis ſci
entia emere,tũc enim uériſimiles non eſt compulſum
fuiſſe,uel gratiæ datum.l.fi.in princ.ff.quod met.cau.
& hanc legem in magnis conſiliariis magnorum domi
norum intelligo,qui principis locum tenent, exempli
loco Regis, Legati, Cardinalis, & domini magnarum
ciuitatum. Nec enim referenda eſt ad conſiliarios epi-



ſcoporum, uel magiſtratuum minorum eccleſiaſtico-
rum perpetuorum.Hactenus Bal.
17 † Principalibus conſtitutionibus cauetur etiam ne
hi,qui prouincias regunt,qui ue circa eos ſunt,negoci
entur,&,ut noſtratium utar uerbis,officiales tempora
les cum ſubditis mercaturam facere,regulariter prohi-
bentur.l.principalibus.ff.ſi cer.pet.l.uni.C.de condi.
inde.l.non licet.l.qui officii.ff.de con.emp.l.quiſquis
ubi doc.tractant.C.ſi cer.peta. & Bar.in.l.aufertur.§.
quod a præſide.ff.de iu.fiſ.& latius Par.put.in trac.de
ſindi.in uer.cont.& latiſsime explicant iuris interpre-
tes præſertim Iaſ.& Deci. in citata.l.principalibus.qui
diſſerendo (quod diximus) extendunt, & temperant
multis modis, & nos aliis omiſsis duo tantum referre
contenti erimus. Alterum eſt,ut prohibitio locum ha-
beat,in his etiam,qui circa iudices ſunt, idque proba-
tur etiam in.l.uni.ſeu rub.C.de cõtrac.iudi. & eorum
qui circa eos ſunt. Alterum eſt,ut ad eos officiales, qui
in patria ſunt,prohibitio non referatur, hi enim con-
trahere poſſunt,unde priores,& antiani ciuitatum con
trahere non prohibentur, idque a frequentioribus re-
ceptum eſt. Sunt enim qui diſſentiant, ut ſcribit Deci.
in.d.l.principalibus,alios referẽdo,&,diſputando ſub
nume.7.
Sunt & perſonæ, quæ cum rerum ſuarum admini-
ſtrationem non habeãt mercaturam facere non poſſe
18 iuris eſt explorati. † Furioſum enim non poſſe natura
manifeſtum eſt.l.j.§.furioſum.ff.de actio.& obl.l.qui
19 ad certum.ff.loca. † Proximi ſunt furioſo,quinimo in
hoc non abſimiles demẽtes, & minores curatorem ha
20 bentes, † ac hi,quibus bonis eſt interdictum.l.fulcini-
us.§.adeo.in fin.ff.quib.ex cau. in poſ.ea.inſtit.quib.
alie.licet,uel non.§.nunc admonendi.& tractant doc.
in.l.ſi curatorem.C.de reſt.in integ.& in.l.is cui bonis
ff.de uer.ob. Az.in ſumma in tit.C.de pac.nu.6.& De
21 ci.in reg.furioſi.ff.de reg.iur. † & quæ diximus de fu-
rioſo,& in mentecaptis procedunt.inſtit.qui teſta.fac.
poſ.§.furioſi.ubi glo.l.ij.C.de curat. fur.l. conſilio.in

Universidad de Deusto Biblioteca



§.cum dementis.&.l.obſeruare,ff.eo.facit.l.ſi furioſi.
C.de nup.l.tam dementis.C.de epiſco.aud. & quid ſit
mentecaptus explicat Bal.in.l.humanitatis. nu.15.C.
22 de impu.& in.d.l.ſi furioſi.nu.2.✝ & idem de fatuo re
ſpondendum uidetur,is enim eſt,qui per uicos inſano
rum more deridēda loquitur.l.ob quæ uitia.ff.de edi.
edic.quibus addes Dec.in conſi.lxxxvj.nume.7.& in
conſi.ccccxlviij Gram.conſi.xvj.incomprehenſibilis.
nu.8.Iaſ.in conſi.ij.nu.7.uol.j.& in conſi.cxlj.uolu.
iiij.nu.6.Nicol.boe.dec.xxiij.motus fuit.Alci.in trac.
de præſump.in.iij.par.reg.j.uer.xxxviij & lib.ij. Pa-
rerg.iuris.c.xvj.ex quibus locis intelliges,qui ſint hi,
de quibus uerba fecimus,probandique modum perci
23 pies,quę loca non ab re adiecimus.✝ Item & lunaticos
his comparandos crediderim quamdiu mens propter
lunam ſuum officium non facit.l.bouem.§.aliquādo.
ff.de ædil.ædic.& omnes,quos enumerauimus in ma-
teria de qua agitur diſſimiles non eſſe probari uidetur
in.l.fatuo.ff.de poſtu.&.ff.de priui.credi.l. ſabinus.§.
ſi.cum.l.ſeq.& in.l.ſi prædia.ff. de reb.eo. in illis uer-
bis,Idem ſeruari oportet & ſi furioſi , uel prodigi, uel
cuiuſque alterius prædia curatores uellent diſtrahere.
& Nic.boe.ubi ſupra, qui de prodigo etiam meminit,
ſi tamen iudicis ſentētia prodigus declaratus ſit,quam
ſententiam neceſſariam frequentioribus placuiſſe pro-
bat.Et inter prędictos annumerabis etiam,ut Bal.utar
24 uerbis,✝ freneticum dum in freneſi eſt,ſic enim Bald.
loquitur in.l.ij.uer.decimo q̄ro.nu.13 C.de reſc.uēdi.
25 ✝ Et quoniam de minore curatorem habente memi
nimus:Sciendum eſt minorem.v.&.xx.an.curatorem
non habentem in rebus mobilibus,quæ ſeruando ta-
men ſeruari poſſunt ſine iudice adminiſtrationem libe
ram non habere , res uero quæ ſeruando ſeruari non
poſſunt,et tempore perituras,et ſine decreto alienare,
et adminiſtrare poſſe,quod notauit Acc.in.d.§.admo-
nendi.l.lex quæ tutores.C.de admi.tut.et tractat Bar.
in.l.ſi ex legati.ff.de uerb.ob.et Saly. et Alex.copioſe
ſcripſere in.d.l.ſi curatorem.et his addes Iaſ.in conſi.



26 xlviij.ut ueritas.uol.j.✝ Et huic rei illud adiiciēdum
erit,nec quidem ab re,minores.v.&.xx.ann.mercato-
res approbatos,& in albo mercatorum deſcriptos in il
lo actu,& mercaturę negocio reſtitutionem in integrū
non habere,ut eleganter & Cyn.& Bar.in.l.j.C.qui,&
aduer.quos tradidere,argu l.j.C.de his,qui uen.æta.
impe.id enim ſenſit Cy.etſi non expreſſerit,Vbi uero
ex ſolis actibus ſunt induſtrii , non tamen ex publico
ſunt approbati,in integrum reſtitutionem petere non
prohibentur,grauiori tamen onere probandi aſtringū
tur,quia propter induſtriæ præſumptionem plene læ-
ſionem probare coguntur,adeo,ut ſacramentū in ſup-
plementum ( quod uocāt ) probationis,non defertur.
Vnde Ioā.de ana.ex mente, & uerbis prædictorum in
rub.extra de delict.puc.in ſi.putauit,& recte,iuuenes,
qui ſe Florentiam mercaturam,ſeu negociationem ali
quam exercendi cauſa conferunt, & publici ſunt mer
catores,& in eorum matricula deſcripti,ſi in ipſa mer-
catura,ſeu mercaturæ officio, uel actu lædantur reſti-
tutionem petere non poſſe, ſunt enim tāquam idonei
approbati, & malitia ſupplet ætatem.l. ſi alterius.C.ſi
minor ſe maio.dixe.& in induſtria prudentia,ac ſapiē-
tia,idem ait, & refert, ac probat Mar.in.l.infans.ff.de
ſicca.nu.1.& ſeq.Ex quibus colliges minores.x.&.xx.
annis approbatos mercatores,& in matricula mercato
rum deſcriptos mercaturam exercere poſſe,& læſos in
ipſa mercatura non reſtitui.Scio etiam Iac.but.relatū
a Bal.in prædicta.l.j.dixiſſe præſumptionem induſtrię
ſiue ex publico,ſiue ex minoris conſuetudine profici-
ſcatur,in integrum reſtitutionem nunquam excludere
ſi plene probetur læſio,ex hoc enim probatur facilitas
& conceditur reſtitutio.Si uero plene non probatur,fa
cilitas non præſumitur , & ideo reſtitutio denegatur.
Pręſumptio enim induſtriæ ex clara probatione exclu
ditur,& huic ſententiæ aſſentitur Raph.& Pau. caſt.&
Bal in præſcripta.l.j.non improbāt,& pro qua ſenten-
tia induci poteſt tex.in.l.j.in ſi.ff.de mino.in illis uer-
bis,nec ante rei ſuæ adminiſtrationem quamuis bene

rem ſuam gerentibus. Licet autem Iac. but. Bal. & Pau. autoritas, & ſupra relata me nõ parum mouerint, non tamen a Cy. Bar. Pet. & aliis relatis diſſentiendum puto, ut minor mercator approbatus, & in matricula deſcriptus læſus reſtitutionem in illo approbationis actu
27 non habeant, ✝ eoque non diſsimili caſu probari poteſt ſi legum doctor minor etiam. v. &. xx. ann. exceptionem, ſeu aliquid in cauſa propria probare omiſerit, quia publice approbatus fuit, & examine præcedente reſtitutio non eſt ei cõcedenda. Obiici enim poteſt profeſsio, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepãt. Cum enim te doctorẽ eſſe proponas turpe eſt ius in quo uerſaris ignorare. l. profeſsio. C. de munc. pat. lib. x. facit. l. ij. uer. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. huc pertinet, quod belliſsime inquit Cicero Tuſcu. q. lib. ij. ut enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbare loquatur, aut ſi abſurde canat is, qui ſe haberi uelit muſicum hoc turpior ſit, quòd in eo ipſo peccet cuius profitetur ſcientiam, ſic Philoſophus in ratione uitæ peccãs hoc turpior eſt, quòd in officio, cuius magiſter eſſe uult, labitur, artemque uitæ profeſſus delinquit in uita: & in hac opi. fuit Accur. in. d. l. profeſsio. & Bart. in l. ſed & reprobari. nu. 3. ff. de excuſa. tut. & eandem ſententiam diſtinguendo probauit Saly. in citata. l. j. qui et aduer. quos. et eandem ſententiam defendit, et probat Maur. de reſti. in integ. c. ccxxiij. pagi. clxxvij. et aperiſsime probari ait in. d. l. j. C. qui et aduer. quos, et hãc ſententiam puto ueram, eueniret enim, ut hi, qui cum ipſis mercatoribus minoribus cõtraherent ex publica approbatione circumſcripti uiderentur. arg. text. citati per Bar. in. l. j. C. de his, qui ue. æta. impe. Si tamen Iac. bu. et aliorum ſentẽtiam rationabilem putares, ſecun-
26 dum quam, meo quidem iudicio, ✝ iudices ſententiam non dicerent, ut in forenſi diſceptatione, quæ ponenda, quæue probanda ſint, ex mente iuris facilius intelligas, ad hæc doctorum loca confugito. Ange. in. l. certum. in. §. pupillo. de con. Iaſ. in conſi. ciij. prima conſideratione. uol. j. col. ij. Goz. conſi. xliij. nu. 8. Alcia. in



trac. de præſump. in. iij. par. reg. j. uer. quadrageſimoſecundo. et apud eum notauit plenius Io. nico. gram. in uoto. xiij. et in conſi. xvj. incomprehenſibilis. et cõſi. lx. nu. 10. redempt. Mar. ſing. ccccxlv. minor. et his addas Mauri. de reſti. in integ. c. cl. uſque ad. c. cliij. et. c. cclxxviij. in quibus locis colliges circa reſtitutionem etiam in delictis, et illud hoc caſu clarum eſt ſecũdum Iac. bu. et alios lęſionem plene docendam eſſe propter induſtriæ præſumptionem, quæ ex publica approbatione proficiſcitur.

Et ex prædictis quæſtionem ſubiicio forte nuſquam
29 tractatam, nec uſquam relatam. ✝ Minor. v. &. xx. ann. mercator approbatus extitit, & in mercatorum albo deſcriptus, & (ut moris eſt) in ipſa mercatura ſeu merçaturæ actu contraxit, bonaque ſua immobilia inſtrumento obligauit, abſque tamen prætoris decreto: quæri poteſt num teneat hypotheca. Dicet aliquis hypothecam nullam, idque ex paulo ante relatis probari. Nam Bar. & alij citantes. l. j. C. de his qui ue. æta. impet. Minores ex publico approbatos, & in albo mercatorũ deſcriptos his qui ueniam ætatis impetrauerunt comparare uidentur. At hi qui ueniam ætatis impetrauerũt neque alienationem rerum immobilium, neque hyppothecam facere ſine decreto poſſunt. l. omnes &. l. eos C. de his qui ue. æta. imp. ergo eodem modo minores
30 mercatores in mercatura approbati. ✝ Quod & eo confirmari poteſt, nam uenia ætatis cauſa cognita conceditur, tunc enim quis ueniam ætatis conſequitur, & uires habet, conceſsio cum morum inſtituta, probitatem animi, & teſtimonium uitæ honeſtioris edocet. l. ij. C. de his qui ue. æta. impetrauerunt. Rurſus mouet. Nam Bar. & plerique alij in citata. l. j. C. qui & aduerſ. quos. ut retulimus ſcripſere minores approbatos mercatores & in albo deſcriptos in ipſo mercaturæ actu ſine ſpe reſtitutionis in integrum contrahere, & negociari, uerum mercatura nõ eſt in immobilibus, ut in prima parte oſtendimus, & probatur in. l. mercis. ff. de uerb. ſig. ergo ceſſante approbatione in immobilibus remanent mi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



nores, & conſequenter hipotheca nulla. Ex contrario
occurrit, mercatores hodie ex conſuetudine plerum-
que inſtrumentis negociãtur in quibus de more hipo-
thecam: & omnium bonorum obligationem adijci ne-
mo eſt qui neſciat, unde ſecundum mercaturæ conſue
tudinem approbati cenſentur, actus enim agẽtium ex
conſuetudine interpretationem accipiunt. l. mella. §. j.
ff. de alimen. & cib. legat. & actuum denique omnium
eſt conſuetudo interpres optima ſecundum Innoc. in
c. olim de uerb. ſigni. & id quod uſitatum eſt inſpicere
debemus. l. ſiquis donaturus. ff. de uſuf. accedat tex. in
l. certi conditio in. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. & l. quòd
ſi nolit in. §. quia aſſidua. ff. de edi. edi. & plura ſimilia
quæ ad id pertinent tanquam uulgaria conſulto præ-
tereo, & huic ſententiæ tanquam rationabili aſſentien
dum puto. Nec moueant, quæ contra dicta ſunt. Non
enim uidetur per omnia ſimilis is qui ueniam ętatis im
31 impetrauerunt † ei qui à publico mercator eſt appro-
batus quinimmo in propoſita quæſtione diſſimilis, Nã
is qui contrahit cum eo qui ueniam ætatis impetrauit
ſcit, ſeu ſcire debet ueniam ætatis illo modo concedi,
ut imobilia nec alienare nec hipothecis ſubijcere poſ-
ſit. l. regula. ff. de iur. & fac. ign. iunc. l. qui cum alio. ff.
de reg. iu. At qui cum mercatore minore. v. & xx. an.
contrahit approbato, & in mercatorum albo deſcripto
& in ipſa mercatura, inſtrumentis & hipothecis in eo
adiectis ex conſuetudine negociatur, & contrahit, ſi hi
potheca nulla eſſet, quodam modo ex publica appro-
tione circumſcriptus uideretur, unde cum hic ratio in-
teruenĩat. l. j. C. de his qui ue. æta. impe. ſequitur ut ſe
cundum relatam ſententiam reſpondendum uideatur
Vnde ad propoſitas forſan hæſitationes remouendum
paſſim lege municipali caueri ſolet minores. v. & xx.
an. publice mercaturã exercẽtes tanq̃ maiores ſe ſuaq;
obligare, quæ lex in patria mea uiget, & de qua non ſe
mel in hoc tractatu meminimus, & præſertim in ulti-
ma parte cum de conſtitutionibus, ſeu ſtatutis diſſerui
mus uerſi. declarat etiam Iaſ. numero. Sed quo



niam de contractibus minorum, & præſertim uenditio
nibus uerba fecimus adnotãdum prædictis, & illud du
ximus ſupraſcripta procedere, & admittenda eſſe ubi
ſine iuramento minor contraxerit. Si uero iureiurãdo
32 in contractu fidem aſtrinxerit cum curatore, † uel ſine
(nihil enim hoc caſu intereſt) contractum uirtute iura
menti tenere plerīſque ſenſere ſecundum Iaſ. poſt gl.
in uerſi. contractibus in auc. ſacramenta puberum ſub
numero. 33. C. ſi aduer. uend. & eodem loco plene ſcri
pſit Cur. ſub numero. 30. & ſeq. quem uidebis, & hanc
ſententiam crebriorem ait Aym. Cra. conſi. vij. enymó
dus in fine.
33 † Euenit etiam ut iudicis decreto mercaturã facere
aliquando mercator prohibeatur, quod ex cauſa con-
tingit. Verbi gratia, propter fugę ſuſpitionem, idque op
timo tex. probari uidetur in. l. de pollicitationibus. ff. de
pollic. & eleganter Roma. declarat in. l. is cui bonis. ff.
de uerb. obliga.
Et pęnæ cauſa interdici negociatione, uel negocia-
34 tionibus per iudices ſolet, † ut belliſſime iuriſconſul-
tus ait in. l. moris, in uerſi. interdici. ff. de pe. finge enim
aliquem mercatorem in negociatione, uel negociatio-
nibus ad ipſam mercaturam spectantibus male uerſa-
tum, & delinquere, iuſta cauſa eſt ut pro admiſſi mo-
do uel negociatione, uel negociationibus abſtinere iu-
beatur, quibus addes elegantem legem annonam. ff.
de extra. crimi. & l. j. in fi. ff. de off. præf. urb. quod no
tandum arbitror ad compeſcendas in fraudando mer
catorum excogitatas artes, & ut malis hominibus ciui
tates expurgentur. l. congruit. ff. de off. pręſi.
Illud etiam tento dicere, ſi mercator amiſſa fide de-
35 coqueret, † & aliquid fraudis in ipſa decoctiõe admit-
teret (ut decoctores plerumque aſſolent) mercaturam
ulterius facere non poſſe. mouet me ſingularis text. in
l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. præpo. & ar. nec referre puto
legem illam in ſuſceptore, & tabulario loqui, Bar. enim
in ſumma eiuſdem. l. ait. non poteſt quis exercere offi
cium in quo deliquit, mercatorem autem officium ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca



rere ſcribit, & probat idem Bar. in trac. de teſ. in uerſic.
mercatorem. et plenius Sign. conſi. xcv. nu. 25. et Alci.
in. l. mercis. ff. de uer. ſig. et nos latiſſime probauimus
in. j. par. uer. nu. Accedat, quod ead. parte
oſtendimus eum, qui ſemel decoxerit, ſemper decocto
rem dici poſſe, quoniam nomina delicti ſignificatiua
uno actu conuinci plerique probarunt, et ſcribit Ro.
conſi. ccccij. in caſu propoſitæ. Et his illud adiiciendũ
eſt, quod ex facto conſulto placuit Bal. in cõſi. lxxiiij.
cuius initium eſt, quandoque agitur. uol. v. Cum qui-
dam Stephanus mercator Florentinus in ciuitate Peru
ſii menſam cum quibusdam ſociis, qui Florentiæ com
morabantur, haberet, a quodam Peruſino mille et tre-
centos florenos recepiſſet, et proprio, et ſociorum Flo-
rentinorum nomine promiſiſſet, quòd iidem ſocii mer
catores in eorum libris creditorem in dicta ſumma cõ
ſtituerent, quòdque literis manu ſociorum ſcriptis id
factum eſſe conſtaret, quibus peractis cyrographum fa
36 ctum eidem Stephano reſtitueret. † Reſpondit Bal. ſi
mercatores Florentini, iidemque ſocii decoxiſſent, lite
ras a mercatoribus nõ emanatas conſeri, quoniam ſta
tum immutaſſent, et conditionem ſuam deteriorem fe
ciſſent, et cum ante decoctionem literæ traditæ non
fuiſſent, moram purgari non poſſe a moratore. Idéque
reſpondit, quia adiectio perſonarum fauore creditoris
facta cenſetur, & alijs rationibus nouationem factam
non eſſe ſupraſcripta tamẽ intelligenda puto iuxta uer
ba. l. ſi aliquid quando quis ſuo uitio decoxit. rationeſ
que conturbauit, & in ipſa decoctione fraudem admi-
ſit, nam ſi fortunę uitio propter inſignem calamitatem
conturbaret, nihil prohibet quin mercaturam exerce-
re poſſit. arg. tex. in. §. ſoluitur uerſi. item ſiquis inſti.
pro ſocio. ff. de ceſſio. bono. l. v.

Nec illud tacebimus quod eleganter Archi. ſcripſit
in. c. animaduertendum. xxij. q. ij. ſcripſit enim in uer
37 ba infraſcripta † ſiquis iurauerit quòd nũquã erit ne-
gociator uel miles, quòd non tenebit feudum ab ipſo
domino, aut quòd non ſeruiet illi, uel locabit operas



ſuas, aut accipiet donum aut mutuum, non tenebit il
lud ſeruare ſi aliter uiuere non poſſit niſi contra id fa
ciat quia iam res redit ſeu uenit ad eum caſum de quo
ſi cogitaſſet ab initio, & iuraſſet ſuper illo, illicitum eſ-
ſet iuramentum. hactenus Arch. quem probat, & com
mendat Pano. in. c. ſi uero numero. 3. de iure refert ẽt
& plenius ac confirmat Io. a ſelua in tracta. de iure. in
iij. par. nu. 18. tom. ix.

38 † Illud quæri poteſt num fœminæ mercaturam fa-
cere uetentur, dicet aliquis uetari, nam & fœminæ re-
motæ uidentur ab officio argentarij. l. fœminæ. ff. de
eden. puto tamen non prohiberi, mouet me. l. j. C. de
eden. ſecundum interpretationem Pet. & Cy. & iuxta
exẽplum Iac. but. de quo meminit ibidem Barto. ſub
numero. 5. Iaſ. ſub nume. 16. & Dec. ſub numero. 17. &
hæc ſententia probari uidetur. in. l. pediculis in. §. itẽ
cum quæreretur. ff. de aur. & arg. le. in illis uerbis cum
teſtatrix negociatrix fuerit item ex. l. ſed & ſiquis. ff.
de inſt. in illis uerbis parui refert quis ſit iſtitor maſcu-
lus, uel fœmina & paulo infra. item quis quæ ue pre-
poſuit, & reliqua. Pro qua ſententia eſt quod aiunt in
his quæ ſunt de genere permiſſorum omne cenſeri
permiſſum quod expreſſe non reperitur prohibitum
l. j. ff. de procu. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quibus cau.
maior. c. ij. uerſi. præſertim de transla. epiſ. c. j. de pro-
cu. in. vj. nec moueat. d. l. fęminæ. tum quia iuriſcon-
ſultus ſubijcit quia uirile officium eſt. Tum etiã quia
argentariorum officium, atque miniſterium publicam
habebat cauſam. l. argẽtarius. ff. de eden. nec propter-
ea per omnia mercatores his ſimiles cenſentur, quod
non ſemel diximus.

39 † Item quæritur num ſeruus mercaturã facere poſ-
ſit, & poſſe uidebatur quoniam argentariam poteſt. l.
prætor. §. ſed & ſi ſeruus. ff. de eden. & gl. in. l. argenta
rius in uer. publicã eo. ti. uerum id ſecundum iuris no
ſtri regulam intelligendum puto, ſi dominus ſerui poſ
ſit, aiunt enim ſeruum capacem eius eſſe cuius domi-
nus eſt capax. l. ſi mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. j. & in

Universidad de Deusto Biblioteca



hac met ſpecie reſpondit Dec.in.l.j. numero.xj.C. de
eden.& uidebis tex.in.l.ſeruus.ff.de uſu & habi.
Filium autem familias ex omnibus cauſis tanquam
40 patremfamilias obligari ┼ & ob id agi cum eo tāquam
cum patrefamilias poſſe certi iuris eſt.l. filiusfamilias.
ff.de ac.& obl.l.filiusfamilias.ff.quod cum eo.l.nulla
res.C.eo.tit.uſque adeo ut mutui facti gratia mercato
ri ratione mercaturæ S.C.macedoniani exceptio non
competat ſecundum Nic.& Cy.in.l. macedoniani.C.
ad ſena.conſ.macedo.ſub numero.3.hoc amplius re-
ferendo Bar.ibidem Sal.inquit mercatorem mutuam
pecuniam recipiens in ambiguo in ipſam mercaturam
uertiſſe præſumitur.quæ placuerunt Ang.aret.inſt.de
excep.§.item ſi.numero.18.uerſi.quærit Bal. quod &
nos in ultima par.cum de legibus municipalibus diſſe
remus aliorū autoritatibus probabimus,& circa id qd
ſuperiori loco diximus de filiofamilias mercatore legi
to.l.prætor.§.ſed & filiusfamilias .ff.de eden.& uide-
bis,quæ ex facto conſulto Paulo par.præceptori meo
placuerit.is enim in conſilio.94.ſpectabiles.uol.j.late
in filiofamilias complura ad mercaturam pertinentia
copioſe diſſeruit præſertim an capi poſſit an inſolidū
conueniatur,& quid ſi decoxerit pleraque ſimilia , &
idem præceptor meus in conſilio antecedenti.xciij.
cuius initium eſt dicendum uidetur an pater pro filio
teneatur,ad propoſitum pertinentia diſputat, quod &
nos non ſemel in hoc tractatu attigimus,& de filiofa-
milias mercatore qui ue in ipſa mercatura lucratus eſt
num lucrum alijs fratribus communicari oporteat ele
ganter tractat Ang.in conſi.lxxxv.& themate Dec.in
l.illud.C.de colla.& plene quidem Aym.cra. conſilio
clxv.ſuper puncto And.triaq.in com.de utroque ret.
§.j.glo.ix.nu.lx.& ſeq.

FINIS TERTIAE PARTIS.



# TABVLA QVAE-
## STIONVM ET REM AD QVARTAM
### PARTEM PERTINENTIVM.


1 *Mercatura regulariter ſuper rebus omnibus mobilibus tamen poteſt ſieri.*
2 *Mercatura in hominibus non eſt & multo magis in liberis hominibus.*
3 *Eunuchi Romanæ gentis homines facti non ſunt in commercio ſecus uero barbaræ gentis extra Romanum ſolum facti.*
4 *Mercatura non eſt in rebus ſacris.*
5 *Ementes ſcienter res effectas religionis incidunt in crimen leſæ religionis.*
6 *Purpuræ quibus princeps utitur dum in maieſtate ſedet diſtrahi & uendi prohibentur.*
7 *Encauſtum imperatoris nulli permittitur habere aut quærere conſequenter mercatura uetatur,& eodem in loco dicitur de priuilegio ſcripto ſacro encauſto.*
8 *Sericum a Barbaris emere prohibemur.*
9 *Mercatura in frumento publici canonis non eſt ,& idem iuris eſt in frumento exercitui miſſo.*
10 *Arma an liceat facere uel uendere priuatis*
11 *Mercator tranſiens per prouinciam negociandi cauſa gladium quod poſſit ferre,& quomodo.*
12 *Vinū et oleū et alia liquamina,ad barbaros deferre uetamur.*
13 *Loricas,arcus,ſagitas,ſpatas et quadam alia ad barbaros exportare non licet.*
14 *Puluis quo utimur in bombardis deferri ad hoſtes non poteſt quemadmodum cotes ad acuendum ferrū et idē in ſulphure.*
15 *Aurum pro mancipijs aut quibuscunque ſpeciebus ad barbaros transferre non poſſumus idem in argento.*
16 *Animalia ad barbaricum ſolum transferre uetamur et ibidem de prohibitione equorum militariū in regno ſiciliæ et Aſturcorum in Regno hiſpaniæ.*
17 *Pœna aduerſus exportantes res prohibitas ad hoſtes quæ ſit de iure pontificio et que de iure ciuili.*

18 Capitalis pœna quæ imponitur deferentibus prohibita ad hoſtes quæ ſit.

19 Capitalis pœna ubi declaratur a lege ſtandum eſt declarationi et quomodo conſtare dicatur de mente legis.

20 Capitalis pœna in ſeruo intelligitur de morte ut perſonæ conueniat.

21 Capitali pœnæ ubi a lege adijcitur bonorum proſcriptio intelligitur de morte.

22 Capitalis pœna in dubio intelligitur de exilio.

23 Epiſcopalis conſtitutio quæ clericum capitali pœna puniendum decernit intelligitur de excõmunicatione.

24 Interpretatio ad. l. Mercatores. C. de com. et mer.

25 Vinum et alia liquamina ad barbaros exportari non poſſunt nec quidem guſtus cauſa et quid in lorica una uel enſe uno speciminis cauſa aſportatis.

26 Statutum prohibens uinum exportari extra territorium an habeat locum in exportante metretam guſtus cauſa.

27 Durante bello inter reges chriſtianos merces quaſcunque exportare uetamur.

28 Merces licitæ, an publicentur propter illicitas.

29 Aedificia demoliri, & marmora diſtrahi, negociandi cauſa non licet.

30 Salinarum reditus eſt de regalibus, & ſal uendere ac emere fiſco excepto non licet, et conſequenter in ſale paſſim non eſt mercatura.

31 In ſale prohibitiones quædam, & de materia relatiue.

32 Quæſtio, an intromittens in ciuitatem uegetem muriæ ſeparatam a ſalſamentis incidat in prohibitiones de ſale factas.

33 Simplicis appellatione in pœnalibus non continetur mixtum.

34 Potentia actui proxima in actu habetur.

35 Lex municipalis uetans quemcunque frumentum in foro emere, niſi uictus cauſa non includit ſcholarem, qui uictus cauſa pro toto anno emerit, deinde mutato propoſito uolens recedere frumentum met uendiderit.

36 Primum propoſitum honeſtum, & licitum inſpiciendum.

37 Pecunia publica mercatura fieri non poteſt, & in materia tres facti species ſecundum Decium proponuntur.

38 Depoſitarij communis Anconæ pecuniam publicam ad uſus



certos deſtinatam in alios transferre non poſſunt.

39 Magiſtratus qui publicas pecunias & in uſus ſuos conuertit maximas uſuras præſtare uice cuiuſdam pœnæ debet.

40 Mercatura publicis ſpeciebus fieri nequit.

41 Recipientes pecunias publicas tempore penuriæ emendi gratia frumentum in aliquibus regionibus & dictis pecunijs negociantes acriter puniuntur.

42 Arbores ex luco Daphnes ſicomorum uel cupreſſos ex luco perſeidos emere uetamur.

43 Veneni mali emptio non contrahitur conſequenter in eo non eſt negociatio ſine permiſſu principis.

44 Mercatura quandoque conſtitutionibus locorum iuſta de cauſa arctatur et exempla ſubijcit.

45 Decretum tempore penuriæ ne quis frumentum uendendi negociandi ue cauſa emat ualet.

46 Ex mala adminiſtratione ſumenti penuria creſcit.

47 Præfecti annonæ ordinem dare poſſunt qualiter quo ordine quantum ue frumenti uendi poſſit quolibet die uel menſe.

48 Statutum anconitanum quo prohibetur uinum afferri poſt feſtum omnium ſanctorum quod ualeat & quam interpretationem habeat.

49 Statutum quod extraneorum panni non intromittantur in locum ualet, et quod non referatur ad illos qui per tranſitum intromittuntur.

50 Statuta uaria ac multa ſunt in diuerſis locis quibus mercatura arctatur & de his relatiue.

51 Mercatoribus qui res uenales ad quottidianum hominum uictum neceſſarias expoſuere precium moderari poteſt et exempla in pannis, et uide quid de pẽſionibus domorũ ſubijciatur.

52 Negociatione licita nemo eſt prohibendus et nemo in prohibita exerceat ſe.

Universidad de Deusto Biblioteca

# QVARTA PARS.

## DE REBVS IN QVIBVS MERCATVRA POTEST EXERCERI.

1 SVPERIORI † loco de pſonis quę
mercaturam facere nõ pñt expoſuimus
mõ uideamus de rebus i quibus merca
tura poteſt exerceri,& ex iuriſconſulti.
Pauli mente . ſuper rebus oibus mobi
libus tamẽ mercaturã regulariter poſſe
fieri permiſſumque eſſe putamus is enim in.l.ſi in em
ptione.§.omnem.ff. de cont.emp.inquit in hæc uer-
ba . Omnium rerum quas quis habere,uel poſſidere,
uel perſequi poteſt uenditio recte fit, quas uero natu
ra,uel gentium ius uel mores ciuitatis cõmercio exue
runt,rerum nulla uenditio eſt. Verbis igitur Pauli rela
tis & ex his,& aliorum autoritatibus,& locis referẽdis.
res quaſdam,prohibitas declarando,& excipiẽdo enu
merabimus.

Diximus in prima par.uerſic.illud etiam quæri po-
2 teſt. † In hominibus non eſſe mercaturam , mercis.n.
appellatione non continentur,addes ergo his quæ di-
ximus declaratiõis cauſa in libero homine multo ma-
gis procedere.natura enim in commercio non eſt , ut
ſcripſit Accur.in eodem.§.omnium,facit quod Iur.ibi
dem ſubijcit.l.liberi hominis eodem tit. & quia in li-
bero homine nulla corporis eſtimatio fieri poteſt ,
ut inquit iuriſconſultus.in.l.j.in.§.ſed cum liber ho-
mo.ff.de his qui deie.& in.l.ſi.eodem tit.glo.in. liber
homo.ff.ad legem aquiliam.l.ex hac.ff.ſi quadr.pau.
3 fe.di.† Item eunuchos Romanæ gentis homines ſi-
ue in barbaro,ſiue in Romano ſolo factos ad dominiũ
alicuius ſub pœnis grauiſſimis trãſferri eſt prohibitũ.
Barbaræ autẽ gẽtis eunuchos extra loca Romano Im
perio ſubiecta factos cunctis negociatoribus,& alijs e-
mendi in commercijs,& uendendi facultas concedi-



tur ut dicitur in.l.j.C.de enu.
4 † Sacræ quoque res,ut Accu.inquit in.d.§.omniũ,
non ſunt in commercio,& ideo in his mercaturã exer
ceri non poſſe nemo eſt qui neſciat.l.inter ſtipulãtem
in.§.ſacram,ff.de uerb.oblig.§.nullius inſti.de rerum
diui.l.uſucapione.ff.de uſuca.Bal.in.l.iij.numero.vj.
C.de iure dot.ubi regulas cognoſcendi quando res in
commercio ſint,uel non ſint eleganter ſcripſit hoc am
5 plius receptũ eſt,† eos qui ſcientes res religionis effe-
ctas emerunt,& diſtraxerunt in crimen leſæ religionis
incidere.l.j.C.de ſepul.uiol.

Moribus etiam & iure ciuili complures res in mer-
caturam,& negociationem deducere uetamur, ut rela
6 tus non ſemel inquit Accur.† & purpuræ quibus prin
ceps utitur,dum in maieſtate ſedet , uel in ſerico , uel
in lana,ſiue uellus muricis ſub diſcrimẽ fortunarum,
& capitis uendi,& diſtrahi prohibentur.l.j.C.quæ res
uen.non poſſ.& ſcripſit Bal.in rub. eiuſdem tituli , &
conſequenter ſine permiſſu principis mercatura prohi
betur facit.l.ſiquis nauiculam cum glo.C.de muri.lib.
xj.& l.temperet.C.de ueſtibus olo.eodem titulo.glo.
in.l.cum proponas.C.de nau.fœno.l.cotem ferro.§.
dominus &.§.illicitarum.ff.de pub.
7 † Idem iuris eſt de ſacro encauſto imperatoris,nul
li enim permittitur habere,aut quærere,aut a quoquã
ſperare,& qui tyannico ſpiritu aggreſſus fuerit contra
poſt præſcriptionem bonorum omnium capitali non
immerito pœna plectitur.l.ſacri affatus.C.de diue.reſ.
& licet & Iaſ.ibidem poſt gloſ.& Sal.et Ang.in citata.l.
j.C.quæ res uen.non poſ. encauſtum in uſu non eſſe
ſcripſerint memini tamen me legiſſe apud Bal.in rubr.
proxime relata , qui inquit ſe uidiſſe priuilegium impe
riale dicto encauſto ſcriptum,quod quandoque ſecũ
dum aeris aſpectum nigrum aliquando rubrum,& nõ-
nunquam aureum apparebat,& adde gloſ.in.l.ſiquis
nauiculam ſupra relatam,& elegantiorem glo.in.l.pe.
in.§.nauem in uerbo tolleretur.ff.loca.& in.l.cũ pro-
ponas.C.de nau.fœno.

Universidad de Deusto Biblioteca



8 † Ablata eſt omnibus etiam facultas comparandi ſerici à Barbaris excepto comite commerciorum.l. cõparandi.C.quæ res uen.non poſ.quam legem nec Piſanos,nec Venetos,nec Genuẽſes ſeruare & Sal.et Bal. ibidem ſcripſere, & quam legem ſi intelligeres prout ſecundo loco interpretatus eſt Accur.non erit prohibitio diuerſa a prima ſeu illa de qua in.l.j.C.quæ res uen.non poſ.

9 † Frumentum etiam publici canonis in littoribus diſtrahi,& emi capitali pœna prohibitum eſt.idem iuris eſt in frumento exercitui tranſmiſſo.l.pe.et fi.C.quæ res uen.non poſ.et inquit Ang.in ea.l.pe.publicarum mercium contracta commercia in littoribus damnari et illos in littoribus mercari qui contempta recta nauigatione littora deuia ſectati ſpecies publicas auertẽdo diſtraxerunt.l.pe.C.de naui.lib.xj.

10 † Arma quoque priuatis non licet facere, uendere, uel emere,uel transferre,ſolum enim fieri & uendi à priuatis cultellos minores permiſſum eſt, quibus nullus in prœlijs utitur ut in auc.de ar.et in glo.rubr.de fabri.lib.xj.inquit tamen Barto.in.l.prima ff.ad legẽ iuliam.de ui.pub.conſtitutionem prędictam à conſuetudine receptam non fuiſſe,et.ff.iure arma uendi licuiſſe late probat,cuius ſcripta legito,et uera eſt eius ſententia. Non enim hodie fabricenſes,ſeu fabricentios,aut armificatores eligi uidemus, & illud obiter nota quod inquit imperator in.§.mercator de pace tenen.et eius uio. mercator negociandi cauſa per prouinciam pertranſiens gladium ſuæ ſellæ alliget uel ſu-
11 per uehiculum ſuum apponat. † Non ut quem lædat innocentem, ſed ut à prædone ſe defendat,et qđ ſcripſit Mar.conſilio.ciij.nu.32.et Par.de put.in tract. de ſindi.in uerſicu.tortura in uerſicu.an in cauſa pecuniaria.tomo.xiiij.

Admonẽdi etiam ſumus ad barbaros, ſaracenos,hoſteſque Romani Imperii quaſdã res,nec quidem mer-
12 caturæ cauſa transferre prohibitum eſſe, † ut ecce uinum,oleum,et alia liquamina ad huiuſmodi gẽtes ne-



gociationis,ſeu cõmercii etiam cauſa deferre uetamur l.j.C.quæ res exp.idem iuris eſſe in aridis,ibidem ſenſit Accur.facit.l.cotem ferro.ff.de pub.ubi expreſſum eſt in frumento.et uide gl.in.l.uni.C.de lit.et iti.cuſt. Alex.conſ.cxxx.omnipotentis.uol.vij.et probat Nic. Boe.q.clxxviij.nu.11.et primo.

13 † Item Romani Imperii hoſtibus ſub quouis colore loricas,arcus,ſagittas,ſpatas,gladios,tela,ferrum factũ uel infectum,uel alterius generis arma uenundari, et diſtrahi prohibitum eſt. Pernitioſum nãque Romano Imperio,et proditioni proximum eſt, barbaros, quos indigere conuenit telis,eos,ut ualidiores reddãtur inſtruere.l.ij.C.quæ res expor.

Cotem ſimiliter ferro ſubigendam neceſſariam hoſtibus uenundari,& ferrum,& frumentum,& ſalẽ non ſine capitis periculo,licet.l.cotem ferro.ff.de pub.Cuius legis argumento in ea parte, qua de cote cauetur
14 † prohibitionem ad puluerem trahendam puto, quo ad tormenta bellica, uulgo bombardas, nuncupatas, utimur,& idem in ſulphure reſpondendum, ſine quo puluis fieri nequit,& hæc ſententia confirmatur ex ratione legum ſimilia exportari prohibentium,& præſertim ratio Imperatoris in.l.ij.C.quæ res expor.hoc ſuadet in uer.pernitioſum.proxime relato. Nec moueat, quód nec Imperatores, nec Iuriſconſulti cogitauerint dum citatas leges condidere. Id enim ex prædictis remouetur,ac ex his,quæ ſcripſit Deci.in.l.j.nu.11.C.de eden. Accedat,quod Iuriſcõſultus inquit in.l.hoc modo.ff.de cond.& demon.legem reipub.utilem lata adiuuandam eſſe interpretatione. Ad quam legem uidebis,ſi libet Mar.conſi.lxxxv.nu.16.Dec.conſi.lv.Alc. lib.v.parad.c.ix.in fi.& his,quæ primo loco diximus, addes Nic.boe.dec.clxxviij.ſupra relata.

15 † Inquit & Imperator in.l.ij.C.de com.& mer.ſi ulterius aurum pro mancipiis,uel quibuſcunque ſpeciebus ad barbaricum fuerit tranſlatum a mercatoribus non iam damnis,ſed ſuppliciis ſubiugentur,ubi Ange. idem iuris eſſe in argento reſpondit.

Universidad de Deusto Biblioteca



16 ✝ Animalia quoque in barbaricum ſolum transferre prohibemur, ut notatur in. l. uſurpatione. C. de uecti. & com. & uidebis Luc. pen. in. l. uni. C. de lit. & iti. cuſt. lib. xij. qui de prohibitione in Regno Siciliȩ equorum militarium meminit, & uidebis ſing. tex. in. l. officium. §. paternus. ff. de re mili. in illis uerbis equum militarem extra prouinciam ſuam duci non permittere, & his addes, quæ ſcripſit Nic. boc. dec. clxxviij. non ſemel relata. Is enim de prohibitione aſturconum in Regno Hiſpaniæ meminit, & refert And. de iſer. in rubri. quæ ſint reg. col. ult. dixiſſe, ſiquis equos, & arma alio loco habita per Siciliæ regnum transferret, poterit abſque uenia, & ſine permiſſu principis ad domicilii locũ impune deducere. Nec enim prohibitio regalis, quod arma, & equi non extrahantur ad propoſitam facti ſpeciem refertur, citat. l. ſiquis poſt hanc. C. de edifi. priua. & denique in materia uidebis tex. in. l. uni. C. de grege domi. lib. xj.

17 ✝ Et eiuſmodi impios chriſtianos, qui ſaracenis, & hoſtibus Romani Imperii illicitas res exportãt, ſeu per nuncios deſtinant excommunicatos eſſe, capientium ſeruos effici, boniſque priuari lege põtificia ſancitum eſt. c. ita quorundam. c. ſignificauit. c quod olim. & ad liberandam extra de iud. In quibus capitib. lignamina triremium, & ipſas triremes, uel naues ſaracenis uendi etiam prohibentur. Adduntur et aliæ pœnæ in. c. multa mẽtis amaritudine ſito in tit. de iudi. extrauag. commu. ubi in omnibus mercibus ad ſaracenos deferẽdis eſt generalis prohibitio: Iure autem ciuili aduerſus huiuſmodi ſceleratos homines prohibitas res exportantes ad hoſtes pęna eſt bonorum omnium proſcriptio, et capitis periculum, ut legitur in citata. l. ij. C. quæ res expor. et in. l. cotem ferro. ff. de pub.

18 ✝ Sed et illud eleganter quæri poteſt, quæ ſit hęc capitalis pœna, Dicet aliquis expeditum id eſſe, dicitur enim in. l. rei capitalis. ff. de pœnis rei capitalis damnatum: ſic accipere debemus ex qua cauſa damnatos, uel mors, uel etiam ciuitatis amiſsio, ut ſeruitus contingit.



l. ij. ff. de pub. iud. l. qui cum maior. §. is demum. ff. de bo. lib. ff. de uer. ſig. l. licet capitales, et interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quàm exaſperandæ. l. ſi præſes. l. interpretatione. ff. de pœn. et regula in pœnis. de reg. iur. in. vj. Vnde plerique prudentiſsimi iuris interpretes responderunt, ubi de capitali pœna in lege municipali ſit mentio in exilio interpretandam eſſe. Idque ſcripſit Accur. in. l. uni. in uerbo capitali. C. ne chriſtia. man. quod notauit Imo. in. l. ij. ff. de pub. iud. et ſcripſit poſt alios Abb ſicul. in. c. quanto. uer. tertio quæro. nu. 7. de iure. ſubdens id a frequentioribus receptum. Iaſ. in. l. diuortio. nu. 15. ff. ſolu. mat. Deci. in. l. magiſtratibus. nu. 2. ff. de iurisd. om. iud. et in. l. imperium. nu. 14. et ſeq. ff. eo. ubi quædam cõtra hanc ſententiam adducit, meminit et Alcia. in. d. l. licet capitalis. de uer. ſig. Alex. conſi. ciiij. ſtatutum loquens. lib. j. col. j. Ang. are. in prac. in uerbo et ibi caput. nu. 32. et Augu. apud eundem notat Abb. in. c. ſi clerici. nu. 38. de iud. affl. deci. ultima. uer. quarta difficultas. nu. 14. et latiſsime omnium ſcripſit Nic. boe. dec. ccliiij, et præſuppono. Et pro hac ſententia facit tex. in. l. mercatores. C. de com. et mer. in illis uerbis, et præter earum rerum, ac precii amiſsionem, quod fuerit numeratum, uel commutatum exilii ſe pœnæ ſempiternæ ſubdendũ. Item hæc eadem ſententia confirmatur ex his, quæ ſcripſit Bal. poſt glo. in. l. ſi. C. quæ res uen. non poſ.

Contra uero in huiuſmodi ſceleratos homines pœna ultimi ſupplicii animaduertẽdum eſſe ſenſiſſe uidetur. gl. in. c. ita quorundam. in uerbo ferrum. extra de iudi. et apertius ibidem Feli. referendo Bal. in citata. l. ij. C. quæ res expor. tanquam proditores uita priuãdo ſcripſit. Et hæc ſentẽtia, meo quidem iudicio, et uerior et ex mente legum eſt. Congruit enim illa ratio, quòd pro tam magno ſcelere, quod prodicioni proximũ eſt, et ciuilia, et pontificia iura armantur, et uniuerſa chriſtiana reſpublica læditur, ut ex lectione citatorum capitum, et legum euidenter patet. Quæ ſententia confirmari poteſt ex tex. et ſingulari cum glo. in auten. de

Universidad de Deusto
Biblioteca



armis.in.§.oportet.in uerbo pecuniis. Sentit enim Ac
cur.cod.in loco ubi lex pœnæ capitali proſcriptionem
bonorum adiicit eo caſu de morte naturali interpre-
tandam,et hoc innuit,dum inquit, in ære, et perſona.
Relegatio enim,quę perſonam non tangit,non dicitur
perſonalis pœna.et tex.prædictum cum glo.ad id cita-
uit Alb.bru.in lib.de conſtitu.et Dec.in uerbo pœna.
uerſi. pœna capitalis.et notauit addi.apud Abba.in.c.
at ſi clerici.nu.38.de iudi.ſed in.l.ij.C. quæ res expor.
protinus omnia bona fiſco adiici mandatur, conſe-
quenter dicemus,talia admittentes ultimi ſupplicii pę
na damnandos, ex quibus remouetur, quod contra
hanc ſententiam dicebatur legem de capitali pœna in
mitiorem partem interpretandam. Verum,ut euiden-
tior propoſitæ materiæ habeatur intellectus huic rei
quaſdam facti ſpecies adiiciendas putaui.

Et illud primũ ubi lex ciuilis uel municipalis pęna
ipſam capitalẽ declarat, uel alia lege exprimitur, ſeu
19 aliter de mẽte legislatoris cõſtat,eo,† ſeu his caſibus
declarationi legis ſtandum eſſe nemo dubitat. Finge
in.l.ſacculari in.§.ſunt quædam.ff.de extra.crimin.
ubi iuriſconſultus in hæc uerba, hanc rem præſides
exequi ſolent grauiter,uſque ad pœnam capitis quia,
et ipſa res mortem comminatur,item in.l.iulia in.§.fi
na.ff.ad legem iuliam.rep.quem tex.citat Dec.in.d.l.
imperium non caret etiam quod diximus autoritate,
nam Ang.et Alb.Brun.in relatis locis ſcripſere,et om-
nes autores de hoc conſenſerunt,et uidebis Fely.in.c.
qualiter.§.ad corrigendos in fine. de accuſ.nec pro-
fecto dubitandum de his uidetur,quoniam cum ma
nifeſtus legis eſt ſenſus nuſquam interpretatio tãtum
ualet ut melior ſenſu exiſtat,ut inquit imperator in.l.
iij.C.de lib.præt.Iaſ.in conſilio.xcviij.col.pen.uolu.
j.accedo et in conſilio.iij.uo.iij.in cauſa ſocietatis et
conſilio.v.colum.pen.eo.uol. et latius in conſi. xliij.
colum.iij.eod.uolu.et conſilio.cxliij.uolu.iiij. cõſta
re autem de mente legis,ſeu ſtatuti dicimus,uel ſi in
iiſdem,uel alijs legibus exprimatur,uel ſi lege muni-



cipali aliquem capitali pœna plectendum ſimpliciter
caueretur,in articulo in quo ius commune capitalem
pœnam expreſſe declaraſſet.c.cum dilectus de cõſue
tud.idque Ang.Imo.et pleriſque alijs relatis placuit,
et præſertim Alcia.in.l.licet capitalis.ff.de uerb. ſign.

20 † Deinde conſiderabam aliquando capitalem pœ-
nam,ut perſonæ conueniat in morte naturali intelli-
gẽdam uerbi gratia in ſeruo,ut notauit Aug.apud An
ge.in relato loco,et inſpice tex.cum glo.in.l.hos accu
ſare in.§.omnibus de accuſ.

21 † Tum et illam facti ſpeciem cogitabam, ubi in.l.
pœnæ capitali bonorum proſcriptio adijcitur in ultimi
ſupplici,ut diximus,pœnã interpretandam eſſe.§.opor
tet cum gl.in auctẽ.de armis,& aliorum autoritatibus
comprobauimus,quæ autoritates interpretationi di-
ctæ legis.ij.C.quæ res expo.ualde congruant.

22 † Item,et illam facti ſpeciem ſubijcio,ubi lege cõ-
muni,uel municipali de capitali pęna fit mẽtio, in exi
lio intelligendum eſſe,& hanc ſententiam, & ueram,
& ſanè crebriorem eſſe oſtendimus. Quæ ſententia
non incolorate temperari forſan poſſet in delicto atro
ciſſimo.finge enim legem ciuilem, uel municipalem
in delicto atrociſſimo pœnam capitalem irrogare non
puto ueriſimile eſſe legis conditorem de exilio ſenſiſ-
ſe,quinimmo de naturali morte:et cum hoc tempera-
mento communem ſententiam intelligendam eſſe in-
nuit Fely.in.d.§.ad corrigendos in extrema parte, et
conſequenter tento dicere ſi in.l.ij.C.quæ res expor.
non eſſet adiecta bonorum proſcriptio propter ſcele-
ris immanitatem in naturali morte intelligi debuiſſe.
Quia tamen temperamentum eiuſmodi periculoſum
eſt,iterum atque iterum cogitabis nam nulla unquam
de morte hominis cunctatio longa eſt, et relata loca
inſpicies,et præſertim Aug.et Alcia.

23 † Poſtremo ſi epiſcopalis conſtitutio clericum ca-
pitali pœna puniendum decerneret,excommunicatio
nis intelligendam plerique ſenſere,ut inquit Alci. ubi
ſupra,plus admittit in relato loco Auguſt. et ſi epiſco

Universidad de Deusto Biblioteca



palis conſtitutio contra clericos eſſet in hæc uerba
morte moriatur idem iuris tamen eſſe.
24 Sed, ut aliquando unde diuerteram redeam, † non
obſtat lex mercatores. C. de cō. et mer. loquitur enim
in mercibus non prohibitis, alioquin abſurdum eſſet
pari pœna exportantes prohibitas merces, et non pro
hibitas puniri, pro admiſſi enim ſceleris qualitatis pœ
nas imponi non eſt iuris ambigui. l. reſcriptum. ff. de
his quib. ut indig. c. quæſiuit de his quæ fiunt à maio.
par. cap. c. non afferamus ſtateras in fi. xiiij. q. j. Dec. in
c. at ſi clerici numero. xj. extra de iud. et ad prædictā
interpretationem. l. ij. uidebis quæ ſcripſimus ſupra in
ea parte quam inſcripſimus de ſtatu merca. uerſiculo
deinde et illud nu. et quædam quæ ad hunc locum
ualde pertinent illinc aſſumens. Lex etiam fi. ad hunc
locum et propoſitam quæſtionem non ualde pertinet
et id quod de capitali pœna ibidem ſcripſit Bal. ex prę
dictis remouetur.
25 Animaduertendum eſt † ēt ad Barbaricum ſolum ui
num, uel oleum ſeu aliud liquamen exportari, nec qui
dem guſtus cauſa licere. l. j. C. quæ res expor. quā pro
hibitionem in aliis rebus in. d. l. ij. eiuſdem tituli enu-
meratis cenſeri arbitror, et ſi non guſtus ſenſus, ſed
alius ſenſus interueniat. finge enim aliquem ad Ro-
māni imperij hoſtes enſem unum, uel loricam unam
exempli ſeu ſpeciminis cauſa et (ut uulgo dicere ſole-
mus) per monſtra exportaſſe pactumque eſſe de expor
tando plures ſi placuerit eiuſdem generis ſeu ſpecimi
nis hunc in prohibitionem incidere et contra legem
uenire putarem. Cū enim et eadem ratio ſimiliter in
terueniat ſequitur ut idē debeat exiſtimari quod for-
ſan ea l. j. Accur. ſentit dum legem illam in liquamini
bus loquentem, et in aridis locum habere ait. Nec mo
uere quēquam debet. l. ij. C. quæ res expor. in illis uer-
bis Barbaros quos indigere conuenit telis, et reliqua.
ualidiores enim Barbari fieri nō poſſunt ex lorica una
uel enſe uno, quoniam ex ſpecimine ſeu exemplo in-
ſtruuntur Barbari idque argumento eiuſdem legis in



uerbo inſtruere et. l. fi. C. de pen. Diuerſum tamen re-
26 ſpondendum ſentio † ſi municipali lege uinum extra
territorium ſub pœna exportari prohibetur, ut ſcili-
cet in pœnam nō incidat is qui metretam uini guſtus
cauſa exportauerit, licet Bal. in citata. l. j. contra ſen-
ſerit et probetur eius ſententia à Iaſo. in. l. non dubiū
C. de leg. numero. 46. et Alex. apud Bar. in. l. quæſitum
in. §. illud. ff. de leg. iij. et defendatur ab Alciato diſpu.
lib. iiij. c. xj. et placuerit Nico. Boe. dec. cclxxvij. et ui
detur nume. ix. qui citat Ioan. de ann. in. c. ita quorun
dam de iud. et Andr. Bar. conſilio. lvij. numero nono
uol. j. huic ſententiæ aſſenſiſſe ſententia enim Bal. no
tatur à Sal. in. d. l. j. notatur à Iaſone qui in articulo ſi-
bi parum conſtitit in. l. ij. ff. de iuriſ. om. iudi. & qui-
dem rationibus, & uidebis ſub numero. xxv. reproba
tur etiam à Fely. in. c. ita quorundam ſub numero. ij.
de iud. & quidem optima ratione. Sancitum eſt enim
ad hoſtes exportari non licere nec quidem guſtus cau
ſa, ne hoſtibus cauſa præbeatur in chriſtianorum ter
ras irruendi. Quæ ſententia confirmari eo poteſt quia
parem rationem in rebus prohibitis exportari muni-
cipali lege, & prohibitis exportari ad hoſtes nemo dixe
rit. Altero enim caſu uniuerſa chriſtiana religio atque
reſpublica defenditur atque conſeruatur, ut patet ex
citatis iuribus, & capitibus. Altero uero ut annona in
loco uberior ſit, neue locus egeat re prohibitam ex-
trahi prohibetur, atque conſulitur, & hanc rationē le-
gis municipalis fuiſſe ſcripſit Bald. in. l. cætera in. §. ſed
& ſiquis. ff. de leg. j. & probat alios referendo Alb. br.
in lib. de conſ. & decre. in uerbo deuetum uerſ. ſtatuta
quæ prohibent transferri.
Illud etiam mercatores non ignorare expedit plu-
res chriſtianos eſſe princeps, & Reges qui imperatoriæ
27 ditioni non ſubijciuntur, † & bellum utique poſſe in-
dicere, & illi quibus bellum indictum eſt hoſtes Regis
& regis illius dicuntur, ponamus in regibus Galliæ, &
Anglorum inter quos durante bello merces tam pro-
hibitas quam alias quaſcunque tanquā hoſtes expor-

Universidad de Deusto Biblioteca



tare non licet,ne alieni Regni,quod nō conuenit,ſcru
tentur archana,ut dixit imperator in.l. mercatores.C.
de com.& mer.& ſenſit Bal.in.l.ij.C.quæ res expor.
& diffuſe tractauit Nic.boe.q.clxxxviij.cuius ſcripta
cum inter manus uerſentur iura,& autoritates quæ ci
tat conſulto prætereo & his addes quæ in ſecūda par
te attigi uerſi.rurſus.

Reliquum eſt ut in illicitis mercibus utiliſſimum il
lud & quottidianum referam Pauli iuriſconſulti in.l.
coté ferro.in.§.dominus.ff.de pub.cuius uerba ſunt
28 hæc dominus nauis ſi illicite aliqd ✝ in naue uel ipſe,
uel rectores,uel conductores impoſuerint nauis quo-
que fiſco uēdicatur,quod ſi abſente domino.id a Ma-
giſtro,uel Gubernatore,uel conductore,aut prorheta
nauta ue aliquid factum ſit,ipſi quidem capite puniū-
tur commiſſis mercibus, nauis autem domino reſti-
tuitur.illicitarum mercium perſecutio hæredem quo-
que afficit,ut enim dominus nauis naui priuetur eius
ſcientia requiritur quod notauit ibidem glo.& ad ma-
teriam uidebis Cy.Bar.& cæteros iuris interpretes in
l.cum proponas.C.de nau.fœnor & plenius ad inter-
pretationem dicti.§.uidebis Nicol.boer.qō.clxxviij.
nuper relata ubi an pp illicitas merces licitę quoq; am-
miſſæ cenſeantur diſputat, & tractat quid ſi nō aſpor
tantis,ſed alterius ſint, & ait receptum eſſe ſiquidem
is ſciuerit amiſſas etiam non prohibitas ratione prohi-
bitarum eſſe,contra uero ſi ignorauerit.

29 ✝ Negociadi quoque cauſa edificia demoliri,& mar
mora diſtrahi edicto diui Veſpaſiani, & Senat. Conſ.
uetitum eſt.l.negociandi.C.de edif.priua.& pœna in
eum qui aduerſus.S.C.faceret conſtituta eſt.l.ſena-
tus.ff.de contrahenda emptione.l.cætera.ff.de lega.
j.l.fina.ff.de damno infect.l.marcellus.ff.de don.int.
uirum & uxorem.

30 ✝ Nec eſt ſilentio prætereundum ſalinarum reditus
& ſalinaria,ſeu ſalinarum uectigal inter regalia connu
merari,ut in ti.quæ ſint reg.in uſibus feud.l.inter pu-
blicas.ff.de uerbo.ſig.&.c.ſuper quibusdam.uer.præ-



terea.extra cod.Vnde mulieres in opus ſalinarum ob
maleficium damnari ſolebant.l.mulier in opus.ff.de
cap.l.aut dānum.§.in miniſterium.ff.de pœnis. Adeo
ut ſal uendere his tantum permiſſum intelligatur, qui
a fiſco hocius emerunt,ut ſcripſit Alcia. in citata.l.in-
ter publicas.Et ſiquis ſine uenia,ſeu licētia eorum,qui
a fiſco emerunt,ſeu ſalinarium conductorum ſal eme
re,uendere ue tentauerit,& ſi munitus eſſet Cæſareo,
ſeu Apoſtolico oraculo,ſales tamen ipſi cum precio in
commiſſum cadunt,& emptoribus,ſeu ſalinarum con
ductoribus debetur.l.ſiquis.C.de uec.& com. ubi iu-
ris interpretes,& ſcripſit Bert.in tract.de gab.in.vij.q.
prin.num.33.tomo.vj. Conſequenter igitur intelligis
mercatoribus in ſale paſſim mercaturam exercere ius
non eſſe,poſſunt enim emere a fiſco,ut his,qui largita-
te Imperatoris,ſeu Pontificis ius regale huiuſmodi ha-
bent. Vt municipibus,hoc eſt, his, qui a fiſco ius eiuſ-
modi habent,uendant,& quottidie uidemus ſale one-
ratas naues portui Anconitano applicare,& reipub.An
conitanæ,quæ ius tale regale ex pontificia largitate ha
bet,a mercatoribus uendi.

31 ✝ Sunt & aliæ pœnales prohibitiones,& quidem pō
tificiæ,circa ſal,Vnde in materia uidebis,quæ Alexā.
ſcripſit in conſil.lxxxvj.uiſa inquiſitione. uol.iiij.tra-
ctat etiam ad id pertinentia complura Aymon crauc.
conſi.vj.plura uidenda.uer.quintum ſcelus.num.110.
quæ ipſe diſpicies,& adeo in delinquentes circa ſal di-
ſtricte procedi,atque ſeueriſſime animaduerti ſolet,ut
uix mercatorem, ni fallor, prorſus innocentem in pa-
32 tria mea defenderim. ✝ Is enim cum ſalſamentorum,
ſeu ſalgamorum,& ( ut uulgari uerbo in poſterū utar)
ſaluminum copiam magnam mari in uegetibus Anco
nam exportaſſet,cum magna uegete Muriæ,uulgo ſa-
lamoræ nuncupatæ expoſuit,intromiſitque nullo uer
bo publicanis facto de uegete Muriæ,crediderūt enim
dolia omnia ſaluminibus plena. Re igitur comperta
contra mercatorem inſtituta fuit inquiſitio,quód clan
culum contra conſtitutiones tam pontificias,quàm lo

Universidad de Deusto Biblioteca



ei ſal intromiſiſſet, & ſale a municipibus, ſeu officiali-
bus non uendito uſus eſſet. Quem ego ex pluribus de
fendi. Primum quia conſtitutionibus ſal, & ſaluca pro-
hibebantur, Muria autem, ſeu ſalamora erat res diuer-
ſa, idque ex nomine demōſtratur. l. ſi idem. C. de codi.
Deinde, quia propter additionem aquę mutabatur for
ma ſalis, quæ forma in aliud corpus res transfert, &
prope rei ſubſtantia interit. l. iulianus. §. ſiquis rem. ff.
33 ad exhi. ✝ Item dicebam negari nō poſſe muriam rem
mixtam eſſe, ſcilicet, aqua, & ſale, & ſimplicis appellatio
ne in pœnalibus mixtum non contineri. l. uim paſſam
§. præſcriptione. ff. de adul. & ſcribunt diffuſe iuris in-
terpretes in. l. ij. ff. de uerb. ob. & propius ad rem acce
dens ſi muria ad ſui redigeretur initia, ſimplicis, ſcili-
cet, id eſt, ſalis, maxima fieret diminutio, adeo quòd ſi
ſæpius fieret propter materiæ debilitatem uires eiuſdē
effugerent. l. quæſitū. §. illud fortaſſe. ff. de leg. iij. quæ
ratio fraudis ſuſpitionem remouet, adeo, ut ſani capi-
tis dicere nemo poſſet, legi fraudem factam eſſe, cum
non expediret mercatori conficere muriam gratia ha-
bendi ſal. Rurſus defendebā arg. ab abſurdo, Omnes
enim qui ſalgama, ſeu ſalumina exportarent, ſi muria
includeretur, in prohibitionibus inciderēt, Cum eiuſ-
modi ſalumina abſque muria eſſe nō poſſint, corrum
perentur enim. Et idem cenſeri in uegete muriæ ſepa-
rata a saluminibus, quod in muria adiecta ſalumini-
34. bus & ipſis immixta. ✝ Potentia enim actui proxima
in actu habetur. l. pe. ubi glo. & Barto. ff. de mili. teſta.
Iaſ. in. l. cætera. §. fi. nu. 17. & in fi. ff. de leg. j. & tractat
Mar. ſing. cccxxv. dixi tibi. ubi ſe latius tractaſſe refert
in. l. pe. ff. de quæſt. Tum & illud mouebat me merca
toris primum propoſitum bonum. & referebam Bart.
35 in. d. l. cætera. §. fi. ſub nu. 3. poſt Quig. dixiſſe, ✝ ſi lex
municipalis uetat quenquam frumentum in foro eme
re, niſi uictus cauſa, non includi in prohibitione ſcho-
larem, qui uictus cauſa pro toto anno frumētum eme-
rit, deinde mutato propoſito uolens recedere frumen
36 tum met uendiderit, ✝ honeſtum enim, & licitum pri-
mum



mum propoſitum inſpiciendum ait, cuius ſententiam
plerique probarunt, facit. l. j. §. unde quærit ofilius. ff.
de exerci. pari ergo ratione bonum conſilium merca-
toris a principio damnandum non eſſe, qui timens ne
ſalumina penuria murię corrumperentur, ſi forſan iter
longius eſſet, muria ſibi præuidit loco. Addebam & il-
lud conſtitutionem de ſale in illis locum habere, qui
contra conſtitutionem quid dolo facerent, In merca-
tore autem noſtro dolum abfuiſſe ex prædictis conſta
re, & prætermiſſis his, quæ habentur in. l. in lege corne
lia. ff. de ſicca. & ſexcentis aliis locis uulgaribus refere-
bam, quę ſcripſit Aym. in conſi. vj. nu. 111. & ſeq. Poſtre
mo quòd ueges muriæ ſalgamorum cauſa eſſet acce-
dentibus præcipue tot, tantisque coniecturis, mercato-
ris iuramento ſtandum eſſe dicebam, iuxta glo. in cle.
fi. in uerbo non negociandi. de cenſi. quam citat Bald.
in. l. cum proponas. col. pen. C. de nau. fœno. & plene
ſcripſit Alex. in. l. cætera. in. §. ſed & ſiquis. ff. de leg. j.
& ibidem Iaſ. ſub nu. 8. qui etiam refert Bal. in. l. ſiquis
non dicam rapere. in. iij. oppoſitione. C. de epiſ. & cle.
citantem. l. uni. C. de lit. & itine. cuſt. lib. xij.
37 ✝ Eſt & illud notandum publica pecunia mercatu-
ram fieri prohibitum eſſe. Idque notauit Bar. in. l. diu
minime. C. de ſuſcep. præ. & arc. lib. x. motus eadem. l.
& citauit. l. j. & ij. C. de his, qui ex pub. rat. & l. j. C. de
his, quæ ex pub. col. lib. x. & facit. l. uni. C. de au. pub.
perſecu. Perſecutorum enim (ſi Budeo credimus) mu
nus erat iudicio experiri contra eos, qui aurum, uel pe
cuniam, uel argentum reipub. debebant. In qua. l. Bar.
ſcripſit in hæc uerba, Exactores publici ſi exigunt pe-
cuniam, non poſſunt eam redigere in florenos, uel flo
renos in pecuniam abſque uenia, ſeu licentia, & omne
lucrum, quod hi perciperent, ad rempub. pertinet, me
rito repeti poteſt, & qui eiuſmodi lucrum retinent, nō
ſine peccato retinent. hactenus Bar. in prædicta, ſeu ſi
milia uerba, quem refert Dec. in conſi. vj. & non inſub
tiliter differendo, in materia tres facti ſpecies cōſtituit.
Prima eſt in eo, qui pecuniam publicam pro domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



no,uel repub.recipit,quam ſtatim debet reſtituere, ut
is negociari publica pecunia,& lucrari non poſſit,cum
enim ſtatim non reſtituat in mora eſſe cenſetur, ut in
citatis iuribus.

Secundam facti ſpeciem in eo conſtituit,qui pecuni
am pro repub.recipit,quam licet incontinenti reſtitue
re non debeat,illam tamen in oportunis,& neceſſariis
rebus reipub.erogare tenetur, & hunc ſimiliter poſſe
dicta pecunia negociari,aut ea uti uetat. hæc enim pe-
cunia ad reipub.uſum parata,& in promptu ſemper eſ
ſe debet,idque probatur ex his, quæ ſcripſit Bart.in.l.
ij.C.de his,quæ ex pub.col. Inquit enim, Nota hanc
legem contra conſeruatores monetę,qui pecuniam pu
blicam ad ſolutionem ſalariorum doctorum deſtinatã
in alios uſus transferunt,& pone ſecundum Dec.in ca
38 merlingis Florentiæ. † Et ego aliquando retuli contra
quoſdam depoſitarios cõmunis Anconæ,& nota,ſunt
enim qui in id crimen nõnunquam incidant. Et hanc
ſententiam confirmabam ex.l ij.ff.ad leg.iul. pecu.&
l.iiij.§.lege iulia.eo.ti.ubi Mar.& Pau. iureconſulti in
hæc uerba inquiũt: Lege Iulia de reſiduis tenetur,qui
publicam pecuniam delegatam in uſum aliquem reti-
nuit, neque in eum uſum conſumpſit. Item is apud
quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione ex
pecunia,quã accepit, aliaue qua ex cauſa pecunia pu-
blica reſedit,ſed & qui pecuniam publicam in uſu ali-
quo acceptam retinuerit,nec erogauerit,hac lege tene
tur,qua lege damnatus amplius tertia parte quàm de-
bet,punitur. Hæc illi.

Tertiam ſpeciem relatus Deci. in eo conſtituit, qui
paulatim exigit pecunias pro domino,uel repub.quas
omnes tenetur poſtea infra certum tempus reſtituere,
in qua ſpecie reſpondit hũc propria pecunia lucratum
cenſeri,& ſibi lucrũ ex negociatione quærere, is enim
in genere ad reſtitutionem receptarum pecuniarum
obligatus cenſetur, idque magis reipub. expedit,citat
Cy.& Bal.in.l.incendium.ff.ſi cer.pet. Ang.& alios in
l.cum quid.ff.ſi cer.pe.&.l.in naui ſauphelli.uer. nam



ſi.ff.loca.

Quibus & illud adiiciendum eſt, quod Iuriſconſul-
39 tus ait in.l.qui ſine uſuris.ff.de neg.geſt. † magiſtratus
qui publicam pecuniam in uſus ſuos conuertit, maxi-
mas uſuras præſtare uice cuiuſdam pœnæ debere a di
uis principibus conſtitutum eſt.

40 † Publicis etiam rebus mercaturã facere uetamur:
ſpecies enim publicæ in negociationis emolumenta
conuerti non debent.l.ij.C.de naui.libr.xj. ubi Luc.
41 pen.inquit, † tempore horrendæ famis quoſdam pu-
blicis pecuniis emendi frumenti gratia miſſos fuiſſe,
diuque moram traxiſſe, & exquiſitis excuſationibus
moram uelare quæſiuiſſet. Cum tamen publicis pecu-
niis negociati eſſent,horum inquit fraudem,negligen-
tiam,& immanitatem uendẽdam, & in eos ſeueriſſime
animaduertendum,non enim hoc homo ſolus,ſed to
tus populus trucidatur. ſecundum Greg. in regu.c.ij.
hactenus ille in uerba ſupraſcripta, quæ adiicies his,
quæ de publicis pecuniis proxime diximus.

42 † Item arbores ex luco Daphnes, uel cupreſſos ex
luco perſcidos ementes,& uendẽtes nouerint ſe quin-
que libris auri eſſe multandos.l.j.&.ij.C. de lupreſ.
quemadmodum in Aegypto Sycomorum arbores ex-
cidentes extra ordinem non leui pœna coercentur. Ic-
circo,quôd hæ arbores colligant aggeres niloticos per
quôs incrementa nil diſpenſantur,& curentur.l.ſaccu
larii.§.ſiquis arborem.ff.de extrahen.crimini. quibus
43 addes.l.in fraudẽ.in.§.conductor.ff.de iure fiſ. † Item
ueneni mali emptio non contrahitur, ſecundum ea,
quæ ſcripſit Iuriſconſultus in.l. quod ſæpe.§. ueneni
mali.ff.de contrahen.emptione. & in.l.iij.ff. de ſicca.
Conſequenter intelligis in his ſine permiſſu principis
negociationem fieri non poſſe.

44 † Notandum eſt & illud,locorum conſtitutionibus
negociandi facultatem iuſta de cauſa plerunque arcta
ri, ut ecce in patria mea nõnunquam decreta fiunt ne
frumentum uendendi,negociandique cauſa quis eme
45 re præſumat, † Quod decretum (ut penuriæ occurra-

Universidad de Deusto Biblioteca



tur,de iure ualet , idque probari uidetur ex his , quæ
ſcripſit Bar.in.l.cætera.in.§.fin. & ibidem plenius Iaſ.
ſub nu.14.ff. de lega.j. Accedat,quod ſcripſit Bar.in.l.
46 j.C.de fru.ui.conſt. ✝ inquit enim ex mala adminiſtra
47 tione frumenti penuriam creſcere. ✝ Vnde præfecti an
nonæ ordinem dare,ſeu ponere poſſunt,qualiter quo
ordine,quantũ ue frumenti uendi poſſit quolibet die,
uel menſe,quem refert,& probat Corſe. in ſingu.ſuis
in uerbo frumentum.& addes Abb.in.c.j. de empt.&
uen.nu.6.& quæ notauit Ant.fran.apud eum.

48 ✝ Similiter in patria mea uiget aliud decretum , &
quidem pœnale , quo omnibus prohibetur mari , uel
terra ad ciuitatem poſt feſtum omnium ſanctorum ui
num importare,quod ſtatutum & in ciuitate Tergeſti
eſſe,& obſeruari debere,ſcripſit Bal.reſponſorum lib.
ij.reſpõ.cxcij.ſtatutum ciuitatis Tergeſti,& obſeruan
dum eſſe dictum ſtatutum colliges ex his,quæ ſcripſit
Nic.boe.dec.cclxxvij.& uidetur.nu.9. Accedat,quod
Paul.& Iaſ.tractant in.l.cætera in.§.ſed & ſiquis.ff.de
49 lega.j. ✝ Innuunt enim legem municipalem ualere,
quòd extraneorum panni non intromittantur,& tem-
perando,ſeu declarando ſubdũt legem prædictam in-
telligendam in his,qui pannos intromittunt,ut in loco
uſus hominum eiuſdem loci remaneant, ad illos autẽ
non referatur,qui itineris cauſa aduehunt , & ( ut ipſi
dicunt ) per tranſitum,quam ſententiam probat Alex.
in conſil.lxxxvj.uiſa.uol.iiij.nu.4.pro qua ſententia
eſt tex.iuncta glo.in.l.ſiquis poſt hanc.C.de ædifi.pri
ua.&confirmabis ex his, quæ ſcripſit Andr. de Iſer.in
rub.quæ ſint reg.& Nic.boe. dec.clxxviij.num.12.&
quæ eadem parte nos diximus, uer.animalia quoque.
Vnde ſi nauis onuſta uino itineris cauſa portui Anco-
næ poſt feſtum omnium Sanctorum applicaret in pro
hibitionem magiſter nauis non incideret,cum uinum
aliò ſit importaturus. Idem iuris eſſet ſi ui uentorum,
&aduerſa tempeſtate in portum deferatur,uel quia na
uis uitium faciebat , uinum fuit expoſitum, non ut in
uſus habitantium conuerteretur. arg.l.Cæſar.l.inter-



dum.§.ſi propter neceſſitatem.ff.de publi.&.l.fi.§.idẽ
iuris.ff.ad leg.Rho.de iac.Et denique dictũ conſilium
Bal.ad declarationem eiuſdẽ decreti Anconitani ual-
de notabis,& uidebis Bert. in trac.de gab.in.viij.par.
prin.in prin.tomo.vj.

50 ✝ Sunt & ſexcentæ leges municipales in diuerſis
mundi partibus , quibus mercatura in quibuſdam re-
bus arctatur,quas referre non expedit,nec ad rem ual
de pertinet,Sufficit ergo prædicta attigiſſe, & hæc loca
ad materiam ſubiicere Guid. pap.q.cclxxiij. utrum
uetitum.&.q.cccclxxij.ſi fuerit.Gand.in trac.maleſi.
in rub.de rebus non por.con.de. Aſten.in uol.de con-
ſti.& decre.in uerbo deuetum.ubi diffuſe Nicol. boe.
q.clxxviij.

Sciendum eſt etiam , licet grauius uideatur iniuria,
quę inani honeſtatis colore uelatur,ut homines de re
bus ſuis aliquid facere cogantur inuiti,ut inquit Impe-
rator in.l.dudum.C.de contrahen.emp. Vnuſquiſque
enim rei ſuæ moderator eſt,& arbiter.l.in re mandata
C.manda.& periniquum eſt non eſſe ingenuis homini
bus rerum ſuarum liberam alienationem.l.ij.ſi a pa-
rente quis fuerit manu.& ſcribit alios referendo Aym.
51 crau.conſi.vj.num.121. ✝ Mercatoribus tamen qui res
uænales,& neceſſarias ad quottidianum hominum ui
ctum expoſuere, precium moderari poſſe , & modera-
tionem in uendendis mercibus adhiberi. ſecundum
Bar.in.l.nemo.C.de iud.& in.l.Imperatores.ff.ad leg.
Iul.de anno.& in.l.j.in.§.cura carnis.ff.de offi.præfe.
urb.& Iaſ.in.l.j.ij.col.ff.de leg.& propius ad rem tra-
ctant Bar. Bal.& Saly.in.l.j.C.de epiſc.audi.& Abb.in
c.j.nu.6.de emptio.& uenditio. Vnde relati iuris inter
pretes inquiunt,Cum uerbo uictus,ueſtitus continea
tur, nam ſine eo duci uita non poteſt.l.uerbo uictus.
ff.de uerbo.ſigni. Mercatoribus pannos uendentibus
certam adiici taxationem in precio poſſe. Item cum ſi-
militer habitatio uerbo uictus contineatur , ut ead.l.
probatur penſiones domorum moderari poſſe, & mo-
deratas penſiones domorum dominos recipere cogen

Universidad de Deusto Biblioteca

dos eſſe,quod in patria mea ualde notandum eſt, propter aſsiduam, & frequẽtem aduenarum conuerſationem,& his addes Aſten.in uol. de conſtitu. & Deci.in uerbo uendere,uerſicu. ſtante ſtatuto cap.thol.deci. ccccxlvj.item fuit quæſitum. & apud eam Stephanus plenius notauit.

52 ✝ Denique huic tractatui illud eſt adiiciendũ,quod eleganter Vlpianus ait in.l.iij.in.§. ne potentiores.ff. de offi.præſid. ut licita negociatione nemo prohibendus eſt,ita & prohibita exercere quiſquam nõ debet.

FINIS QVARTAE PARTIS.



# *SVMMÆRIVM*

## RERVM, QVAE IN TITVLO DE CONTRACTIBVS CONTINENTVR.

1 *Nuda pactio obligationem non parit,exceptionem parit.*

2 *Mercator ſi paciſcatur in nundinis ricinenſium centum ſolui & ſi debitor præſtituto die non ſoluerit pro intereſſe decem dari an ualeat pactio.*

3 *Mercator ut lucrum ceſſans cõſequi poſſit quæ debeat probare.*

4 *Lucrum ceſſans in infinitum non eſt producendum ſed primum lucrum tantum peti poteſt.*

5 *Piſcator,uenator,et auceps lucrum ceſſans petere non poſſunt. & quare.*

6 *Pactum quod de damnis ſtetur ſimplici uerbo ſeu iuramento quod ualeat & declarationes ad conuentionem eo. in loc.*

7 *Pactum in pecunia mutata quod ſalua ſorte ita quod de ea in dubium non eatur lucrum,diuidatur an ualeat.*

8 *Mercatori tradens pecuniam ut lucrum et damnum ſentiat,nũ poſſit petere ubi uolueri ut ſibi à mercatore rationes reddantur diſtringuitur,& diſtinctionis ſœdere diſſentientes doctores ad concordiam redegit.*

9 *Mercator ſi ad lucrum & damnum pecunias mutuas recepit et ſe damnum deinde paſſum affirmat , ut puta naufragij. Nũ ſit ſtatutum tempus a iure eidem ad faciendum fidem de prædictis,et quod teſtes ſuper naufragio in loco in quo caſus euenit minus legitime recepti probent.*

10 *Pater, & filius ſi in eodem inſtrumento ſe precium aut aliud quippiã recepiſſe fateantur an alter tantum uel potius uterque recepiſſe præſumatur.*

11 *Mercatores qui merces per tranſennam ſeu foramina in uendẽdo ſeu permutando oſtendunt reprehenduntur.*

12 *Adagia ſeu prouerbia illa in folle offerre,et in folle merces non emendas declarantur.*

13 *Socius in caſibus in quibus conſocium obligat intelligitur durãte ſocietate.*

14 *Interpretatio ad.l. ſed & ſi pupillus in.§. de quo palam. ff.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de inſt.

15 Socius conſocium obligat pro ea ſumma tantum quam in ſocietate habere compertum eſt, item quando ſocietatis nomine contrahit.

16 Societas ſi eſt coita inter plures ad certum tempus quemadmodum ſors ipſa niſi finita ſocietate inuitis ſocijs diminui nõ poteſt, ita & lucrum.

17 Mercatores ſcribunt titius & ſocij de qua formula multa.

18 Lex ſiquis maior. C. de tranſac. an habeat locum in curia mercatorum ut ſcilicet non liceat purgare moram uel liceat pro ut de æquitate canonica.

19 Lex ſiquis maior. C. de tranſac an ſit reſtringenda uel extẽdẽda

20 Similitudo an bona ſit de foro canonico ad curiam mercatorũ.

21 Actio ad pœnam competit etiam ſi nihil ſtipulatoris interſit ſi contrauentum fuerit, quid in curia Mercatorum diſputatur.

22 Pœna quæ ex partium conuentione proficiſcitur an cenſeatur contra æquitatem, & quod titulus de conſtituta pecunia ſit factus propter mercatores.

23 Pœnæ legales non debentur in foro conſcientiæ, conuentionales debentur etiam ſi nihil interſit.

24 Interpretatio ad. c. ſuam. de pœnis relatiue.



# DE CONTRACTIBVS MERCATORVM.

b ENE eſt priuſquam ad alias partes huius tractatus tranſeamus quædam ad mercatores, ipſamque mercaturam pertinentia ſub ſingularibus titulis hic inſerere, & modo pauca de cõtractibus mercatorum referemus, prætermiſsis his quæ Franc. nider in tracta. ſuo de contractibus mercatorum ſcripſit, ea enim magis ad animam, & poli forum quam iudiciales diſceptationes pertinent, & cum materia à nobis tractanda nihil commune habent, & miſſa etiam faciemus ea quæ Baldus ſcripſit in tracta. de conſti. poſito ſub rubri. C. de conſt. pecu.

Illud in primis uulgare eſt nudam pactionem obli
1 gationem non parere, ✝ ſed exceptionem parere. l. iu
riſgentium. §. ſed cum nulla uerſic. igitur nuda. ff. de
pactis. At in curia mercatorum in qua quæſtiones
ſunt de bono, & æquo, huiuſmodi exceptio quòd ex
pacto nudo actio non oriatur reijcitur, Quinimmo ex
ea agi poſſe receptum eſt. idque eleganter ſcripſit Bar.
in. l. Quintus Mutius. ff. manda. & probat Bald. in. l. ſi
pro ea. C. mand. & in. l. ij. C. de conſt. pec. ſaly. in. l. pla
cuit. C. de iud. Iaſ. etiam non improbat in citato. §. ſed
cum nulla nume. xj. & Fel. in. c. j. nume. iiij. extra de
pac. & in pulchra facti ſpecie ſcripſit Alex. in conſi. lij.
numero. iij. et. iiij. uol. vj. Dec. etiam huic ſententiç aſ
ſentitur in pleriſque locis, & præſertim in conſi. vij. nu
mero. iij. & pro tenui, & conſi. cvij. in cauſa, colum. ij.
& conſi. cccccxxj. num. xvij. plene & ſubtiliter, quibus
addes Io. Bapt. ſeuc. in trac. de pact. q. xiij. numero. 2.
Pau. Par. conſi. lxxxij. aduertendum. nume. xviij. uol.
j. Blan. in trac. de compa. in prima. q. numero. xliij to.
xij. Matt. affl. deci. cccxcix. nume. iij. fuit latum, & uidebis quæ ſcripſit Soci. in rub. de uerbo. oblig. colum.
ij. & ſeq. quam ſententiam tot legum prudentum au-

Universidad de Deusto Biblioteca



toritate confirmatam ego etiam probo licet Roma.in
l.filiusfamilias.ff.de dona.eam notauerit, me enim &
autoritas prudentisſimorum uirorum, & rationes mo
uent,ut longe a bona fide abſit in curia mercatorum
obijcere,nudo pacto promiſsi eſtimatio enim ualde læ
ditur(ut belliſsime in pulchra.q. Quintus Mutius iu-
riſconſultus conſiderauit)& æquitati naturali conue-
nit inter eos qui plurimum negociantur pacta ſeruari
vt ſcripſit Bal.in.c.ſi pro debilitate extra de off.deleg.
& confirmabis ex his quæ diximus in prin.ij. par. nu.
& in vltima par. dicemus ſub numero. & ad-
des etiam his quæ ſcripſit Mar.Man.in conſi.xij.intel
lecta.numero.xiiij.

2 ¶ Solent mercatores quotidie paciſci ſtipulatione
interueniente in nundinis finge Ricinenſium centum
ſolui,& addere ſi centum debitor præſtituto die non
ſoluerit,pro intereſſe decem etiã dinumeret,in qua fa-
cti ſpecie uidendum eſt num conuentioni ſtãdum ſit,
& ſtare uidebatur,quoniam in his qui merces compa-
rare ſolent,non ſolius damni,ſed & ceſſantis lucri eſt
habenda ratio.l.iij.§.fi.ff.de eo quod cer.lo.ubi Bart.
& idem ait Bar.in.l.uni.C.de ſen.quæ pro.quòd int.
numero.25.& probat Alex.in conſi.cxc.uiſa ſcriptura
numero.iiij.uol.ij.& in conſilio.cxli.uiſo themate in
prin.uol.v.idque receptum eſſe ſcripſit Dec. poſt Fel.
in.c.cum uenerabilis col.vj.de excep.licet eo in loco
ſubdubitauerit,& idem Dec.in conſi.cccxlj.in fi.præ
ſens conſultatio,& complures refert And.tiraq. in cõ.
de utroque ret.§.j.glo.xviij.nu.lxxj.pag. ccclxiij.
Contra uero conuentioni ſtandum non eſſe probatur
autoritate Bal.in.l.rogaſti.§.ſi tibi.col.ij.ff.ſi cer. pet.
inquit enim in fraudem uſurarum pactum ſeu confeſ-
ſionem adiectam cenſeri.l.qui teſtamentum.ff.de pro
ba.& tanti ſua intereſſe in præſtituto tempore pecu-
niam ſolutam non fuiſſe probari oportere.ff. de ac.&
oblig.l.traiectitiæ,& conſequenter certa ſumma con-
uentionem initam non ualere . idem probauit Albe.
in.l.j.C.de ſum.tri.& Dec.in conſil.xxxix.iuridicam,



numero.v.qui alios idem ſentientes citat,& in conſil.
cxix.& pro tenui,col.antep.& in conſi.clxxxiij.in cõ
trouerſia numero.iij.& in conſi.cccxxij.nu.4. & ſeq.
quod & uerum puto. Vt enim mercator lucrum ceſ-
ſans poſſit conſequi quædam probare aſtringitur . Et
illud primum debitorem in mora reſtituendi pecu-
niam fuiſſe,ut ſcripſit Dec.in conſi.cxvj.in fi.et in con
ſilio.cccxlj.in fi.& Alex.noſter probat in conſi.cxcj.
numero.4.uiſa ſcriptura uol.ij.Deinde probare debet
qualitatem illam ſe ſcilicet mercatorem eſſe,& merces
ſolitum comparare,ut eleganter inſtruit idem Alex.in
conſi cxlj.uiſo themate in prin.uol.v.quem refert , &
probat Dec.in citato conſi.xxxix.iuridicam propè nu
merum quintum,& conſi.cccxxij.nu.v. poſtremo lu-
crum ceſſans probare debet modo quo a Pau.caſtren.
is enim in.l.iij.§.nunc de officio numero.iij.ff. de eo
quod cer.loco.ſcripſit in uerba infraſcripta:probare de
bes quòd mercator habuit præ manibus merces quaſ
dam quibus fuiſſet lucratus decem , & quia caruit pe-
cunia non potuit emere,uel alio modo poteſt conſta-
re,quòd ſi habuiſſet illam pecuniã certe lucratus fuiſ-
ſet decem,nam non ſequitur eſt mercator, & conſue-
tus eſt lucrari aliquando,ergo ſi habuiſſet fuiſſet lucra
tus,quoniam poſſibile eſt quòd non eſſet lucratus,cũ
multa potuiſſent euenire in contrarium.l.quemadmo
dum.§.ſi nauis in fi.ff.ad legem aquiliam,&.ff. de ac
qui.rerum domi.l.naturalem.§.in fin.haſtenus Paul.
quem refert ac probat Dec.in relato conſilio,cccxxlj.
ſub numero.v.& hæc ſententia placuit Matt. aff.De-
ci.xx.quidam nobilis,et conſiderat Bart.idem ſentire
in.l.j.C.de ſen.quæ pro.eo quod int.in illis uerbis ap
pareat quaſi certe quòd ex ea lucratus fuiſſet , & reli-
qua.addo eundem Pau.in.l.j.C.de ſum.tri.et ibidem
Io.Bap.ſeue.nume.lxxxiij.& ſeq.cõſiderantem dicta
uerba & qui ſubdit id pleriſque placuiſſe,et hæc ſentẽ
tia mihi quoque non inarguta uidetur,ſed et illud ad
ijciendum eſt quod belliſsime relatus Deci.notauit
in.c.cum uenerabilis,temperat enim ut lucrum ceſ-

Universidad de Deusto Biblioteca



4 ſans in infinitum non producatur, ✝ ſed primum lu-
crum tantum peti poſſit, uerbi gratia ſi mercator pro-
bat ſi debitam pecuniam perſoluiſſet dicto die cer-
te lucratus eſſet decem, audiatur, rurſus ſi dicat ex il-
lis pecunijs merces comparaſſet, lucratuſque eſſet, nõ
audiatur, nec etenim mercatorem ferendum ait, qui
pro eo quod intereſt rem traditam non eſſe decem pe
tit, item quod ſi rem habuiſſet uendidiſſet, & pecunijs
lucratus eſſet, citat. l. uni. C. de ſen. quæ prou. eo quod
int. l. neratius in. §. ſi ſeruo. ff. de ſer. cor. & l. ſi ſterilis.
§. cum per uenditorem. ff. de act. empt. & hæc ſenten-
tia ſanè rationabilis eſt, nec Paulum, & pleroſque alios
aliter ſenſiſſe puto, eſt & aliud huic rei adnotandum
quod Lud. Rom. ſcripſit in ſing. cccxxxj. tu habuiſti,
citans enim dictam legem quemadmodum in uerſic.
idemque labeo, & ad cœlum ferens inquit licet ſolitus
5 negociari lucrũ ceſſans poſſit petere, ✝ fallit tamen in
piſcatore, uenatore, et aucupe, ratione enim harum ar
tium lucrum ceſſans peti nequit, cuius rei meo quidẽ
iudicio illa ratio reddi poteſt qm̃ incertum fuerit, an ca
perent, & multa accidere poſſent ut non caperent, pro
barique certe non poſſe cõſtat, quæ ratio ex mente iu
riſconſulti, et Pauli uidetur, at in mercatore probari
utique poteſt dicto modo, & uidebis quid ſenſerit Pe.
relatus ab Alber. in. d. §. idem labeo. Denique & illud
adijciendum eſt in materia quod in uerba infraſcripta
ait iuriſconſultus in. l. ſi. ff. de peri. & commo. rei uen-
dite. uenditori ſi emptori in precio ſoluendo moram
fecerit uſuras dumtaxat præſtabit non omnino quod
uenditor mora non facta conſequi potuit ueluti ſi ne
gociator fuerit, & precio ſoluto et mercibus pluſquã
ex uſuris quærere potuit, et quod nimium ſibi tribuẽs
Franc. otto. ſcripſit libro primo de uſur. c. vij.
6 ✝ Aliud pactum in contractibus mercatorum quoti
dianum eſt, ut de dãnis, et eo quod intereſt ſtetur ſim
plici uerbo ſeu iuramento partis, quam conuentionẽ
ualere receptum eſt, et de qua tractat Bar. in. l. j. ff. de
præto. ſtip. et in. l. iuſiurandum quod ex conuentione



ff. de iure. & ſane crebriorem ſententiam eſſe & Albe.
& Iaſ. ibidem teſtantur, & idem Iaſ. in. l. ſi ab arbitrio.
ff. qui ſat. cog. et plene quidem & eleganter probat So
ci. in conſi. xc. uiſis quibuſdam uo. iiij. ad quem in pro
poſita facti ſpecie tanquam aiunt, ad ſacram anchorã
confugies, & idem placuit Mat. affl. dec. xxij. et deciſio.
xcj. iterum & ubi plenius rem attigit, ex quibus locis
colliges declarationes ad propoſitam conuentionem,
et illam declarationem prætereundam non eſſe cen-
ſui, quòd licet Bar. in. d. l. ſi. de præt. ſtipu. ſenſerit hu-
iuſmodi conuentionem antequam creditor iuret poſ-
ſe a debitore reuocari, eius tamen ſententiam notari
atque a frequentioribus damnari, ut ſcripſit Alexã. in
conſi. cxxx. difficultas huius negocij propè finem uo-
lu. i. et afflic. deci. xcj. ſupra relata numero xj. uerum
Bar. ſententia admittenda eſt cum illo temperamento
ubi ſcilicet creditor mercator deteriorem ſuam condi
tionem feciſſet, culpatæque atque infamatæ uitæ effe-
ctus eſſet. Tunc enim reuocandi iuſta ſubeſt cauſa ut
ſcripſit Ang in citata. l. ſi. citando. l. cum quis et. l. ſi cũ
cornelius. ff. de ſolu. cuius ſententiam, & Raph. et Im.
ibidem probarunt, et placet Soc. in relato loco et Iaſo.
in citata. l. ſi ab arbitro nume. iiii. et in. l. iuſiurandum
quibus in locis ſe ex facto conſultum ſemel atque ite-
rum ſecundum hanc ſententiam reſpondiſſe, ac nos
hoc iure uti ſcripſit, et ſanè id honeſtius eſt, et merito
obtinuit, ut ex cauſa prædicta ius reuocandi conceda
tur, ſine cauſa denegetur, nec forſan aliter intellexit
Bartolus.

Huic rei eſt et illud adnotandum inter omnes iuris
interpretes conueniſſe declarationem a creditore fa-
ctam ad arbitrium boni uiri reduci poſſe, facta igitur
damnorum declaratione reductionem ad arbitrium
boni uiri concedunt, & hoc modo fortiſſimum illud
argumentum, ex huiuſmodi conuentione ad deieran
dum homines inuitari, et periurijs uiam non eſſe ape-
riendam iidem iuris interpretes remouent. Vnde ne
contingat periurium detegi, ſibi bene conſuleret, atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



cauerct creditor ſi præcedente iudicis moderatione,
ac taxatione ſuper damnis iuraret iuxta ea quæ tracta
tur in auc. hodie alias nouo iure. C. de iud. et in. c. pia
de excep in. vj. et in. c. frequens de reſt. ſpol. et ſcribit
alex. in conſi. xxxvij. uiſo et oportune diſcuſſo, prope
fin. uol. ij. ubi id mirifice commendat et his addes pro
pius ad rem Io. dile. in tract. de arte teſta. cau. xlviij. in
titu. de lega.

7 † Eſt et aliud uſitatum pactum inter mercatores,
ſolent enim mercatores, uel alij mercatoribus pecu-
niam mutuare ſeu tradere ea lege, ut ſalua ſorte, et ita
ut de ea in dubium non eatur, & lucrum diuidatur, qd
quidem pactum illicitum, et uſurariam prauitatem ſa
pere eleganter ſcripſit Bald. in. l. j. C. pro ſoc. numero
xj. ex eo enim etiam reprobatur quod periculum ad
recipientem pecuniam tantum pertineat; ut uoluit gl.
in. c. plerisque. xiiij. q. iij. et uidebis Ro. belliſſ. differẽtẽ
in conſi. cccccxx. circa propoſitam, et plene quidẽ tra-
ctauit Dec. in conſi. cxvj. in cauſa Alouiſij qui et alio-
rum loca refert, et ad materiam noſtram et mercato-
rum is locus eſt uberrimus, addes etiam Iaſ. in conſilio
xxxiij. uiſo themate uolu. iij. qui et prædicta compro
bat, et multis coniecturis euitandi turpis quæſtus cau-
ſa ut contractus licitus præſumatur ex facto conſultus
reſpondit eum qui pecuniam negociationis cauſa de-
dit quibuſdam qui ſocietatem coiuerant, ſocietatem
ſubintraſſe cenſeri, et Baldum etiam noſtrum legito
qui in materia interrogatus ex facto reſpondit in con-
ſilio. ccccliij. committere pecuniam, et lib. ij.

8 † Sed finge titium licito modo pecuniam mercato
ri dediſſe ut ſcilicet et lucrum, & damnum sentiret iu
xta. l. j. C. pro ſoc. num poterit titius quandocunque,
& ubi uoluerit petere, ut ſibi a mercatore ratio reddat.
Bar, in. l. neminem. C. de suscep. præp. & arch. libr. x.
argumen. illius. l. in fine anni et non ante titium audiẽ
dum reſpondit, cuius ſententiam probat Ias. inſti. de
actio. §. sequens. numero. xliij. ubi Roma. in ſingula.
suis idem ſenſiſſe refert, & placuit hæc ſententia Cor-



ſet. ut in ſingu. ſuis in uerſic. mercator & Capp. tholo.
non improbat. q. ccccxlvij. quibus addo Pet. Vbald. in
tracta. de duob. fratr. in fine. xij. partis, qui ait in pro-
poſita facti ſpecie mercatorem ad exhibendum ratio-
nes ante annum compelli non poſſe, et ſingularem eſ
ſe tex. in. l. neminem, & Pontanum idem reſpondiſſe,
ego tamen didici a Baldo in rubr. C. pro ſoci. numero
quinto ceſſante calumnia quãdocunque calculum pe
ti poſſe. mouent eum quæ notantur in. l. tandiu. C. pro
ſocio, & hæc ſententia placuit Iaſ. in. l. uni. C. de erro.
calc. ſub numero. ij. qui citat Bar. in. l. lucius. ff. pro ſo-
cio. unde ego non incolorata forſan diſtinctione ten-
tabam dicere, & Bart. bene dixiſſe, & Baldum non ma
le ſenſiſſe, ſi enim quærimus an ante annum calculus
cum pecunia, & lucro (ſi qd eſt) peti poſſit, & id dene-
gandum eſt, & hoc meo iudicio forſan ſenſit Bar. in. l.
neminem, is enim argumento illius text. ut ſupra re-
ſpondit, unde uerba Bart. ſcdm illam legem accipiẽda
ſunt ut idem Bar. teſtatur in. l. non ſolum in. §. libera
tionis uerba. ff. de lib. lega. ſub numero. vij. at lex illa
loquitur in ſuſceptore qui integro, & completo anno
rationes reddit, & dicto tempore eius officium termi-
natur, & huic reſponſo Bar. lumen ueritatis aſſiſtat, &
ſi iure ſtricto deficeremus naturali ratione ſuadetur ut
iuriſconſultus ait in. l. in ſumma in. §. Varus. ff. de aq.
plu. arcen. per iniquum enim uidetur ut poſtquã mer
cator pecunias recepit, & in merces erogauit, ſeu de-
ſtinauit, ante annum & rationes ſimul, & pecunias red
dere, et reſtituere cogendus ſit, mercatoris namque cõ
ſilia franguntur, & non ſine magno damno, & in com
modo forſan faceret. cum merces coactus alieniori tẽ-
pore diſtraheret, ſi uero quærimus an calculus, & ra-
tio ſine pecunia, & reliquis poſtulari poſſit, et abſque
calumnia quandocunque, & ſic ante annum peti poſ-
ſe exiſtimo, nec hoc forſan Bar. denegaſſet. ceſſant. n.
in hoc caſu rationes relatæ, & ferendus eſt qui ratiões
uelit ad id pertinentes inſpicere cum ſua interſit. exi-
gitur tamen iuſiurandum non calumniæ cauſa poſtu

Universidad de Deusto
Biblioteca



late edi ſibi. Quid enim ſi uexandi mercatorem cauſa
ſuperuacuas aut quas haberet, aut non ad ſe pertinen
tes rationes peteret? iuxta. l. ſiquis ex argẽtarijs in. §.
exigitur, & in. §. rationes. ff. de eden.

9 ✝ Rurſus hic illa incurrit inſpectio, mercator mo-
do proxime relato pecuniam a titio recepit, ſe dam-
num deinde paſſum affirmat, ut puta incendij, ruinæ,
naufragij, furti, uel ſimilium, num mercatori a iure ſta
tutum tempus ſit addocendum, & fidem de prædictis
faciendum. Bar. in. l. ij. C. de nauf. ait annum ſtatutũ,
& poſt annũ mercatorem audiendum non eſſe cuius
ſententiæ aſſentitur Iaſ. in citato. §. ſequens nu. xliiij.
et probat Cap. tho. q. cccc xlvij. Angelus tamen Vbal.
in additi. ad dictam legem. ij. Barto. ſententiam notá
uit optima quidem ratione, eueniret enim ſecundum
eum actionem de naufragio perpetuam eſſe, & exce-
ptionem temporalem, quod uerum non eſt, & contra
omnes regulas, omnes enim exceptiones ſunt perpe-
tuæ, etiam ſi actiones ſint annales. l. pure in. §. fina. ff.
de doli excep. quam rationem conſiderans Bart. in re-
lato loco quod primo dixerat in dubium reuocauit,
ſubdens in dicta. l. ij. ius ſingulare eſſe fauore fiſci, &
de more mercatorum in contractum pactum adijciſſo
lere, quòd mercator caſum infra certum tempus pro-
bet, quod præcipue in fideiuſſoribus uulgo aſſecura-
mentis nũcupatis in patria mea ſeruatur, et his addes
in dicta. l. ſecunda fauore fiſci ſingulariter id eſſe ſtatu
tum eadem. l. iac. de Pla. et Iaco. reb. ſenſiſſe quos re-
fert ſtephanus apud dictam. q. Thol. et comprobabis
autoritate Corſetti in relato ſingulari in uerbo mer-
cator, nec eſt ſilentio prætereundum quod idem Bar.
ea. l. ij. ſcripſit teſtes poſſe recipi in loco ubi caſum ad-
uerſamque fortunam ſe mercator paſſum eẽ affirmat
& huiuſmodi teſtimonia non rite recepta parte ſcili-
cet non citata fidem facerent, quod confirmabis. q. ó.
Tholo. relata, & id ad cœlum tulit Marc. ſingu. xxiiij.
clarum eſt in iure, et id etiam ipſe tanquam quotidia
num memoria tenendum puto, pro quo lex ſcire





oportet in. §. ſufficit. ff. de exc. tut. in illis uerbis cuius
fidem ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia.

10 ✝ Solent perſæpe pater, & filius in eodem inſtrumen
to ſe precium, aut aliud quippiam recepiſſe fateri, un-
de quæſtionis fuit, an alter tantum, uel potius uterque
recepiſſe præſumatur, & in uiriles partes diuiſum, ita,
ut pro dimidia quilibet teneatur, receptum eſt propter
l. reos. in. §. cum tabulis. ff. de duob. reis. Idque liquet
ex his, quæ & ueteres, & recentiores iuris interpretes
ſcripſere in. l. ſi cum dotem. in §. transgrediamur. ff. ſo
lu. ma. & Alex. notauit apud Bar. in. l. in duobus. in. §.
j. in addi. quæ eſt ſub num. 15. ff. de duob. reis. & plura
doct. loca refert And. tiraq. in com. de ut. ret. §. xxxj.
glo. uni. nu. 7. pag. cccccclviij. & Nico. boe. deci. xxiij.
& quo ad primum. nu. 10. ubi id pleriſque placuiſſe re-
fert, & uidebis Raph. cum. conſil. xl. quidam filio. in ſe-
cundo dubio. & Fran. cur. conſ. liiij. ſæpe & frequenter
articulus iſte. Dicebat tamen Cy. in additioni. ad. d. §.
transgrediamur. Id totum præſumi ad manus patris
perueniſſe, ſi pater filium gubernabat, eratque merca-
tor, & cõtra, ſi pater a filio gubernabatur, quia forſan
ſenex, & filius mercator, & induſtrius totum ad filium
gubernatorem perueniſſe præſumatur, quam ſententi
am Cy. ibidem Ang. probauit, & ſecundum eam Ang.
are. ex facto conſultus reſpondit, ut ipſe teſtatur inſti.
de don. §. eſt & aliud. & uidebis Cor. conſ. ccciij. in hac
conſultatione. nu. 10. lib. iiij. Et hæc Cy. ſententia non
eſt ſine æquitate, quæ tamen in iure non reperitur ex-
preſſa. Vnde puto Cy. ſententiam admittendam, ſi pro
baretur communiter contingere ad patrem gubernan
tem filium, & mercatorem, uel cõtra peruenire, idque
ex ſententia Alexã. in citato. §. tranſgrediamur. col. ij.
Fran. cur. & Nicol. boe. in relatis locis, quod probatur
ex loco a ſolitis. iuxta gl. in. l. neque natales. C. de pro-
ba. & cõfirmabis ex relatis autoritatibus, & locis a Mar
ſi. in ſingul. ſuis in ſing. cccxxxvj. Argumentum a ſoli
tis, quod ultimum memoria tenebis, ut ſcias quid in
forenſi diſceptatione defendendi gratia Cy. ſentẽtiam

Universidad de Deusto Biblioteca



quæ ſummam habet æquitatem, probandum ſit, & illud adnotabimus plurimum in his iudicem poſſe, religionisque eius committi, qui in cauſis mercatorum, & generaliter ubi æquitas ſuggerit interrogare partes poteſt ( ut non ſemel dicemus ) & ſubtili iudicis inquiſitione ueritas plerunque inuenitur.

11 ✝ Solent mercatores Anconæ in uendendis, emendis, permutandisque mercimoniis merces ipſas per foramina, & quaſi per tranſennam oſtendere, libet igitur exclamare, o uiri Anconitani non laudo profecto non laudo, ut enim Andabatæ clauſis oculis digladiabantur, ſic Anconæ merces permutari, uẽdique uidemus, & ſunt excogitatæ mercatorum artes ad decipiendum fallendumque contrahentes, hinc ſæpe iurgia, hinc lites immortales ortas uidi. Vnde Ioan. Cor. Miſcel. lib. iij. cxxiiij. nu. 9. & in rub. de ſeruitu. in ſeruitute officiendi luminibus. nu. 15. & ſeq. numero. propter ea, quæ habentur in. l. luminum. ff. de ſerui. urba. prædi. & in l. quoties. ff. de ſeruitu. in mercatores inuehitur, qui in opacis, tenebroſisque locis merces appetunt uendere, & declarat leges prædictas, ſed & ipſe legito Veron. in tract. de ſerui. urba. præd. in tit. de ſerui. lumi. & glo. in d. l. luminum. in uerbo excipiat. quæ ait, ideſt, recipiat, ſic, ut ad nos poſſit uenire etiam per foramina, uel quo
12 cunque modo. ✝ Vnde & illud adagium in folle offerre. de quo in. l. cum ſeruus. ff. de condi. & demon. ubi intellexiſſe Caliſtratus iuriſconſultus uidetur, eum qui ad liquidum rationes nõ reddit, metaphora ab his ducta, qui pecuniam intra marſupium oſtentãt, ita ut nec qualis, quantaue ſit, cognoſcatur. Vnde uulgari ſermone circumfertur in folle merces non emendas. de quo Alcia. meminit in commen. de uerb. ſig. pag. clxxxix. Bene igitur facient & præſides, & Anconitani uiri, ſi foramina prohibebunt, ædificiaque tabulis cõpacta amoueri, e mercatorum domibus iubebunt. Sunt enim, ut diximus, excogitatæ artes ad fallendum, circunueniendumque, & Iuriſconſ. admonet, malitiis indulgendum non eſſe. l. in fundo. ff. de rei uendi.



De ſocietatibus ſcribere ſuperuacuum eſſe duxi, ea enim materia uulgaris eſt, & in ſexcentis locis tractata & præcipue tractauit Pet. ubald. Duo tamen adnotabimus in quibus mercatores tota ( ut aiunt ) uia errare
13 plerunque uidi. ✝ Alterum eſt, quod dicitur, in quibuſdam iuris articulis ſocium conſocium obligare, & pro ſocio teneri, de quibus meminerunt glo. et Bar. in. l. nemo ex ſociis. ff. pro ſocio. et apud Bar et Alex. et And. notarunt, Bal. in rub. C. pro ſoc. in fi. Pet. ubal. in trac. de duob. fratri. in. ix. par. et doct. in. l. ſi ſocius. ff. ſi cer. pet. et Alex. in conſi. cxxxix. perſpectis. in princ. uol. v. moderationes, et temperamẽta recipit infraſcripta. Primum eſt, ut intelligatur durante ſocietate. Vnde eleganter inquit Pau. ca. in. l. j. in. §. non autem. num. 3. ff. de exer. cum duo mercatores ad quinquennium ſocietatem coiuiſſent, elapſo quinquennio, alterum ex contractibus cum alio initis non teneri, quoniam finita eſſet ſocietas, nec referre contrahentes ſocietatem finitã eſſe ignoraſſe. qui enim cũm alio contrahit, uel eſt, uel eſſe debet conditionis eius non ignarus. Contra uero ait, ſi ſimpliciter, et abſque temporis præfinitione coita
14 ſocietas fuiſſet, ✝ et ſoluta fuiſſet, et ſubdit ſecundum hanc ſententiam ſe ex facto conſultum reſpondiſſe, et ualentiſſimos uiros eius reſponſum probaſſe. et idem probauit Paul. in. l. ſed et ſi pupillus. in. §. conditio. ff. de inſti. et conſi. ciiij. uiſis, et põderatis. parte. j. In quibus locis reſpondit non obſtare. l. ſed et ſi pupillus. in §. de quo palam, ut procedat quando ſimpliciter, et abſque temporis præfinitione mandatum in initio datum fuerit, quod notãdum puto ad interpretationem. d. §. ad cuius etiam interpretationem uidebis Signo. conſi. lix. ſi quæritur. Pau. par. in conſi. xciii. dicendum uidetur. num. 60. et ſeq. uol. j. et ſententiam Pau. probauit Deci. in citata reg. qui cum alio. et in. l. ſi ſocius. nu. 4. ff. ſi cer. pet. quemadmodum æs alienum, manente ſocietate, contractum de communi ſoluendum eſt, non id æs alienum, quod unus ante ſocietatem cõtraxerit. is enim ſoluet, qui contraxerit. l. ſed nec æs alienum,

Universidad de Deusto Biblioteca



l.omne æs alienum.l. pro ſocio arbiter.ff. pro ſocio. &
ſcribit Par.in conſi. xciij.nu.15.spectabiles.
15 ✝ Secundum temperamẽtum eſt, ut ſocius obligari
poſſit a conſocio pro ea ſumma tãtum, quam in ſocie-
tate habere compertum fuerit, unde cauti ſint contra-
hentes, ut id ſedulo perquirant, atque conuentiones
initas in ſocietate contrahenda diligẽter inſpiciant, ut
admonet, & eleganter Anca. probat in conſ.cccxxxij.
pro clariori deciſione. & commendat Deci.in relatis lo
cis, nec Pau.par. utpote probabile notat in conſi.xciij.
nu.31.& ſeq.& uidebis eundem in ſeq.conſi.
Et illud tertium eſt temperamentum in iiſdem arti
culis in quibus ſocius ſocium obligat, requiritur, ſeu in
telligitur quando nomine ſocietatis cõtrahit diuerſum
ius eſt ſi proprio, ſeipſum enim tunc non ſocium obli-
gat, niſi in communem arcam pecuniæ uerſæ ſunt.l.
iure ſocietatis. ubi Bal.notauit.ff.pro ſocio.& refert, ac
probat Alexan.in conſil.cxxxix. perſpectis ſcriptis.in
prin.uol.v.& Dec.in relata.l.ſi ſocius.& in cõſ.xcviij.
iuridicam. Aym.cra.in conſi.cxxix.proponitur.in ſi.
16 ✝ Alterum eſt, quod in materia ſocietatis adnotan-
dum puto. Si coita ſit inter plures ſocietas ad certum
tempus, quemadmodum ſors ipſa, niſi finita ſocietate,
inuitis ſociis diminui non poteſt, ita pecunia, quæ ſorti
accreuit, hoc eſt lucrum ipſum. Idem enim iuris in eo,
quod accreuit, quod & in ſorte eſſe. Bar.noſter ſubdu-
bitans tẽtauit dicere in.l.auri ſtatuta.C. de frum.urb.
conſt.lib.x.& retulit Cor.in ſing. ſuis in uerbo lucrũ.
17 ✝ Et illud, quod nunc nuper ſuccurrit, prætermitten
dum non eſt, ſcribunt, mercatores, uel in literis, uel in
libris ſub illo uulgari modo Ticius, & ſocii ſocietatis,
&c.ſcribit igitur Bart.in.l.ſi ſeruus communis ita.nu.
4.uer.& iſta faciunt ad quæſtionem.ff.de ſtipu.ſeruo.
in uerba infraſcripta circa relatam formulam: Videtur
quòd ex uirtute talium uerborum Ticius nominatus
teneatur, & ſibi acquiratur pro dimidia aliis omnibus
pro portionibus ſocietatis, tamen puto ſic dicendum,
quòd & uirtute dictorum uerborum quatenus conti-



nent contractum ex quo dicti mercatores debeant ob
ligari ſiquidem ageretur inſtitoria quilibet tenetur in-
ſolidum quaſi per illum omnes negociationem exer-
ceant, ut ſupra de exer.l.iij.in prin.ibi ſed plures rem
ſi uero in dicta ſcriptura continetur totum ex quo eis
mercatoribus debet obligatio quæri, tunc uerborum
rigor facit ſeu indicat illud quod ſupra dixi in ſeruis
ſtipulatoribus æquitas tamen & uſus communis ſug-
gerit contrarium, nam ticius qui nominatur non ad
hoc nominatur ut ſibi magis quæratur, ſed ut oſtẽda-
tur quòd ille ſocietatem obtinet, & ideo forſan dicen-
dum eſt quod omnibus quæratur pro portionibus ſo
cietatis hucuſque Bar.in relata uerba cuius ſententiã
probauit Dec.in conſi.cxxij.& pro tenui. colũ.ij.ubi
refert Imo.idem ſentientem, & ſub relato uulgari mo-
do ait ticium nominatũ non cenſeri, ut plus ſibi quã
alijs quæratur ſed ut oſtendatur Ticium ſocietatis eſ-
ſe caput. In qua uerborum conceptione uidendũ eſt
elegans Baldi reſponſum.cxc.Sempronius. &c. libro
ij.ubi in Bar.ſententiã uidetur inclinare, & uide quid
ſenſerit Raph.cu.in conſi.clxxij. Ticius &c.
Apud Iaſonem libro primo reſponſorum Reſpõ.
lxxxij.elegans quidem, & nuſquam (ut ait) relata quæ
ſtio in materia de qua agitur fuit propoſita. & eſt talis.
18 ✝ ex æquitate canonica licet purgare moram euitandi
cauſa pœnas legis ſiquis maior.C.de tranſac.ut inquit
Bald.in.l.qui crimen in.x.q.C.qui acc.non poſ.& pro
bant Alex.Iaſ.& Fran.cu.alios referẽdo in ea.l.ſiquis
maior, & facit cap.ſuam extra de pœn.num idem iuris
ſit in curia mercatorum, ut permittatur purgatio moræ
ne incidat mercator in pœnas eiuſdẽ legis, in qua quæ
ſtione Iaſ.ex facto conſultus eleganter reſpondit, pri
ma fronte admittendam uidebatur, quoniam in curia
mercatorum ex bono et æquo procedendum eſt, re-
iectis iuris apicibus, ut in ultime partis principalis ini-
19 tio plenius differendo oſtẽdemus, ✝ ſed lex ſiquis ma-
ior rigorem iuris reſpicit, & propterea de æquitate ca-
nonica non procedit, non eſt ergo diuerſum in dicta

Universidad de Deusto
Biblioteca



curia ſtatuendum. inquit tamen contrariam ſententiã
probabiliorem idque pluribus probat, & ſubijcit com
20 parationẽ hãc de ſoro canonico ✝ ad curiam mercato-
rum nuſquam relatam, & nuſquam receptam, non eſt
ergo noſtrum, cum lex deficiat extendere. l. ſi uero. §.
de uiro. ff. ſol. ma. et legem ſiquis maior propter uirtu
tem iuramenti fauorem continere, et fauorabilem eſ-
ſe meritoque extendendam potiuſquam reſtringendã
eſſe, quod & ipſemet Iaſon in eadem. l. ſub num. viij.
adnotauit, & quod dicitur in curia mercatorum ex bo
no & æquo iudicandum intelligendum eſt, ut iuris a-
pices qui ueritatem rei atque negocij non reſpiciunt
reiecti cenſeantur non autem ut ius ciuile in merca-
torum foro locum nõ habeat quoniam aduerſaretur
legi bonafides. ff. depo. hæc ille, qui pluribus utitur. In
currit, & hic alia inſpectio non abſimilis. Receptum eſt
21 actionem ad pœnam ✝ competere ſi contrauentũ fue-
rit etiam ſi nihil ſtipulatoris interſit quòd fuerit con-
trauentum. l. cum pœna ubi gl. & Bar. ff. de arbi. et no
tarunt Bar. & plerique alij in. l. ij. in. §. item ſi in facto
ff. de uerb. oblig. num & id in curia mercatorum ſit ad
mittendum Ange. in conſi. ccxix. arbitror dictam pœ-
nam etc. tentauit dicere nil præter id quod mercato-
ris interſit peti poſſe, cuius ſententiam probauit Fran.
arc. in. l. iiij. in. §. cato in prima colum. ff. de uerb. obl.
quoniam eſſet præter æquum et bonũ et æquitas præ
cipue inter mercatores ſpectãda eſt. l. quintus ubi Bar
to. ff. mand. uerum Iaſ. in. l. ij. in. §. item ſi in facto. ff.
de uerb. obliga. cõtra, et ait licet non legerit aliquem
qui quæſtionem diſſeruerit credit tamen minime ad-
22 mittẽdum ✝ quod pœna quæ ex partium cõuentione
proficiſcitur iuxta. l. fi. ff. de præt. ſtipula. cẽſeatur cõ-
tra æquitatem. quinimmo, nil eſt quod magis humanæ
fidei congruat quàm pacta, et conuentiones obſerua-
re præcipue inter mercatores, ut dicit lex prima ff. de
conſti. pecu. et illud conſtitutum proprie eſt factũ pro
pter mercatores confirmat etiam ſuam ſententiam ex
l. bonafides. ff. depo. ac his quæ proxime diximus nõ



eſſe ſcilicet a ciuilibus præceptis recedendum, & ad-
dit contra Ang. & Arc. ſi ex facto interrogaretur reſpõ-
deret, hactenus Iaſ. ſcripſit etiam in eodẽ articulo Lan
cel. Gal. in eodem. §. item ſi in facto & ſub numer. vij.
referendo Iaſonem ait comprobari Iaſonis ſententiã
poſſe ex eo quòd dicitur pœnas legales non deberi in
foro cõſcientiæ iuxta gl. in. c. fraternitatis. xij. q. ij. cõ
23 uentionales tamen deberi, ✝ citat Anch. in reg. poſſeſ
ſor de reg. iur. in. vj. uer. iij. quæro Fel. in. c. primo nu-
mero. lxij. uer. limita tertio extra de conſt. idque ue-
rum eſſe etiam ſi nihil interſit ſcdm Inn. in. c. ſuam de
pœn. Pan. in. c. dilecti in. iij. col. uer. ſexta & ultima pę
na de arb. ſubijcitur deinde animaduertendũ eſſe, nã
pœnam conſequi ubi non intereſt eſt contra æquitatẽ
caſus uidetur hic, dum ubi non intereſt uult quòd do
li mali excep. competat quæ nititur æquitate ut dicit
gl. & quia prætor habet æquitatẽ ante oculos. l. quod
ſi epheſi. ff. de eo quod cer. lo. in ſtipulatione prætoria
non exigitur pœna ſi non intereſt. l. & ſi poſt tres. ff. ſi
quis caut. l. ij. in fi. ff. ſi quis in ius uoc. non ie. ubi Bar.
& Iaſ. Alex. & Soc. in eodem. §. notarunt hæc ille qui
nil certi ſcriptum reliquit, contra tamen Iaſ. inclinare
uidetur, Non me latet etiam Io. cro. in. d. §. cato ſub
nu. viij. & ſeq. in primis commentarijs ſcripſiſſe in pro
poſitis articulis in uerba infraſcripta, notanda ſunt
aliqua in iſta materia promiſſionis factæ nomine pœ-
næ, primo quòd in curia mercatorum pœna promiſſa
peti non poteſt ultra intereſſe, & ſi nihil interſit nihil
peti poteſt quia eſt contra æquitatem quæ ſeruatur in
illo foro. l. quintus. ff. man. & ita ſenſerunt Ang. in re-
lato conſi. & Arc. ſubijcit deinde inferri ex hoc exce-
ptionem, & temperamentũ ad. l. ſiquis maior. C. de trã
ſa. quia lex illa imponens pœnam contrauenienti con
tractui iurato non habebit locum in foro mercatorũ,
hęc ille in ſupraſcripta uerba qui de Iaſ. non meminit.
his igitur relatis quæ in propoſitis iuris articulis inue
nimus ſcripta, dicam quid et ipſe ſenſerim, & profecto
magnopere me Ang. Fran. arc. & Io. cro. autoritas mo-

Universidad de Deusto Biblioteca



uit, pro quá ſententia eſt quod in ultima particula ul-
timæ par. princ. tractatus diximus nu. vj. non tamen à
Iaſ. diſſentio cuius ſententia in utroque caſu ſemp pro
babilis atque rationabilis eſt uiſa, & in ſuperiori caſu
quod Iaſ. ait æquitatem cum præceptis ciuilibus in fo
ro mercatorum conſideranda, confirmabis ex multis,
ac uarijs quæ in princ. ult par. prin. tractatus diximus
ac in pleriſque locis eiuſdem partis, & quòd moræ pur
gatio non admittatur probari poteſt ex his quæ Fran.
cur. ſcripſit in ea. l. ſiquis maior ſub num. xliij. Dec. in
conſilio. cxxxviij. & diligenter col. pe. & fi. & in conſi.
cccclij. uiſa inſtructione Lud. goz. in conſi. lvij. multa
fuerunt, nu. xviij. & ſeq. ex quibus locis colliges reſpó
ſa ad id qd diximus ex æquitate canonica moræ pur-
gationem admitti, & ad interprætionem. d. c. ſuam ex
tra de pœnis uide quæ plene And. Alc. ſcripſit in cita-
24 to. §. cato. nu. cxlvj. & ſeq. † in poſteriori uero caſu qd
Lanc. gal. ait non mouet, & circa tex. in. d. §. item ſi in
facto uidebis eo, in loco Bar. in. iij. & iiij. opp. & Iaſo.
ſub nu. xiiij. uer. circa quartã, item nec moueat quòd
non incolorate quidem dicebatur in præto. ſtip. an in
terſit ſpectandum eſſe propter æquitatem quam ante
oculos prætores habuerunt, nam ius ciuile ex præto
rum decretis etiam conſtat. §. conſtat inſt. de iu. natu.
& in illis cum non mere conuentionales exiſtant, ui-
ſum eſt prætori iuris rigorem temperare & ſe in illis in
tromittere, at in ſtipulationibus quę ſimpliciter conuẽ
tionales dicuntur iuris regula non reperitur immuta-
ta non eſt ergo ab ea recedendum argume. l. bonafi-
des. ff. depo. & a regula recedendum nõ eſſe admonet
Bar. in. l. quoties. ff. ſi quis cau. Dec. in reg. j. de reg. iur.
Iaſ. in conſi. xvj. col. ij. uol. iij. uideretur prima, & me-
rito hæc ſententia obtinere deberet cum hæ ſtipula-
tiones a mera uoluntate contrahentium proficiſcan-
tur, et æquitati ac fidei humanæ conueniat initam cõ-
uentionem ſeruari.

FINIS TIT. DE CONTRAÇ. MERCA.



# TABVLA RERVM

## NOTABILIVM QVAE IN TITVLO MANDATI CONTINENTVR.

1 *Mandata ex officio atque amicitia originẽ trahunt & in uſu frequenti ſunt.*

2 *Fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt, et refertur memorabile exemplum P. Craſſi Mutiani.*

3 *Mandans Benedicto debitori ſuo, ut centum quæ ſibi debet perſoluat Panduipho, cui tantundem debet, ſi Benedictus non ſoluit, ſed promiſit an mandatum impleuiſſe ſeu exceſiſſe dicatur, & an cenſeatur facta delegatio; & an mandatum huiuſmodi poſsit reuocari.*

4 *Procurator ad recipiendum mutuas pecunias, ſeu ſolutionem, et quietandum, num fines mandati exceſiſſe dicatur ſi in inſtrumento ſola confeſsio contineatur.*

5 *In re non dubia, ſed aperta ſingulorum argumentationum enumeratio minime neceſſaria.*

6 *Mandans in mandato poteſt dare formam.*

7 *Dictio non aliter nec alio modo inducit formam.*

8 *Dictionis dummodo ea eſt natura, ut in id, quod ea dictione adijcitur interueniat, actus ruat.*

9 *Forme omiſsio in parte qualibet cum ſit indiuidua actum uitiat*

10 *Nil eſt inter homines ſic indubitatum qui ſollicitam dubitationem recipiat, licet illud ſit iuſtiſsimum.*

11 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter terminare debet, quæ regula declaratur.*

12 *Verbum unum, et idem non eſt abſurdum ſi diuerſis rationibus diuerſis modis interpretemur.*

13 *Relatum cenſetur eſſe in referente in tantum, ut diſpoſitio a relato limitationem accipiat, et alia.*

14 *Repugnantia euitanda eſt.*

15 *Clauſula omni meliori modo facit, ut, et in his quæ tradita ſunt pro forma actus ſuſtineatur eo modo quo poteſt.*

16 *Teſtamentum ſuſtinetur in quo non eſt relictum filio iure inſtitutionis, ſi adeſt clauſula omni meliori modo.*

Universidad de Deusto Biblioteca

17 Verba ad ualidum non autem in ualidum intellectum aptanda ſunt, et ille p r aualet, quo res de qua agitur in tuto ſit.

18 Dominus ſciens procuratorem ſuum fines mandati excedere, et non contradicens aſſentire uidetur.

19 In generali mandato an cenſeatur tradita facultas recipiendi pecunias ad cambium.

20 Facultas data a debitore creditori accipiendĩ pecunias ſub cambiis, ne damnum creditor patiatur, an ad prima tãtum cambia referatur, ſeu magis ad cambia, et recambia.

21 Interpretatio ad. l. bone. in. §. hoc ſermone. ff. de uerbo. ſignifi. relatiue.

22 Collybus dicitur pecuniæ permutatio, ac detrimentum, quod in permutatis pecuniis aſſolet fieri.

23 Mandatum habens ad uendendum, ſeu locandum, num & ad precium, ſeu mercedem recipiendum, mandatum habere cenſeatur.

24 Interpretatio ad. l. quod ſeruus. ff. de ſolu.

25 Interpretatio ad. l. i in. §. igitur præpoſitio. ff. de exerc.

26 Mandatum habens ad uendendum, an poſſit uendere habita fide de precio.

27 Mandatum habens ad recipiendum pecuniam ad certam cauſam, ſufficit ſi aſſeratur ex illa cauſa de qua in mandato pecunia recepta, licet qui recipit, mentiatur.

28 Mercator ſi uendidit abbati pannos induendi gratia eis monachos, quòd obliget monaſterium, licet mutata uoluntate in alios uſus uerterit, & quomodo intelligatur.

29 Mandatum habens ad recipiendum ſolutiones, terminum ad ſoluendum prorogare non poteſt.

30 Perſona in literis, ſeu inſtrumentis nominata præſumitur eſſe, ſi literas, ſeu inſtrumenta penes ſe habeat, nec requiritur, ut iura etiam habeat.

31 Mandatarius, an uſuras, quas ſoluit ex mandato ſibi iniuncto de recipiendis pecuniis mutuis ſub uſuris poſſit repetere. Et an teneatur nominare, ſeu probare perſonas, quibus uſuras ſoluit.

32 Clauſula illa in mandatis ſolita adiici, prout uiderit expedire, uel ſimilis ad arbitrium boni uiri refertur, & an excludat probationem, & quæſtionem inferri, & nu. ſeq.



33 Probatione remota, an cenſeatur remota nominatio, & an probationis appellatione ueniat nominatio. & nu. ſeq.

34 Interpretatio ad. l. Thais. in. §. ſorore. ff. de fide. lib.

35 Vſurarij argumentis, et indicijs conuinci poſſunt, et ex perſpicuis indicijs probatur uſura.

36 Mercatores, qui ex mandato iniuncto merces uendũt ad diem, ſi interim emptores mercium decoquunt, num mandati actione ex eo, quòd minus legitime mandatum curauerint, teneantur.

37 Mercatores, qui alienas merces uendunt ad diem, et ſuſcipiunt nominum periculum in ſe certa mercede conſtituta, ut puta trium aureorum ſolarium pro quolibet centinario ſi emptores mercium non ſoluendo fiant, an teneantur.

38 Mandatum niſi gratuitum nullum eſt, et interueniente pecunia ad locationem potius reſpicit.

39 Mercatores Anconitani mandarunt mercatoribus Neapolitanis, ut merces emerent, et mari eaſdem Anconam tranſmitterent cum fideiuſſione, ſeu aſſecuratione, et clauſula de non transferendo merces ex onerata naui in aliam, quod credebatur, fieri poſſe ſolutis ſeptem pro centinario quolibet. Num ſi Neapolitani tranſmiſerint cum aſſecuratione, ſine tamen dicta clauſula quoniam aſſeruerunt, cum clauſula inueniri non potuiſſe, niſi ſolutis quindecim pro centinario, & merces in aliam nauim translatæ perierint, Neapolitani mercatores teneantur.

40 Culpa nominatim obijci, et probari oportere, et plura exempla ſubijcit.

41 Mandatum iuxta ſolitum interpretatur, et ad ordinaria non extraordinaria refertur.

42 Mandata ſi duo ſint, alterum adimplere non ſufficit.

43 Clauſula in aſſecurationibus adijci conſueta de non transferendo merces ex una naui in aliam declaratur.

44 Clauſula ſolita adijci in mandatis in negocio, quod nobis expedire uidebitur, ſeu utile uiſum fuerit, peragetis, quòd uerba reduci debeant ad arbitrium boni uiri, et conſequenter cenſeatur remiſſa culpa.

45 Mãdatarius, quòd teneatur de dolo, et leui culpa, et natura mandati negocij inſpicienda ſit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

46 *Mandatum ad merces emendum datum declaratur, & his em-
ptis ad quem periculum pertineat, relatiue.*

47 *Conſuetudo mercatorum, quòd aliena gerentes negocia nomine
proprio expediant, declaratur relatiue.*

48 *Mandatum re integra domini morte finitur. declaratur re-
latiue.*

49 *Mandatum poteſt fieri poſt mortem duraturum, & de procu-
ratore ſolito conſtitui in teſtamentis mercatorum quędam
notabilia.*

50 *Mandatum plenum illam interpretationem recipit, quatenus
ex fide res agatur.*

51 *Mercatores ſuſcipientes mandatum aliquid gerendi ſi facere
omittunt ad omne damnum, quod paſſi ſunt, mandantes
tenentur.*

52 *Mercatores, qui mercatorũ abſentium ſine mandato nego-
cia gerunt, & culpam, & dolum præſtare debent, & quan-
doque caſum.*



# MANDATI.

1 MANDATA quæ ex officio atque
amicitia originem trahunt, ✝ ut iuriſ-
conſul. Vlpianus inquit in. l. j. ff. man-
da. non minusquam ſponſiones inter
mercatores frequentãtur in uſu enim
quotudiano ualde ſunt, iccirco præ-
termiſsis uulgaribus nonnulla quoti-
diana ac utiliſsima, & ad mercatores ipſamq; mercatu-
ram attinentia breuiter diſſeremus.

2 ✝ Fines mandati diligenter cuſtodiẽdos eſſe nemo
eſt qui neſciat. Id enim mercatores dictitant. l. diligen
ter. ff. man. c. per tuas. de arb. in quo non ab re uiſum
eſt referre memorabile exemplum. P. Craſsi Mutiani
de quo Gel. meminit noctium atticarum libr. j. c. xiij.
Is enim Craſſus qui a ſcriptoribus traditur quinq; ha-
buiſſe rerum bonarum maxima, & præcipua, quòd eſ-
ſet ditiſsimus, quòd nobiliſsimus, quòd eloquentiſsi-
mus, quod iuriſconſultiſsimus, quòd Pontifex maxi.
cum in conſulatu obtineret Aſiam prouinciam, & cir-
cũſedere, oppugnareque leucas oppidũ pararet, opuſ-
que eſſet firma, ac proceri trabe qua arietem faceret,
quo muros eius oppidi quateret, ſcripſit ad Magiſtrum
ἀρχιτέκτονα molis Athæniẽſium ſociorum, amicorum
que populi Romani, ut ex malis duobus quos apud
eos uidiſſet uter maior eſſet eum mittendum curaret,
tum Magiſter ἀρχιτέκτων comperto quam ob rem
malum deſideraret non uti iuſſus erat maiorẽ, ſed quẽ
eſſe magis idoneum, aptioremque faciendo arieti, fa-
ciliorémque portatu exiſtimabat, minorem miſit, craſ-
ſus eum uocari iuſsit, & cum interrogaſſet cur nõ quẽ
iuſſerat miſiſſet, cauſis rationibuſque quas dictitabat
ſpretis, ueſtimenta detrahi imperauit, uirgisque multũ
cecidit, corrumpi atque diſſolui officium omne impe-
rantis ratus ſiquis ad idquod facere iuſſus eſt, non ob-
ſequio debito ſed conſilio non deſiderato reſpõdeat,

Universidad de Deusto Biblioteca



hæc ille. Verum in iure noſtro propoſita regula cõplu
res exceptiones ac declaratiões recipit, quas ſcire mer-
catoribus maxime omnium expedire puto, unde ad Ia
ſonem confugiẽdum eſt, qui copioſe ſcripſit in. l. ſi pro
curator. C. de procu. Alb. Brun. in trac. de forma. Pau.
par. in conſi. xlvij. numero. xlj. & ſeq. uolu. j. intentio
dominorum &c. ſed præter ea quę relati iuris interpre
tes ſcripſere. illud quæritur. Mandaui Benedicto debi
tori meo ut centum quæ mihi debet Pandulpho cui
tantundem debeo perſoluat, Benedictus non ſoluit,
ſed promiſit Pandulpho centum ſoluere, & quidem ſti
pulatione, num benedictus mandatum impleuiſſe ſeu
exceſiſſe dicatur. & magis eſt mandatum non ſeruaſſe
non enim mandaui, ut promitteret, ſed ut ſolueret. l.
ſi debitorem. ff. de noua. & ſcripſit Pau. caſt. in. l. dele-
gare. ff. eodem titulo. unde ſequitur me poſſe benedi-
cto inhibere ne ſoluat, mandatum enim re integra re-
uocari poteſt, & res eſt integra, & ſi ſtipulatio promiſ-
ſio ue interuenerit, cum id non mandauerim, ſed ut
ſoluat. l. ſi cum cornelius. ff. de ſolu. & propterea ſi be-
nedictus conturbaret, & foro cederet quoniam nõ eſt
facta delegatio, Pandulphus creditor meus aduerſus
me recte ageret, idem Pau. probat in citata l. ſi debito
rem & Alex. in. l. qui uſufructum. ff. de uer. obli. Mar.
ſing. cclxv. fines & Dec. in cõſi. cvij. in cauſa, quod au
tem diximus delegationem factam non eſſe, intelligẽ-
dum eſt in præiudicium mei mandatis, ut Benedictus
qui mandatum non impleuit ſe a me liberatum allega
re non poſſit, at in mei commodum, & fauorem noua
tio facta cenſetur, ubi Pandulphus promiſſionem ſo-
lutionis loco accepiſſet, & probaſſet. ſibi enim aſcribat
Pandulphus qui Benedictum mei loco, & uice ſolutio
nis promiſſione contentus fuerit, idque probauerit.
comparatur enim hoc caſu promiſſio ſolutioni. l. fin.
C. ad legem falcidiam, accedit quod creditori ſolutum
uidetur quocunque modo ſatisfiat. l. ſi rem in. §. om-
nis & l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pigno. act. ſum ergo
hoc caſu liberatus ſecundum Pau. in. l. qui uſufructũ



in fi. et Dec. in conſi. cvij. proxime relatum, et uide-
bis eundem in conſi. cccccxxj. in. fi. & in. l. ſingularia
nu. 26. ff. ſi cer. pet. quæ declaratio (ut opinor) non eſt
ſine ratione; quod etiam ſuperiori loco diximus man
datum quod Benedicto dedi, ut ſolueret reuocare me
poſſe ſi promiſſerit dicta. l. ſi. cum cornelius, temperan
dum eſt niſi Benedictus cui mandaui, ut ſolueret Pan
dulpho eidem Pandulpho creditori meo ſignificaue-
rit, qui eum in debitorem receperit, & ratum habue-
rit, mandatum enim tunc reuocare non poſſum, ut
eleganter inquit Io. And. apud Spec. in titu. depo. mo
uet eum. l. ſi ego. ff. de neg. geſ. & probat Pau. caſt. in
l. ſi cum Cornelius, ſubdens obliuioni tradendum nõ
eſſe quoniam Mercatores in eorum libris ſcribere con
ſueuerunt, & ſufficit ſi ex libris appareat ad notitiam
Pandulphi perueniſſe, & approbaſſe idem placuit An.
& Alex. in citata. l. qui uſufructum ubi ad cęlum hanc
ſententiam tulit Mar. & probat in ſing. lviij. ſi dedi ti-
bi mandatum, & Dec. in conſi. cvij. ſed, & his addes
quæ late Soc. ſcripſit in conſi. cclxvij. preſens, par. 2. &
Alex. in conſi. x. uiſis. vol. 2. & quæ dicemus in Trac.
de Decoctorib. in ea parte in qua queſtiones inſerui-
mus uer. incurrit & hinc. nu. 5. & ad interpretationem
l. ſi debitorem uidebis Pau. Par. in conſi. cvij. Quæri-
tur primo utrum. præſertim ſub. nu. 43. uol. iij. quod
reſponſum legito reſpõdit enim in mandato ſub uul-
gari formula mercatorum in mercibus quibuſdam
tradendis.

Incurrit, et hic alia inſpectio, num procurator ad re
cipiẽdum mutuas pecunias, -|- ſeu ſolutionem, & quie-
tandum fines mandati exceſſerit, ſi in inſtrumento ſo
la cõfeſſio cõtineatur, uerbi gratia ſi fateatur ſe centũ
mutuo a Titio recepiſſe, uel centũ quę Titius conſtituẽ
ti debet recepiſſe ſimiliter fateatur, & uerius eſt, quod
pleriſque placuit, fines mandati non ſeruaſſe. l. j. §. ſi
mutuam. ff. ſiquid in frau. pat. aliud enim eſt confeſſio
aliud numeratio. l. j. & l. ſi. C. de dote ca. nõ nu. l. ſi ex
cautione ubi notatur. C. de non nu. pec. & ſecũdum

Universidad de Deusto Biblioteca



hanc ſententiam non ſemel reſpondit Bar. & præci-
pue in. l. ij. in. §. fi. nu. 6. ff. ſi cer. pet. et in. l. ſi debito-
rem. ff. de noua. & diſſerendo probat Alex. in. l. à diuo-
pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re. iud. et frequentiores in
hanc ſentẽtiam iuiſſe ſcripſit Iaſ. in citato. §. fi. quibus
addes Mar. in ſing. cclxv. fines mandati, & Dec. in con.
ccccxciij. uiſo tenore qui idem ſenſit, & in caſu in quo
exfacto conſultus reſpondit proponebantur clauſulæ
quæ rem dubiam reddebant, et conſequenter intelli-
gimus ſuperiori caſu ubi procurator ad mutuas pe-
cunias recipiendum conſtitutus, confeſſus fuerit, con
tra conſtituentem, et confeſſa receptione agi non poſ-
ſe, & poſteriori caſu non obſtante confeſſa pecuniæ
conſignatione ſeu numeratione a procuratore facta,
debitorẽ a conſtituente cõueniri poſſe; ſit ergo merca-
tor cautus, ut in inſtrumento dicatur, dedit, & nnme-
rauit coram teſtibus, me notario, & reliqua. Hoc am-
plius idem Bar. in relato loco tentauit dicere ſi in in-
ſtrumento mandati in, hæc uerba ſcriptum eſſet, con-
ſtituit titium procuratorem ad accipiendum pecunias
mutuas, et confitendum pecunias recepiſſe. idem ta-
men iuris eſſe, quoniam illa uerba ad confitendum re
cepiſſe intelligenda ſunt ſcilicet pecuniam receptam;
uerum, ut in ſuperiori iuris articulo Bar. ſententia re-
cepta eſt tanquam rationabilis, ita, & poſteriori tan-
quam ſine ratione a pleriſque damnata, ne in caſſum
uerba adiecta uideantur, idque relati iuris interpr ætes
probarunt.

Ex facto etiam proponebatur Bartholomeum, Ni-
colaum procuratorem conſtituiſſe præſentem, &c. ſpe
ciatim, & nominatim ad emendum merces cuiuſcun-
que generis uſque ad quinque milium ducatorum ſũ-
mam, & pro precio conſtituentem obligandum, & ple-
num quidem in his mandatum dediſſe, adieciſſe tamẽ
in eo uerba infraſcripta, & dictum mandatum conſti-
tuens fecit, & dedit robur, ac ualidum eſſe uoluit, &
uult dummodo ſpectabiles uiri Hieronymus Ioannes
& Angelus eundem procuratorem ad cauſam prædi-
ctam,



ctam, & effectum eundem conſtituerint, cum quibus
Bartholomæus conſtituens uoluit pro portione, & ra-
ta poſſe cõueniri obligationis cauſa quam dictus pro-
curator feciſſet, atque contraxiſſet cum quibuſcun-
que perſonis, & non aliter nec alio modo. Proponeba-
tur etiam dictos Hieronymum, Ioannem, & Angelum
ad cauſam, & effectum predictum eundem Nicolaum
procuratorem cõſtituiſſe, & hoc amplius adiectum in
mandato fuiſſe ad obligandum eos inſolidum, & pro
tota ſumma ſcutorum quinque milium, denique pro-
ponebatur eundem Nicolaum procuratorem omnes,
& ſingulos nominatos in hec uerba obligaſſe, Nicola-
us procurator Ioannis, Hieronymi, & Angeli prout
de mandato &c. Item procurator Bartholomei, ut con
ſtat inſtrumento cum declaratione in dicto inſtrumẽ-
to mandati contenta, prædictos cõſtituentes inſolidũ
obligauit titio, & meuio cauſa, & occaſione mercium
emptarum, & traditarum ad ſumma quinque milium
ſcutorum, quæſitum eſt de obligatione ex perſona
Bartholomei, & nullam obligationem eſſe iudex qui-
dam pronunciauit ex facto deinde conſultus Benue
nutus iuriſconſultus reſpondit, ut infra & quidam pe-
riti iuris, et præſertim Angelus androtius prudentiſſi-
mus uir reſponſum eius probarunt.

5 ✝ Licet eloquentiæ pater Cicero in oratione pro
cluentio admoneat in re non dubia, ſed aperta ſingu-
lorum argumentorum enumerationem minime neceſ
ſariam, rei enim demonſtratæ demonſtrationem ad-
dere fruſtra eſt, ut inquit iuriſconſultus in. l. i. ff. de do
te præleg. propter tamen cuiuſdam ſententiæ autori-
tatem quædam quæ iudicantem forſan mouerũt, bre
6 uiter enumerabo. Et illud primum ex lectione man-
dati, et obligationis forma, occurrit, ✝ In mandato for
mam adiectam eſſe circa obligationem, et mandantem
adiicere potuiſſe, nemo eſt, qui neſciat. l. diligenter. ff.
man. c. cũ dilecta. de reſt. & bonus tex. in. c. cũ de non
ſacerdotali. de præb. in. vj. In contractibus enim for-
mam contrahentes dant. l. in conuentionalibus. ff de

Universidad de Deusto Biblioteca



uerb. ob. & recentiores plene ſcribunt in trac. de for. in
quæſtione illa, Quis poſſit dare, uel tollere for. Illa au
tem uerba in mandato adiecta formam indicãt. Et uo
luit Bartholomæus pro portione, & rata poſſe conueni
ri pro obligatione, & reliqua, & non aliter, nec alio mo
7 do: ✝ Ex quibus uerbis, non aliter formam induci iu-
ris interpretes ſcripſere, ut notauit Barto. in. l. de his. ff.
de tranſac. & in. l. ſi motus illa lege. C. de uend. reb. ci-
ui. lib. xj. facit. l. mutuo. in. §. j. ff. de tute. Felin. in. c. cũ
dilecta. nu. 32. de reſcrip. & ſcribit Deci. in conſil. cccc-
8 xxviij. prope fi. ✝ Cõſiderabam etiam forſan iudicem
motum propter dictionem illam dummodo, ex ui cu-
ius dictionis adinuentæ uerbo non aliter, abfuiſſe con
ſenſum Bartholomæi uidebatur in obligatione aliter
facta, quàm in mandato ſit expreſſum, ea enim huius
dictionis eſt natura, ut ni id, quod ea dictione adijci-
tur, interueniat, actus ruat. ſecundum Io. and. in. c. ex
tuarum. in uerbo dummodo. de aut. & uſ. pal. & in reg.
nullus ex quo. de reg. iur. Pro qua ſententia facit. l. im-
puberibus. in prin. ff. de ſuſp. tut. & ſcribit Alex. idem
probans in. l. j. num. 7. ff. ad leg. fal. et plenius Aſten. in
trac. de forma. in. q. illa quando aliquid cenſeatur tra-
ditũ pro forma. uer. quarta cõclu. et And. tira. in com.
de utr. ret. §. viij. gl. viij. pa. ccclvj. Et quòd illa dictio
dummodo. Bartholomæi conſtituẽtis uoluntatem de
clarauerit, et ſi aliter factum fuerit, eius uoluntas ceſſa
uerit, probat Deci. in conſi. cccxxvij. col. ij. et fi. Cum
ergo proponatur in inſtrumento obligationis Nicola-
um procuratorem Bartholomæũ cum aliis inſolidum
obligaſſe adiectis renunciationibus, conſequẽter eius
reſpectu nulla exiſtere uidebatur obligatio. Eſt enim
illud iuris explorati, quæ contra formã geſta ſunt, nul
la eſſe cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſac. et bonus text.
in. c. cum dilecta. ubi Fel. ſub nu. 36 et ſeq. de reſ. et ſcri
bit Alex. in conſi. j. in. iiij. uol. et plene Aſten. in relato
tract. de forma. in. q. de potentia et effectu. conclu. ult.
9 ✝ omiſſio etenim formæ in parte qualibet, cum ſit in-
diuidua actum uitiat, ut probat Deci. in conſil. ccccc-



xxxij. nu. 5. & de forma copioſe Fran. Nico. etiam ſcri
pſit in rub. de noui ope. nun. Rurſus & id iudicem mo
uere potuit, quod notauit Bart. in. l. item eorum. in. §.
ſed ſi ita. ff. quod cuiuſq; uni. Inquit enim ex illo text.
probari, quod ſit præter formam commiſſionis ipſo iu
re non ualere, quem probat ibidem Pau. ca. & Iaſ. in. l.
ſi procurator. nu. 5. C. de procu. Poſtremo, licet in man
datis utile per inutile non uitietur. l. præterea. cũ ſeq.
ff. man. §. is qui, inſtit. man. Vnde pro rata, & uſque ad
ſummam de qua in mandato obligatio conſeruetur,
Nihilominus cum (ut probauimus) forma tradita ſit,
nec quidem in ea parte obligationem cõtractam uide-
batur. d. c. cum dilecta. & c. cui de non ſacerdotali. de
præb. c. Piſanis. de reſti. ſpol. Verum Benuenuto Strac
chæ iniqua ſententia, & deridẽda uidebatur, & uerum
eſt Imperatoris uerbum in aut. de tabel. uer. & non ſin
10 gãt. ✝ Nil eſſe inter homines ſic indubitatum, ut ſolli-
citam quandam dubitationem nõ ſuſcipiat, licet illud
ſit iuſtiſſimum, de quo meminit Deci. in conſ. ccxxvij.
nu. 9. in cauſa. & in cõſi. cccxv. in fi. ſuperioribus. & eſt
pulcher tex. in proœ. clemen. utque euidentius appa-
reat, præfari libet. Et illud primum ex his, quæ propo-
nuntur colligi Hieronymum, Ioannem, & Angelum,
Nicolaum procuratorem conſtituiſſe ad obligandum
eos pro tota ſumma, & illud plus inſolidum. Item illud
proponi eundem Nicolaum procuratorem in contra-
ctu obligationis oẽs mandantes nominaſſe cum man-
datis in eius perſonã factis, &, quod caput eſt, in inſtru-
mẽto obligationis ſe procuratorem Bartholomæi etiã
dixiſſe, & adieciſſe nominatim, & ſpeciatim, cum decla-
ratione in inſtrumento mandati contenta. Vnde licet
nomine omnium conſtituentium cõtraxerit, & eos in-
ſolidum ad dictam ſummam quinque milium ſimpli-
citer obligauerit, ex eo tamen, quòd ſe procuratorem
Bartholomæi cum illa declaratione in mandato aſſe-
ruit, ex uerbis profecto, & mẽte ad illam ratam, de qua
in mandato duntaxat, Bartholomæum obligatum pa
tet, & quidem inſolidum in ipſa rata iuxta eiuſdẽ man

M 2

Universidad de Deusto
Biblioteca



dati tenorem, cæteros uero conſtituentes iuxta ſimili-
ter mandati formam ad totam ſummam inſolidum
11 obligatos. Dicet aliquis cur tam uarie? † eſt enim iuris
regula una determinatio reſpiciens plura determinabi
lia æqualiter terminare debet. l. quãquam. C. de imp.
l. iam hoc iure. ff. de uulg. Verbum ergo inſolidum, di-
uerſis modis intelligẽdum non eſt, ſed dicta regula in
ambiguo admittenda eſt, at ubi uoluntas diſponentis
12 ex actu colligitur, non procedit. † uoluntas autem in
caſu propoſito demonſtrantur ex illis uerbis cum de-
claratione. & dictam regulam, ut ſupra, & aliis modis
eleganter declarauit Deci. in conſil. ccccluj. conſului
alias. nu. 12. Nec uideo, quod abſurdũ conſecuturum
ſit, ſi diuerſis rationibus unum, & idem uerbum diuer
ſis modis interpretemur, ut in. l. ij. ubi Accurſi. & Bar.
notarunt. ff. de offi. proc. & ſcripſit Deci. in conſil. lxix.
col. antep. uiſis. Et hæc interpretatio, quæ (ni fallor) ne
mini incongrua uideri debet, confirmatur, quia Nico-
13 laus mandatarius ad mãdatum, ut ſupra ſe retulit. † et
regula iuris eſt relatum in referente ineſſe cenſeri. l. aſ
ſe toto. ff. de hære. inſtit. l. ſi ita ſcriptum. ff. de condi. &
demon. intantum, ut diſpoſitio a relato limitationem,
& temperamẽtum recipiat, & cõſequenter ab eo, quod
in mandato continetur. l. in teſtamento ita quidam. ff.
de condi. & demon. l. ij. ff. de hære. inſti. & copioſe plu
ra referendo ſcripſit Deci. in conſi. lxiij. nu. 6. & pro te
nui. Et hoc amplius ait, relatum inſpici oportere, etſi
aliter referens diſponat, errore enim factum uidetur,
cum is, qui refert ſic in relato contineri crediderit, re-
fertque Alex. in conſi. ix. ponderatis his. nu. 12. uol. v.
qui in pulchra facti ſpecie ex facto conſultus ſenſit,
14 quod ultimum in facto propoſito ſuperabundat. † Mo
uet me etiam, quòd obligatio ſolidi contra Bartholo-
mæum conſtituentem ad ratam, & portionem tantum
referatur, ut, ſcilicet, repugnantia euitentur: eueniret
enim unum, ſcilicet, procuratorem enunciaſſe, & aliud
diſpoſuiſſe, eſt ergo noſtra interpretatio accipienda. ar
gu. l. nam ad ea. ff. de cõdi. & demon. & arg. eius, quod



belliſsime ſcripſit Pau. ca. in. l. peto. in prin. ff. de leg. ij.
quem refert, & probat Iaſ. in conſi. cxxxij. prima. uol.
j. in fi. & in conſil. xviij. in præſentia. col. ij. uſque in fi.
uol. iij. & uerba inſtrumẽti ſunt interpretanda, ne con
tradicant. c. inter dilectos. in. §. cæterum. de fide inſtr.
Accedit, quod Imperator inquit in. l. fi. C. quæ res pig.
In contractibus potius uoluntas contrahẽtium, quàm
uerborum conceptio inſpicienda eſt. facit. l. in promit-
tendo. in prin. ff. de iure do. & l. in conuentionibus. ff.
de uer. ſig. & plene ſcripſit Deci. in conſi. cclxxiiij. ubi
complura ad id pertinentia refert, Cum ergo uolũtas
procuratoris demonſtretur ex illis uerbis non ſemel
relatis, cum declaratione. illa inſpicienda eſt. Præterea
hæc noſtra interpretatio ex eo confirmari poteſt, quia
euitatur delictum procuratoris ſi fines mandati exce-
ſiſſe diceremus, ſecundũ ea, quæ Aſten. ſcripſit in trac.
de forma. in. q. de potentia. & effec. uerſ. ſeptimus effe-
ctus, id tamen me non ualde mouet. ſed & illud ma-
xime conſiderandum eſt, quòd idem Nicolaus procu-
rator obligationem contraxit cum clauſula omni me-
15 liori modo, † Quæ clauſula facit, & in his, quæ ſunt
tradita pro forma, ut actus ſuſtineatur eo modo quo
16 poteſt, cuius rei illud occurrit argumentum, † Filio nõ
ſufficit relinquere quoquo relicti titulo, ſed forma in-
ducta eſt, ut iure inſtitutionis relinquatur. §. aliud. in
auten. ut cum de appel. cogno. ſi tamen in teſtamento
adiecta ſit clauſula omni meliori modo, defenditur te
ſtamentum tanquam ſit facta inſtitutio, ſecundũ Bal.
in. l. quoties. nu. 3. C. de hæred. inſti. Iaſ. in aut. nouiſſi-
ſima. C. de inof. teſt. & ſcribit Aſt. ubi ſupra. ſub uer. cæ
terum eſt animaduertendum. & ſcripſit Feli. in. c. cum
ſuper. nu. xj. de offi. deleg. & Marſi. ſing. xxxvj. clauſu
la omni meliori modo. facit enim dicta clauſula, ut
actus ualeat eo modo, quo ualere poteſt, ſecundum lo
ca ſupra relata, & diſponens diſpoſuerit, ut potuit. &
probat Deci. in conſi. xiiij. nu. 4. & pro tenui. & in con
ſi. lxxvij. nu. 4. uiſo puncto. & Mar. in conſil. xviij. nu.
9. & Ioan. dilec. in trac. de arte teſtan. in tit. de libe. inſt

Universidad de Deusto Biblioteca



cau.j.ex quibus autoritatibus (complura ad confirma
17 tionem colligi poſſunt. ✝ Præterea, ut inquit Bal. in ci-
tata. l. quoties uerba ad ualidum, non autem inualidũ
intellectum aptanda, trahendaque ſunt, & ille præua-
let intellectus quo res de qua agitur in tuto ſit. l. quo-
ties in ſtipulationibus. ff. de uerb. ob. & ſcripſit Deci. in
reg. quoties idem ſermo. ff. de reg. iur. in fi. & confirma
bis, quæ diximus ex his, quæ ſcripſit in materiam idẽ
Dec. in conſi. lxxvij. uiſo puncto. Denique illud, licet
forſan superuacaneum, non omitto, quod belliſſime
inquit gl. in. c. cum olim. in uerbo protinus. de offi. de-
18 leg. ✝ Si dominus ſciuerit procuratorẽ ſuum fines mã
dati excedere, & non contradixerit, aſſentire uidetur,
quam glo. & Abb. & Feli. ibidem probarunt, & idẽ Do
mi. & Io. an. notarunt in. c. cum quis. de ſenten. excõ.
lib. vj. & placet Iaſ. qui alios refert in. l. ſi procurator.
nu. 4. C. de procur. & declarat Deci. non improbans in
conſil. cccexxxvij. quæritur. &c. Sed (ut accepi) Bar-
tholomæus literas creditoribus miſit, quibus non ſo-
lum perſpicitur ſcientiam contractæ obligationis ha-
buiſſe. Verum ſe debitorem confeſſum, dilationem ad
ſoluendum petiiſſe, & in immobilibus ſe ſatisfacere ob
tuliſſe. Ex quibus plura reſponſa his, quæ cõtra propo
ſita primo loco fuerunt, occurrunt. Et illud primũ plu
ribus modis probauimus, Procuratorem fines manda-
ti non exceſſiſſe, quod remouet omnia. Item clauſula
omni meliori modo. Item quod proxime diximus, &
conſequenter obligationem factam uirtute dicti man
dati in perſonam Bartholomæi pro rata, de qua in mã
dato, & ut ſupra ualidam eſſe, & ita Benuenutus Iuriſ-
conſultus reſpondit, ſaluo rectius ſentientis iudicio.
19 ✝ Vſitatum & illud eſt inter mercatores, ut genera-
liter procuratores conſtituant, & ſcio non ſemel dubi-
tatum an in generali mandato facultas pecunias (ut
aiunt) ad cambium recipiendi tradita cenſeatur, & pla
cet in propoſito iuris articulo, quod eleganter Roma-
nus ex facto conſultus reſpondit in conſi. cxiiij. uiſis.
in generali mandato uenire ea quæ conſtituentes fa-



cere ſolebant. l. uel uniuerſorum. ff. de pign. act. Idem
ait uenire ea quæ ex conſuetudine loci ſunt, ut ſcri-
pſit Bar. in. l. ſi fraudator ff. quæ in frau. cre. & in. l. 1.
C. de pas. pub. uel pri. lib. xj. quæ ſententia Romani
ratiõabilis eſt, & eam probauit Dec. in conſi. cccexlj.
nu. 9. & ſeq. unde ſiue ſolitus fuerit conſtituens id face
20 re ✝ ſiue ex conſuetudine loci id exiſtat conſtituens
ui taciti mandati ad cambia obligatus cenſetur: ſed &
illud in dubium uenit num facultas data a debitore
creditori accipiendi pecunias ſub cambijs ne damnũ
creditor patiatur, ad prima tantum cambia referatur
ſeu magis ad cambia & recambia, ut aiunt, quo ad ſa-
tisfiat, in qua facti ſpecie interrogatus Dec. de iure re
ſpondit uerius eſſe ex conceptione dictorum uerborũ
& ex relata uulgari formula mercatorum poteſtatem
tributam cenſeri ad geminata cambia, & quo ad ſati-
fiat, ut patet ex eleganti reſponſo ſub nu. cccclxij. ui-
ſo puncto. uerum præceptor meus Pau. par. in conſi.
91. uiſo copioſo. uol. j. contra ſenſiſſe uidetur, ego ue-
ro mandati uerba diligenter inſpiciẽda eſſe puto, & lo-
ci ac conſuetudinem mercatorum ſpectãdam, & in am
biguo ſecundum ſententiam Decii reſpondendum de
iure putarem, ubi mãdati formula in ſupraſcripta uer-
ba concepta eſſet, & ad interpretationem. l. boue in. §.
21 hoc ſermone. ff. de uerbo. ſign. ✝ adddes Dec. in conſ.
iij. nume. iiij. & in conſi. lxxvij. in. iij. col. circa princi.
& in conſi. cccccxij. col. pe. & fi. & Iaſ. in. l. duobus reis
in. §. ſi ei qui. ff. de iure. qui complura refert ſimilia, &
illud adijciemus me non latere collybum apud Cice
ronem appellari pecuniæ permutationem, & detrimẽ
22 tum pecuniæ, ✝ quod in permutandis pecunijs aſſolet
fieri, de quo uerbo meminimus in prima parte uerſic.
belliſſime etiam dubitare, uerum euidentioris intelle
ctus gratia hoc uulgari uerbo uti placuit.
Vulgaris eſt illa quæſtio, & quotidiana ualde, an ha
bens mandatum ad uendendum, ſeu locandum, & ad
23 precium, ✝ ſeu mercedem recipiendum mandatum ẽt
habere dicatur. in quo iuris articulo Gui. relatus a Ro-

Universidad de Deusto Biblioteca



mano in ſing.xxiij. quod habens mandatum, in.l.j.
in.§.igitur præpoſitio.ff.de exer.negauit, et idem Ro
manus plenius attingens in conſi.cccclxj.in eo quod
quæritur probauit et eandem ſententiam Guig. pro-
bat Ang.in citata.l.j.in.§.non autem et Guig. ac Ro-
manum celſus refert, et non improbat apud Lanfran.
in.c.quoniam contra in uer.confesſiones ſub numer.
xxxviij.Barto. uero in.l.filiæ.ff.de ſol.contra,mouet
cum.l.quod ſeruus eodem tit.in qua.l.idem ait Bart.
mandantem alicui rem uendere, et precium recipere
mandaſſe cenſeri, legi etiam Dec.in conſi.cccxxx.nu.
iij.concluſio,qui ſimpliciter Barto.refert in.l.filiæ in-
quiens dubitationem Barto.ſententiam non habere,
cæterum relatæ autoritates, et mouent, et rem dubiã
reddunt.unde Bal.in citato.§.igitur ait eſt argumen-
tum in hoc textu quòd procuratori contractus nõ poſ
ſit ſolui, quod eſt uerum, ex alio contractu, ſed ex eo-
dem contractu recte ſoluitur, ego uero Bar.ſententiæ
aſſentior, quoniam(ni fallor)eius ſẽtẽtia probatur in
24 l.quod ſeruus ubi iuriſcon.in hæc uerba, ✝ ſed et ſi-
quis pecuniam dominicam fœneratus eſſet a ſeruo, ſi
permiſſu domini ſeruus negocium dominicum geſſ-
ſet idem iuris eſt, uidetur enim uoluntatem eos qui cũ
ſeruo negocium contraherent, et ab eo accipere, et ei
ſoluere. Nec moueat reſponſum a Romano traditum
illi legi in citato cõſi.cccclxj.legem illam ſcilicet loqui
in præpoſito negociationi, ſeu adminiſtrationi alicu-
ius corporis, ſeu uniuerſalis rei ueluti peculij, quo ca-
ſu mandatum intelligitur, ut ſuper eo cõtrahat et ex
contractu ſolutionem recipiat, at ſecundum eum pro-
poſita quæſtio uertitur in mandato ad rem certam, et
ſingularem, quoniam meo quidem iudicio Roma.lon
ge errat. Duæ enim ſpecies facti in.d.l.qđ ſeruus. pro-
ponuntur. Altera in prin.legis, et illi cõgrueret Roma
ni reſponſum altera in.§.ſed et ſiquis ſecundum rela-
ta uerba, ex quibus in ſingulari negocio iuriſcons. lo-
qui euidenter, apparet et in ea parte Bart.legem ad.q.
induxit.indicant id uerba Bar.in.l.quod ſeruus. ſolu-



tio enim in mandato tali includitur, et ſecundũ uolũ-
tatem conſtituentis ſoluere mandatario uidetur, ut
ex uerbis iuriſcon.colligitur, et his addes Bart.in.l.cũ
qui ita.§.qui ſibi.ff.de ue.ob.dicet aliquis Guiglelmi,
et aliorum ſententiam probari in.§.igitur quod non
25 eſt uerum, quoniã in.l.mandati hæc uerba erant, ✝ ut
præpoſitus naui ſolum uecturas exigeret, non loca-
ret, uel ut locaret tantum nõ exigeret, unde præpoſi-
tio contrahentibus certam legem dabat, cæterum pro
ſita quæſtio eſt in habente ſimpliciter mandatum, uel
ad locandum, uel uendendũ, & ſi quis ſubtilius.d.§.in
tueatur retortione in Guiglielmum, & cæteros nõ ab-
ſurde uteretur, ut ſi non eſſet dictum in præpoſitione
ad locandum tantum, & non ad exigendum innuat
iuriſc.propoſitum ad locandum uecturas exigere poſ-
ſe quod & uerum eſſe puto.
26 ✝ Nec abſimilis eſt illa quæſtio num mandatum ha
bens ad uendendum, habita fide de precio poſſit uen
dere, in quo iuris articulo eleganter ſcripſit Bart.in.l.a
diuo pio in.§.ſed ſi emptor.ff.de re iud, ubi etiam ale
xan. & Iaſ.copioſe tractarunt, quibus addes Fabia. in
trac.de emp. & uend.in.iij.q.prin.nu.xxx.tom.viij.
Ang.aret.inſt.de re.diui.in.§.uenditæ, & uidebis Pau.
caſt.in conſi.cccv.uiſis, in.j.parte.ubi culpæ imputari
mandatario non poſſe ait qui habita fide de precio uẽ
didit ſi conſuetum erat.
Nec illud tacebimus quod eleganter inquit Bart.in
27 auc.hoc ius porrectum nu.xvij.C.de ſac.ſan.ec. ✝ ha
bentem mandatum ad recipiendum pecuniam ad cer
tam cauſam ſufficere ſi aſſerat ex illa cauſa de qua in
mandato pecuniam recepiſſe, licet mentiatur, unde do
minus tenetur qui mãdauit alicui, ut pecunias mutuas
ad certam cauſam recipiat, ſi ea lege accepit mandata-
rius, quaſi in eam cauſam impenſurus, licet mox mu-
tauerit uoluntatem imputaturus ſibi cur tali manda-
uerit, quæ ſententia probatur ex notabili tex. in.l.j.in
§.non autem uer.unde quærit offilius.ff.de exer.nec
enim laborare debet qui pecuniam credidit in cauſam

Universidad de Deusto
Biblioteca



in mandato expreſſam mandatarius pecuniam creditã
eroget,ſed illud ſtudere,ut ex illa cauſa muuum fiat,
& exprimatur,& hanc ſententiam probauit Dec.in cõ
ſi.cccxxx.nu.3.concluſio,& referendo Bal.in auc.hoc
28 ius porrectũ ſubdit,† ſi mercator uendidit Abbati pã-
num induendi gratia eo monachos obligat monaſte-
rium licet Abbas mutata uoluntate in alios uſus uer-
terit,citat Inn.in.c.j.depo.& Rom.in conſi.ccccxl.ue
rum Pau.caſt.in citato.§.non autem uerum intelligit
ſi ueſtimentis monachi egerent,& ſi ea concurrãt,quæ
leguntur in.l.ſi.ff.de exer.ad cuius legis interpretatio
nem uidebis Alex.in conſi.xliiij.uol.ij.& ego Pau.de
clarationem probo,cũ Abbas ad ueſtimenta emẽda
monachis expreſſum mandatum non habeat,ſed taci
tum.taciti enim & expreſſi mandati in materia habe-
tur diſtictio,ut colligitur ex relatis locis,& ſcripſit Bar
to.in.d.§.non autem.& illud addam recipiendis pecu
nijs propoſitum,ſeu mandatum habentem ad recipiẽ
dum ſolutiones terminum ad ſoluendũ prorogare nõ
29 poſſe.l.qui romæ in.§.calymachus.ff.de uer.ob.† ubi
iuris interpretes,& præſertim,Iaſ.ſub nu.xiij.tempe-
rat quibuſdam modis.

Item quærit cũ quidam mercatores Antuerpiç ſin
ge uel in alijs longinquis mundi partibus commoran
tes literas ſcripſiſſent mercatoribus Anconæ degenti-
bus,& eas per Titium tabellarium deſtinaſſent,qui lite
ras his quibus aſcriptæ erant reddidit,& quoniam da
ri,aut fieri quid titio tabellario in literis continebatur,
30 † Anconitani mercatores illum eſſe Titium de quo in
literis ſit mentio denegarunt,potuit enim euenire,ut
in itinere alij literas Ticius ſubtraxeris hæſitatur cui
incumbat onus probandi. Nec abſimilis eſt illa quæ-
ſtio,conſtituerunt quidam procuratorem Ticium ad
agendum,negatur illum eſſe de quo in mandato cum
potuerit contingere,ut is qui inſtrumentum attulit fa
cto ſubtraxerit.in quibus iuris articulis Cy.Bal.Paul.
& Saly.in.l.ſi qua per calumniam opinantur præſumi
illum eſſe,de quo in literis,& mandato ex quo penes



cum ſunt,& onus probandi contrarium negãtibus in-
cũbere.Hæc enim præſumptio onus in negantes trãſ
fert,uſque adeo,ut idem præſumatur,donec contra-
rium oſtendatur,ſed illum non eſſe qui cum manda-
to,ſeu literis ex longinquis partibus uenit,et idẽ ſen-
ſit Guig.in.l.poſtquam.C.de pac.& Abb.in.c.coram,
nu.xj.de off.dele.& not.apud Spec.in ti.de procu.§.
ut autem ſub nu.8.& apud Lanfr.in.c.quoniam con
tra in uer.inſtrumentorum ſub nu.xiij.de probati.&
ſcripſit Mar.in.l.ſiquis nec quæſtio nu.171.ff.de quæſ.
& uidebis tex.& glo.in.l.ſi.C.de pac.con.& illud huic
rei adijciendum eſt me in ea eſſe ſententia,ut ſufficiat
uel literas,uel inſtrumentum mandati penes afferen-
tem eſſe ad præſumptionem de qua diximus.nec.n.
puto neceſſarium eſſe,ut etiam iura habeat,ut ſenſit
Fel.in citato.c.coram ſub nu.12.ſed ſi iura etiam ha-
beret adiumento præſumptioni prædictæ eſſent,ut
Bal.poſt Cy.ſcripſit in cita.l.ſiquis per calumniam.C.
de epiſ.& cle.quæ lex me ualde mouet,& his etiam
addes Alc.& Io.Nic.apud eum in trac.de præſum.in
reg.j.uerſic.trigeſimotertio.

Ex facto non minus frequens,quàm utilis proponi
tur quæſtio cum quidam mercator apud Galatas de-
gens Laurentio mercatori Anconitano quadringenta
deberet,ſcripſit ad Paulum mercatorem literas,iiſdẽ-
que mandauit,ut quadringenta mutuo ſub uſuris ac-
ciperet,& cum damno prout melius uideretur,& pla-
ceret,eademque Laurentio creditori ſolueret.Paulus
31 † relatam ſummam ſub uſuris recepiſſe affirmat,& ſe
Laurentio creditori ſatisfeciſſe oſtendit,& quadringẽ-
ta,et uſuras ſolutas petit,quæſitum fuit num Paulus
mandatarius uſuras quas ſoluit cauſa mutui quadrin-
gentorum poſſit repetere.Item et illud an paulus te-
neatur nominare,uel probare perſonas quibus uſu-
ras ſoluit.Nam qui mandauit quærit repetere,Marth.
ab Affl.dec.xci.iterum in ſacro conſi.Neap.quæſtio-
nes propoſitas agitatas refert,et ait mandatarium qui
ex mãdato domini debitoris,et pro eo uſuras ſoluit æ-

Universidad de Deusto Biblioteca



quum et iuſtum eſſe indemnem conſeruari, idque et
ſi iuramentum non interuenerit. eo enim accedente
ceſſat dubitatio, citat Io. and. in regula dãnum in mer
curialibus affirmantem ſe Theologos interrogaſſe, et
probaſſe, addit Io. rod. in repe. c. conſuluit. q. xlvij. et
eſſe tex. in. l. ſi uero non remunerandi in. §. ſi mihi. ff.
man. ubi Bal. ſe ex facto conſultũ, et pontificio iure id
admittendum ait, et ſecũdum hanc ſententiam Alex.
reſpondit in conſilio. lvij. numero. x. quoniam in quæ
ſtione uolu. j.

In ſecunda quæſtione idem Aff. inquit prima fron-
te uideri non ſolum mandatarium teneri ad nominã-
dum perſonas quibus uſuras ſoluit. Verũ tentari poſ-
ſe ad probandum uſurarum ſolutionem cogendum
eſſe, idque ex ea regula qui dicit ſoluiſſe probare de-
bet. l. j. C. de proba. cum alijs ſexcentis ſimilibus. De-
inde ſubdens, putauit ex uerbis mandati colligi man
datarium ad aliquam probationem aſtringi non poſ-
ſe, nec quæſtionem aliquam inferri poſſe, & ſi cõceda-
mus uerba illa mandati prout melius uidebitur, & pla
cebit ad arbitrium boni uiri reducenda eſſe, citat Ioã.
and. in. c. ij. de iura. calum. in. vj. & cum ad uerbum re
fert qui ait ſuper uerbo uiderit expedire idem uerbũ
de maio. & obedien. c. cum in eccleſijs in ſi. de præbẽ.
32 c. ꝑ Pro illorum in princ. de teſtib. c. ij. in tantum autẽ
hæc relinquũtur iuſſioni, & arbitrio iudicis, ut ubi hæc
uel ſimilis clauſula apponitur nulla probationis neceſ
ſitas imponitur, nec quæſtio de hoc poteſt inferri ſimi
le quod notatur in ca. ſtatutum. §. aſſeſſorem de re-
ſcrip. hactenus Ioan. and. & adijcit Affl. & Pet. ancha.
& Dominc. in. d. c. ij. ſcripſerunt, quando uerbum ui-
debitur refertur ad partem licet intelligatur arbitrio
boni uiri tamen nulla probatio in huiuſmodi arbitrio
eſt exigenda. Vnde ait ſi mandatarius nõ tenetur pro-
33 bare, ꝑ nec conſequenter nominare, ut innuit Io. and.
in illis uerbis proxime relatis, nec quæſtio de hoc po-
teſt inferri, item quia appellatione probationis uenit
etiam nominatio, unde qui non tenetur probare ne-



etiã nominare. l. i. iuncta gl. in uerbo nomina ediderit
ff. de off. con. rurſus hanc ſententiã probat ſi mandata
rius teneretur nominare, & non probare id nihil eſſet,
quoniam ſi diceret ſolui Lucio, & Meuio uſuras, & il
li hoc negarent, & probare non poſſet, uſuræ repeti à
mandante nõ poſſent, quas tamen cogitur ſoluere mã
datario, ut dictum eſt, unde uana hęc eſſet nominatio
denique idem Affl. ait ſi in mandato adiectum eſſet
prout in facti ſpecie in ſacro conſilio propoſita, quòd
tam pro eo quod intereſt quam pro alia re mãdans cõ
tentus eſſet quicquid mandatarius feciſſet, perinde eſ-
ſe, ac ſi conuentum eſſet de damnis, & uſuris dicto mã
datarij ſtari debere, quo caſu ualet conuentio, & non
aſtringitur aliquid probare, ut plenius diximus hac ea
dem parte in princ. uerſic. aliud pactum Quod ipſe tẽ
perat niſi mandatarius eſſet perſona ſolita fœnerari,
tunc enim de ſuo mutuaſſe præſumendum eſt, ut lu-
cretur uſuras, adeo quòd mandans uſuras ſoluere nõ
tenetur, ſecundum Io. and. apud Spec. in titu. de pro-
ba. §. uidendum. concludit igitur ſat eſſe ſi Paulus mã-
datarius quantitatem uſurarum ſolutarum exprimat
quæ deinde per iudicem ad boni uiri arbitrium redu-
cetur, idque inter partes tacite actum cenſeri, nec Af-
flictus quẽ ego quam breuiſſime potui retuli, ipſum le
gito qui plurib. utitur, ſed & ego in propoſito iuris arti
culo cum nonnullis mercatoribus in ſermones incidi
qui Paulum mandatarium ad nominandum perſonas
teneri opinabantur licet Afflic. referat in ciuitate Par-
thenopeia mercatores in diuerſas ſententias iuiſſe, &
mecum ipſe cogitaui hanc quæſtionem eſſe de bono,
& æquo, in quo genere, ut belliſſime iuriſconſultus in
quit in. l. ſi ſeruum in. §. ſequitur. ff. de uerb. oblig. ſub
autoritate iuris ſcientię plerũque erratur, & hanc quę
ſtionem huiuſcemodi eſſe negaturum neminem, idq;
probatur in. l. ſi uero nõ remunerandi in. §. ſi mihi. ff.
mand. in illis uerbis, & ut eſt conſtitutum totum hoc
ex æquo & bono iudex arbitrabitur qua de re noſtra-
tium mercatorum ſententiam, & rationabilẽ, & æquiſ

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſimam putaui. Occurrit enim prauitati uſurariæ, & ip
ſis uſuris quibus nil deteſtabilius, & ſanè fraudibus ob
uiandum eſt, & delinquendi occaſio danda non eſt. l.
in fundo. ff. de rei uend. l. conuenire. ff. de pac. dota. &
profecto cum frequentari ſoleat inter mercatores hoc
mandatum, ſi mandatarius eum a quo ſub uſuris acce
piſſet nominare non teneretur ad uſuras utique mer-
catores ſubinuitarentur, ad quas quam procliues ho-
die ſint mercatores nemo eſt qui neſciat, unde Io. an.
dicere conſueuerat in. c. ex literis de iure. & in. c. ij. eo
dem titu. libro. vj. ad probandum contractum uſura-
rium admitti, et recipi probationes quæ in alia cauſa
non admitterentur propter excogitatas artes quæ in
contractibus fœneraticijs ſolent adhiberi, quem refert
& probat Alex. in conſi. liiij. numero. iij. uol. vj. circa
primum. accedit quòd uerba hæc uidebitur, & place
bit ad arbitrium boni uiri reducuntur, ut de uerbo ui-
debitur, ſcripſit Bar. in. l. ſi ſic in princ. ff. de lega. j. & ci-
tat. l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fide. liber. & idem
Bar. ad reprimen. in uerbo uidebitur, & eodem in loco
de uerbo placebit idem ſenſit citat text. in. l. thais in
§. ſorore. ff. de fideicom. lib. & probat Deci. in conſilio
ccccxciij. num. xix. & plene, et eleganter Iaſ. in conſi.
iiij. in. iiij. col. uolu. iij. dominus Baptiſta, & licet Mar.
34 Man. in conſi. vij. in fi. ꝗ ſubdubius tentet dicere in. d.
§. ſorore ius ſingulare eſſe fauore libertatis, & quædã
alia ad. d. §. pertinentia addat, errat tamen longe mea
quidem ſententia, & eſt receptum ut ſupra, & pro com
muni ſententia faciunt uerba illa iuriſconſulti. Non
ſpectandum quod heredibus diſplicuiſſet, ſed id quod
bono uiro poſſet placere quę uerba non eſſe ius ſingu
lare in libertate innunt, ſi igitur uerba huiuſmodi ad
arbitrium boni uiri reducenda ſunt, quod & Affli. non
negauit, æquitas expoſtulat, quæ præcipue in merca-
torum cauſis ſpectanda eſt, ut ſcripſit Bart. in. l. quin-
tus. ff. manda. & nos in ultima parte plenius attinge-
mus, ad nominãdum illum a quo fœnebres pecunias
receperit mandatarium aſtringi, denique hanc ſenten



tiam ueram eſſe putabam quoniam non eſt auferenda
poteſtas ſuo iure utendi, ſi enim mandatarius nomi-
nare non teneretur mandans ius ſuũ perſequi nõ poſ
ſet eſt ergo pro hac ſententia & æquitas, & ratio Quin
ti Mutij Sceuolæ de qua in. l. quintus. ff. mand. in illis
uerbis, parum enim facit fideliter fideiuſſor in ſuperio
ri caſu qui poteſtatem eximere reo uidetur ſuo iure
uti. Nec moueat quæ non inſubtiliter Affl. conſidera
bat et illud primum Io. an. in. c. ij. Non poſſe mandata
rio quæſtionem referri, quoniam ex nominatione hu
iuſmodi nulla mandatario infertur quæſtio, quæ eius
reſpiciat perſonam, et damnum legitimum, nec puto
uerum appellatione probationis ſaltem proprie nomi
nationem uenire, ut patet ex compluribus definitioni-
bus ipſius probationis, de quibus apud doct. & præci-
pue deci. in rub. extra de prob. & in rub. C. eo. & illud
clariſſimi iuris eſt ex definitione propriam uocabuli ſi
gnificationem ſumi, ut ſcripſit Bar. in. l. omnes populi.
nu. 59. ff. de iuſt. nec legi inter genera probationum iu
ris interpretes nominationem adijcere, de quibus gene
ribus tractauit copioſe Mar. complures referendo in
rub. de proba. nu. 2. & ſeq. Nec uideo etiã in. d. l. uni.
ff. de offi. con. probari, quod dictum eſt, qui nõ tenetur
probare, nõ tenetur nominare, ſed fac eſſe illud poſſet
recipi, ubi nominatio tenderet contra ſe. At in. q. pro-
poſita conſtat nominationem fieri, ut mandans ab eo,
qui ſub uſuris credidit, poſſit uſuras repetere, nec po-
teſtas eximenda eſt mandanti ſuo iure utendi. Nec ua
na hæc uidetur nominatio (ut Affl. deducebat) ſi man
datarius nominaret uſurarios, & nominati hoc nega-
rent, & non poſſet probari, mandans tamen mandata-
rio ſoluere tenetur, nec ei propterea ius repetẽdi com-
peteret. Quoniam nominatio poteſt eſſe utilis mãdan-
ti. Iudex enim qui totum hoc ex æquo, & bono arbi-
trabitur (ut dictum eſt) libros, & mandatarii. et man-
dantis edi iubebit, item & nominatorum, non tamen
ut mandatario quæſtio referatur, rationeſque diligen-
ter inſpiciet, perſonarum qualitates ſpectabit, et cum

Universidad de Deusto Biblioteca



æquitas ſuggerit ex officio interrogabit.l.ubicũque.ff.
de interrog.actio.c.ex literis.de iure iur. Vſuras etiam
an grauiores,leuioresque ſint,intuebitur,iuxta fori,et
loci conſuetudinem , et habita ratione temporis facti
35 mutui,& diei,† Et quoniam uſurarii argumentis,& in
diciis conuinci poſſunt.c.cum in diocœſi.de uſu.& ex
perſpicuis indiciis probatur uſurarius, ut ſcripſit Ioan.
and.in.c.ex literis.de iure iur.quem ſupra retulimus,
& plene Iaſ.in conſ.cxlj.circa primum.col.iij.uol.iiij.
& Mar.in rub.de proba.C.nu.310.& Pau.par.cõſi.liiij.
nu.64.uol.j.ubi quædam loca refert,ſubtili iudicis in-
quiſitione ueritas inueniri poteſt, & per conſequẽtiam
utilis eſſe poteſt nominatio.Et quoniam ferendus non
eſſet mãdatarius,qui ſub uberrimis, & grauiſsimis uſu
ris mutuas pecunias accepiſſe diceret,ſi inutilis eſſet no
minatio,et uana uſuræ ad arbitrium boni uiri reduce-
rentur per iudicem regionis conſuetudine,et perſona-
rum qualitate inſpectis,ut idem Affl.ſcripſit.

Solent perſæpe mercatores,qui uel Venetiis,uel An
tuerpiæ,ſeu in aliis mundi partibus negociantur,mer-
ces mari , uel terra tranſmittere alicui tradendas cum
36 mandato,ut ad diem uendãtur,† finge modo manda-
tarios uendidiſſe,et mercium emptores aliquos amiſſa
fide decoxiſſe , num mandati aduerſus mandatarios
actio competat? ex eo quòd minus diligenter manda-
tum curauerint? In quo iuris articulo ſuccurrit, quod
eleganter Iuriſconſultus ait in hæc uerba in.l.qui ſub
conditione.ff.de condi.et demon.Ceterum debitores
cum quibus ipſe contraxit,non utique in diem mortis
domini ſui idoneos fuiſſe præſtare cogẽdus eſt,ſed eo
tempore quo his creditum eſt,eius conditionis fuiſſe,
ut diligens paterfamilias his crediturus fuiſſet , et facit
tex.in.l.litis.in.§.ſi pecuniæ.ff.de neg. geſt. ubi Iuriſ-
con.ait:ſi pecuniæ quis negocium gerat, uſuras quoq;
præſtare cogitur,et periculum eorum nominum, quæ
ipſe contraxit ubi culpa imputari poteſt.At ſi culpa ua
cat,et fortuitis caſibus debitores non ſoluendo effecti
ſint,præſtare non cogitur,niſi ſpeciali pacto conuene-
rit.l.



rit.l.negocium.C.de nego. geſt & his addes tex.in.l.
ſiquid poſſeſſor.§.pe.&.l.item uidendum.ff.de pe.hæ
re.& Dec.in conſi.vij.& pro tenui,qui ad rem tantum
l.negocium.&.§.ſi pecuniæ citauit.Item & Pau. caſtr.
in conſi.cccv.uiſis & ponderatis in prima parte.qui ait
inter alia ubi culpa uacat ſufficere nomen cedere qua
lecunque eſt.ff.de pig.act.l.eleganter.§.ſi uendiderit.
ff.de diſtr.pig.l.quæſitum in princ.&.l.quod debetur.
ff.de pecu.quibus adijcies.l.item uidendum.ff.de pa
ctis hære.ſubiicit Pau.mandatario officium ſuum dã-
noſum eſſe non debere.l.uidelicet.ff.ex quibus cauſ.
maio.l.ſed ſiquis.ff.quem.teſta.aper.hæc Paul.ſed &
Bal.noſter in conſi.lxxij.ſi quæritur uol.iij. ſcripſit in
hæc uerba.Ille qui tenetur aſsignare nomina debito-
rum tenetur aſsignare ueros debitores,non autem lo
quitur aſsignare tales qui ſint ſoluendo, niſi hoc poſ-
ſit facere, uel niſi poſt moram debentis aſsignare ſint
effecti non ſoluendo.l.periculum.ff.ſi cer.pe.l.ex per
ſona.C.de proba.ff.de hæred.uen.l.ſi nomen ubi ap-
paret quòd non tenetur accipere illos qui poſt morã
facti ſunt non idonei, hactenus Bald.in ſupraſcripta
uerba.

Sed & iterum in materia finge Florentinum merca-
37 torem merces † Anconitano mercatori trãſmiſiſſe, ut
ad diem uendat,conueniſſe tamen certa mercede , ut
puta trium ſcutatorum pro centinario quolibet,ut no
minum ſeu debitorum periculum ſit Anconitani mer
catoris,& ipſum periculum præſtet,& merciũ empto
res non ſoluendo deinde factos,hanc quæſtionẽ ple-
ne quidem tractauit Dec.in conſi.vij.& pro tenui,qui
quoniam non inſubtiliter ſcripſit, & eius reſponſa ta-
lia extant ut ea omnes appetãt,& uerſantur inter ma-
nus hominum,ſuperuacaneum eſt referre. Pauca ta-
men addere contentus ero,& illud primum certi iu-
ris eſſe in propoſita quæſtione extra notiſsimos termi
nos mandati nos uerſari.mandatum enim niſi gratui
38 tum nullum eſt.† et interueniente pecunia,res ad loca
tionem,& conductionem potius reſpicit.l.j.ff. mand.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& inſti.eodem.§.fin.item in propoſita quæſtione uer-
ba conuentionis præcipue ſpectanda eſſe duxi iuxta
l.j.§.ſi conuenerit.ff.depoſi.l.in conuentionibus pri-
mum locum.ff.de uerb.obl.& quoniam hæc conuen
tio ſolet aliquando fieri ſub illa formula & uerborum
conceptione de qua in.l.decem.ff.de uerb.obl.in.l.ſi
decem.ff.de ſol.& in.l.ſi ego.ff.ſi cert.pet.iccirco illa
iura notabis,& uidebis quid ſcripſerit Cor.in conſil.
ccvj.in hac conſultatione.uol.iiij.

Proponebatur apud Benuenutum Straccam iuriſc.
39 quæſtio huiuſcemodi,† mercatores quidam Anconæ
commorantes quibuſdam mercatoribus Neapolitanis
mandarunt,ut quaſdam merces emerent,& eaſdē An-
conā uerſus mari trāſmitterent,ea adiecta lege,ut mer
ciū periculū ſuſcipiētes inuenirent,quos uulgo aſſecu
ratores appellamus,& ea clauſula de non transferen-
do merces ex onerata naui in aliam nauim,idque fie-
ri poſſe putabant ſolutis ſcutis ſeptem ratione pericu-
li pro cētinario quolibet. Neapolitani mercatores em
ptis mercibus nauim quandam iiſdem onerarunt re-
ceptis fideiuſſoribus periculi mercium abſque clauſu-
la ſupra dicta.quoniam dicebant expromiſſores non
inueniſſe,cum ea clauſula niſi quindecim pro centina
rio quolibet ſoluiſſent.merces deinde in ipſa nauiga-
tione in aliam nauim translatæ fuere, & unà cum
ea periere,dicebat Benuenutus hanc quæſtionem tra
ctatam apud Dec.in conſi.ccccxxx.quod eſt errore ge
minatum ut patet conſil.ccccccxxxij.qui ait culpam
certam & limitatam obijci oportere ſiue agendo, ſiue
excipiendo.Vnde ſi Anconitani mercatores aduerſus
Neapolitanos egiſſent,& nō probaſſent in ciuitate Nea
polis fuiſſe qui mercium periculum ſuſcepiſſent cum
dicta clauſula,& lucro ſeptem pro centinario abſolu-
tioni locum eſſe mouet,cum quod uulgo traditum eſt
obijcientem culpam nominatim obijcere,& probare
40 debere.unde Bar.in.l.idem erit.ff.pro ſoc.† ait ſi quis
culpam eius probare uoluerit qui debuit procuratorē
mittere probare debet facile procuratorem haberi po



tuiſſe,& idem in marito cui culpa obiicitur quòd me-
dicum in curando uxorem non adhibuerit, ut idem
ſcripſit in.l.ſi ab hoſtibus.ff.ſol.matrimo. addit aliud
ſimile de quo apud eundem Bar.in.l.tutor qui reper-
toriū in.§.ſi poſt depoſitionem in fine.ff.de adminiſt.
tuto. ubi ait tutoris culpam qui pecunias pupillares
in emptiones prædiorum non conuerterit tunc proba
ri cum prædia uænalia fuiſſe oſtenditur,mouet etiam
Dec.quia mandatum generale procuratori datum iu-
41 xta quod ſolitum, † & conſuetum exiſtit interpreta-
mur, & ad ordinaria non extraordina refertur, citat
Bartol.in.l.ſeio in.§.medico.ff.de annuis lega.& in.l.
ſed & ſi quis in.§.quæſitum.ff.ſi quis cau. quod enim
in uſu frequenti in loco eſt ac obſeruatum ſpectandū
eſt.l.an in totum.C.de edif.priua.in fine.ex quibus ſi
milibuſque argumentis deducit, cum in nauigatione
prædicta ſolitum & conſuetum extiterit fideiuſſores
periculi mercium ſub uſuris ſeptem pro centinario re
periri,non eſſe putandum mandantes cogitaſſe ſub tā
grauibus fieri ſcilicet.xv.pro cētinario cum dicta clau
ſula conſideratis mandati uerbis. hæc Dec. & pleraq;
alia.Conſiderabat autem Benuenutus in propoſito
articulo Decium effuſo ſermone uſum,nec forſan re-
cte locutum,unde quæ ad articulum pertinent, & ple
nius,& forſan uerius tractabit,quotidianus eſt enim.
Reſpondit igitur ex his quæ proponuntur Neapolita
nos mercatores mandati fines exceſſiſſe, et aliud feciſ-
ſe uideri meritoque teneri.l.diligenter.ff.man. Anco-
nitani enim mercatores plura mādarunt,merces emi,
& emptas transmitti mari,fideiuſſores recipi,& cū clau
ſula ne merces ex una naui in aliam transferantur,un
de cum non receperint expromiſſores cum dicta clau
ſula mandatum non impleſſe uidentur.idque proba-
tur ex his quæ Luc. pen. poſt Angelum ſcripſit in.l.
iiij.numero.vij.C.de naui.quem locum citat Dec.ad
confirmationem ſententiæ ſuæ ſed eſt contra,is enim
ſcripſit in hæc uerba collige hic argumentum ſecun-
dum Ange.ſi Rex mandat alicui ſub pęna in uerba in

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſraſcripta. Mâdamus tibi ut ad nos mittas in naui Gel-
lij ſalmas frumenti mille, & is cum ea naui mittere nõ
potuit ſi cum alia potuit, & tranſmiſit non ideo excu-
ſationem habet a pœna duo enim ſunt præcepta citat
l. celſus. ff. de arb. & ſemet ipſum. C. de comme. l. fi. in
quęſ. ij. ex hoc igitur ſolo probatur culpa, ex hoc ſolo
mercatores Neapolitani tenẽtur. Nec propterea onus
probandi mercatoribus Anconitanis incumbit Neapo
litanos in ciuitate Neapolis fideiuſſores ſeu expromiſ-
ſores cum. d. clauſula facile inuenire potuiſſe, proba-
bat etiam Benuenutus ſententiam ſuam ex his quæ
Pau. par. ſcripſit in conſil. xlvij. in pluribus locis eiuſ-
dem reſponſi, & præſertim ſub numer. xxxviij. & ſeq.
uol. j. intentio, idemque Benuenutus ſententiam ſuã
43 ueram eſſe & probari addebat duobus iurib. ✝ & qui-
dem ſingularibus, & ad id nuſquam citatis in. l. itẽ quę
ritur in. §. ſi nauicularius. ff. loca. ubi iuriſconſultus ait
in hæc uerba ſi nauicularius in aliam nauim merces
tranſtulerit, eaque nauis perierit prior nauicularius te
netur, labeo ait ſi culpa caret non teneri, cæterum ſi
uel inuito domino fecit, aut minus idoneæ dedit na-
ui tunc ex locato agendum erit, & Accurſius ibidem
in uerbo domino inuito ſubdit etiam ſi in idoneã na-
uim impoſuerit. l. ſi. ſupra de uſu. & hab. alius text. eſt
in. l. fin. §. ſi ea conditione. ff. ad. l. rho. de iac. quæ iura
ad dictam clauſulam, ut merces ex una naui onerata
in aliam non immittantur ualde notanda ſunt hęc. n.
clauſula in caſu frequenti eſt, & magni faciunt merca-
tores in contractibus fideiuſſionum huiuſmodi adij-
ci, ex quibus argumentationes Decij refutabat, & re
tortione utebatur. Nam ex mandati uerbis in culpa
Neapolitanos fuiſſe liquet. Item quod de mandato ge
nerali dicebatur, ut ad ordinaria referatur, & ſpectan-
dum ſit quod in loco obſeruatum eſt fac eſſe, Non. n.
improbabat tamen quæſtioni non congruere dicebat
licet enim fateamur in illa nauigatione ſolitum fuiſſe
ſeptem ſolui ratione mercium, periculi illud tamẽ abſ
que dicta clauſula ſed ea adiecta grauiores, ac uberio-



res ſolui opus fuiſſe non negat Dec. uel ergo Nepoli-
tani mercatores per literas Anconitanis mercatoribus
ſignificare debebant, uberiores uſuras cum dicta clau
ſula præſtari oportere quam ſcripſiſſent, quod optimũ
factu erat, uel etiam ſub uſuris ſcutorum. xv. tranſmit
tere ſi aliter inuenire nequiuiſſent, ut mandati fines di
ligenter cuſtodirent. Nec quod in mandato adiectum
erat ſe credere expromiſſores inueniri poſſe ſub uſu
ris ſeptem, quicquam immutabat. Plane ſi in calce ma
dati, ut plerunque aſſolet, illa uerba adiecta eſſent, &
44 in negocio ✝ quod magis nobis expedire uidebitur,
ſeu utile uiſum fuerit, peragetis. aſſentiebatur Benue-
nutus Decio qui ait ad arbitrium boni uiri uerba hæc
reducenda. l. fideicommiſſa. in. §. quanquam. ff. de le-
ga. iij. & conſequenter ex arbitrio huiuſmodi culpam
remiſſam cenſeri ſecundum Bar. in. l. in uenditione. in
§. ſi quis fructus in fi. ff. de bo. auc. iud. poſſ. & Alexã.
in. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. mat. quæ tamen lo
45 ca an recte aptari poſſint cõſiderabis. ✝ Item quod ait
Dec. mandatarium de dolo, & leui culpa teneri natu-
ra mandati negocij in ſpecta diligenter notabis, addes
tamen quæ plenius Pau. par. præc. meus ſcripſit in cõſ.
cxxiij. in præſenti uol. j. & Ale. in cõſ. lij. nu. 8. uiſo. j.
pũcto uol. vj. & quia Dec. magnaẽ autoritas cogitabis.
Proxime accedit his quæ diximus agitata olim
quæſtio inter mercatores in qua ex facto conſultus re
ſpondit præceptor meus Pau. par. in conſ. xlvij. uol. j.
46 ſupra relato. ✝ diſſeruit enim ſuper mandato ad emen
dum merces dato, & his emptis ad quem periculũ per
tineat, & ſi nauis his onerata ſit, quod mandati forma
obſeruanda ſit, & præſertim cum mandatur nomine
alicuius merces tranſmitti, tractat etiam illam merca-
torum conſuetudinem, ut aliena gerentes negocia no
47 mine proprio, poſſint expedire, ✝ ipſum igitur legito,
qui mandati materiam plenius explicat, quibus addes
quod ſcripſit Cor. in conſilio. cccxix. ubi inter cætera
ſub numer. xij. ait mandatum a mercatore mercatori
datum ſecundum conſuetudinem mercatorum intel-

Universidad de Deusto Biblioteca



ligendum atque interpretandum eſſe quod reſpõſum
legito,& eſt in.iij.uol.reſponſorum eius.
48 ✝ Vulgaris regula eſt mandatum re integra domini
morte finiri.l.mandatum.C.man.quæ regula complu
res habet exceptiones,& illas non ignorare mercatori
bus expedit,unde uidebis cle.ſi.de procu.Fel. & Deci.
in.c.relatum.de off.deleg.Iaſo.& eundem Deci.in.l.
eius.ff.ſi cer.pe.Ro.in conſi.ccij.non eſt dubiũ Marſ.
ſing.xliiij.mandatum re integra. Nos autem illud qd
49 ad rem ualde pertinet ſpeciatim adnotabimus. ✝ Man
datum poſſe fieri poſt mortẽ duraturum.l ſi uero nõ
remunerandi.§.ſi.ff.manda.l.mortis cauſa in.§.titia.
ff.de don.cau.mor.& mandatum poſt mortem cõfer-
ri poſſe ſcripſerunt Bar.Pau.& alij.in.l.ſi.ff.de ſo.Soc.
in conſi.lx.in præſenti conſultatione col.iiij.& in cõ-
ſil.lxxxvij.& conſi.clxxij.in.ij.par. multum abunde
co.v.& ſeq.Nic.boe.dec.cccxlviij.nu.vj.qd ualde no
tandum eſt.ſolent enim mercatores præſertim florẽ-
tini procuratorem in teſtamentis poſt mortem dura-
turum conſtituere,& mandatum poſt mortem in mẽ-
ſa conferre.in qua facti ſpecie conſuluit Dec.in conſ.
ccccxlj.præſens conſultatio,quod ultimum admitten
dum eſt ſi is qui mandauit cum hærede deceſſerit,ut
ſcripſit Ang.in.q.aſtenſis miles , ſi enim ſine hærede
decederet nõ eſſet qui dominum referret,& idem pro
barunt Dec.& Soc.in relatis conſilijs,& uidebis eun.
Dec.in citato.c.relatum,ſcribit etiam Soc.non inſubti
liter in relato conſi.clxxij.col.v.vj.&.vj. recipiẽdum
eſſe quod diximus mandatum poſt mortem conferri
poſſe,& morte non finiri ubi hæredis ſtatus immuta-
tio non contingeret ſicut enim ex mutatione ſtatus
mandantis mandatum reuocatum cenſetur.l.ſiquis
alicui.ff.de acqui.hær.ita & ipſius hæredis,unde ſi hæ
res,uel furioſus,uel pupillus eſſet,mandatum ſecun-
dum eum non duraret,& reſpondet.l.ſiquis mãcipijs
§.ſi impubes.ff.de inſt.&.l.ſed & ſi pupillus cod.ti.ad
quorum iurium interpretationem uidebis iuris inter-
pretes in.l.eius.ff.ſi cert.pet.& notandam ualde puto



nouam & ſingularem Soc.declarationem,& his addes
de reuocatione mandati quæ diximus.in tractatu de
Decoctoribus in tercia parte,numero.lj.& ſequentib.
numeris.
50 ✝ Bene eſt & illud mercatorem noſtrum non ignoa-
rare,licet generaliter,& plene quidem aliquid mande-
tur,mandatum tamen illum interpretationem ſemper
recipere quatenus ex fide res agatur , ut eleganter Iu-
riſcon.inquit in.l.creditor.in.§.lucius.ff.mand.Omne
enim arbitrium quibuſcunque uerbis alicui cõceſſum
iuſtitia accedẽte datum intelligitur. Aequiſſimũ nam-
que uiſum eſt,mandatarium ita agere rem mandantis
debere,ut ſuam ageret,ut ait Bald.in.l.j.ff.de ſoluti.&
plene ſcripſit Iaſ.in conſi.iiij.dominus Baptiſta.uolu.
ij.col.iiij.& tractat copioſe Pau.par.in conſi.xcj.uiſo
copioſo.uol.j.ubi referendo Alex.in conſi.lij.uiſo pri
mo puncto.uol.vj. belliſſime ad rem noſtram ait ſub
51 num.14. ✝ Mercatores ſuſcipientes mandatum aliquid
gerendi,ſi illud facere omittũt ad omne damnũ,quod
paſſi ſunt,mandantes teneri,peragere enim & perfice-
re mandatum,quod ſuſceperunt,debent,uel ſaltem re
integra mandãtes certiores facere non poſſe illud exe-
qui,Nam cum alterum ex his non faciunt,dicuntur eſ
ſe in dolo,& dicuntur diſſipare,quæ ipſis penitus ſunt
prohibita,& denegata, unde merito ad id , quod inter-
eſt,tenẽtur,& ratione lucri ceſſantis cõueniri poſſunt.
Hæc ille in uerba ſupraſcripta , & placuit mercatores
admonuiſſe,ut uerbis mandati haud freti,ac poteſtate
magna eis tributa negocia ex fide agenda eſſe ſciant.
52 ✝ Admonendi ſunt etiã mercatores,qui plerunque
aliorum mercatorum abſentium ſine mandato nego-
cia gerunt.Si igitur abſentis,& ignorantis negocia ge-
runt,& culpam,& dolum prẽſtare debent,& interdum
etiam caſum,ueluti ſi nouum negociũ,quod non ſint
ſoliti abſentes facere nomine abſentium geratur , ut
puta uænales nouitios emendo,uel aliquam negocia-
tionem,quam dominus non conſueuit,ut uaſa uitrea.
Nam ſi quod damnum ex ea re ſecutum fuerit,geren

Universidad de Deusto Biblioteca



tes ſequitur, lucrum uero abſentes, quód ſi in quibuſdam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum abſens compenſare lucrum cum damno debet, ut eleganter Iuriſcon. ait in. l. ſi negocia. ff. de neg. geſt.

1 *Merces uænales in generali bonorum obligatione continentur.*
2 *Merces uænales an in legato generali comprehendantur relati.*
3 *Merces uænales in obligatione bonorum nõ continẽtur ubi ad certum locum obligatio eſt relata quod declaratur.*
4 *Merces uænales an in tacita hipotheca contineantur relatiue.*
5 *Pecunia aliunde habita quam a creditore, quod ueniat in generali bonorum obligatione, & quare pecunia quæ mutuo recipitur non ueniat.*
6 *Merces futuræ an ueniant in generali mercium obligatione.*
7 *Merces ſi obligentur, quod non propterea alienatio earundem prohibeatur.*
8 *Merces uænales illę dicuntur obligatæ quæ reperiuntur apud obligantem tempore quo agitur ſeu tempore quo actio oritur et ſi mora poſsit imputari creditori quod imputetur ſibi.*

RELIQVVM eſt, ut in materia contractuum
1 quædam de hipothecis breuiter referamus. ⁜ Solent enim mercatores plerunque bona obligare. Fuit igitur quæſtionis, an in generali obligatione bonorum merces uænales contineantur, & pleriſque placuit contineri. Id enim Bal. ſenſit in. l. cum tabernam. ff. de pignor. mouit eum non inſubtilis ratio, cum enim merces ſpecialiter eſſet obligaturus, dicendum eſt uenire. argu. l. obligatione. ff. de pigno. & conſiderat Bar. idem ſenſiſſe in. l. generali. in. §. uxori. ff. de uſu. leg. dum citat. l. pediculis. in. §. labeo. ff. de au. & arg. leg. & l. iulianus. in prin. ff. de leg. iij. & late probat Alex. in. l. ſi conſtante. nume. 17. ff. ſol. ma. ubi alios refert, & uide eundem Alex. apud Barto. in citata. l. cum tabernam. & plenius ſcripſit, ac idem probauit Neguſ. in tract. de pig. & hip. in. ij. mem. ij. par. nume. 14. & notauit apud Bar. And. pom. in. l. ſi conſtante. ſub nu. 73. inquiens hãc ſententiam crebriorem, & idem ait Io. Crot. in repeti. d. l. ſub



nu. 52. & in ſecundis commen. ſub nu. 103. & frequentioribus placuiſſe ſcripſit Iaſ. in. l. qui Romæ. in. §. callimachus. ſub nu. 8. idque uerius eſſe puto quicquid Ro
2 ma. Soc. ac Bal. ſibi parum cõſtans dixerint. ⁜ Ex quib. locis quid in legato generali reſpondendum ſit, colliges, in quo adde Io. dilec. in trac. de arte teſtan. in ti. de leg. cau. xix. tritico. & Mat. ab affli. deci. cvj. quidã Petrus. Pau. par. in conſi. lxxxvj. circa. &c. nu. 8. uolu. iij.
3 ⁜ Quod autẽ diximus in generali bonorum obligatione merces uænales contineri, temperandum eſt, niſi quis ad certum locum obligationem retuliſſet, uerbi gratia obligaſſet bona, quæ in his domibus ſunt, tunc enim merces uænales, quę non perpetuo, ſed temporis cauſa accommodantur, non ueniunt. l. debitor. ff. de pigno. qui tex, certam hanc habuit interpretationem, ut patet ex commen. Bar. in. d. §. uxori. Bal. in. l. cum tabernam. & Alex. ac Neg. in relatis locis. Plane ſi adiectum eſſet, quæ domi quo quo modo ſunt, & uænales merces includerẽtur ex mẽte Bar. in relato loco Alex. in conſi. cxviij. in caſu, &c. lib. v. nu. 5. & Mat. ab affli.
4 & Io. dilec. in citatis locis, ⁜ & quid iuris ſit in tacita hipotheca, ſcripſit plene quidẽ Ant. neg. in. d. trac. in. iiij. mem. ij. partis. nu. ccxvj. & ſeq.
5 ⁜ Sciendum eſt etiam in generali bonorum obligatione pecuniam uenire. l. cum tabernam. in. §. fin. ff. de pigno. quod tamen intelligẽdum eſt in pecunia aliunde habita, quàm a creditore, idque indicat Iuriſcon. in uer. ab alio. Cuius rei illa ratio redditur, quia illa pecunia, quæ mutuo recipitur ab eo cui bonorum ſit obligatio a debitore, accipitur, ut poſſit ſua negocia expedire, abeſt igitur a ueriſimili, quòd debitor uelit in generali obligatione includi, non enim poſſet ea uti ſuorum negociorum cauſa, ſi per creditorem poſſet impediri, ſecundum Bal. ubi ſupra, poſt Ri. Malu. eod. tit. l. obligatione, & probat Ro. in ſingu. dcv. accipio a te pecuniam. & plenius Neg. in trac. non ſemel relato in. ij. mem. ij. par. nu. 12. & ſeq. & præceptor meus Paul. par. in conſi. l. nu. 24. & ſeq. uol. j. ex lectura proceſſus, &c.

Universidad de Deusto Biblioteca



6 † Scio & illud quæſitum eſſe, an in generali merci-
um obligatione etiam futuræ merces ueniant. & Soc.
in. l. qui Romæ. in. §. calimachus. in. ij. not. reſpondiſſe
non uenire. Placet autem mihi Neg. ſententia in rela-
to trac. ij. mem. par. ij. nu. 17. qui inquit, uenire, & ſen-
tentiam ſuam non inſubtiliter defendit, & profectò So
ci. ex facti narratione in eod. §. calimachus. haud recte
ad propoſitæ quæſtionis ſolutionem argumẽtum ſum
pſit, ut inquit Accur. in. l. uni. in iij. interpretatione. C.
quando non petẽ. par. & glo. in. c. auditis. in uerbo ex
poſt facto. ad fi. de elec. quod & Iaſ. in eod. §. animad-
uertit, ſubiungit Neg. in relato loco ſub nu. 22. quod di
ximus admittendum eſſe in illis mercibus, quæ duran-
te uita illius, qui obligauit acquiſitę ſunt. Contra uero
in illis, quæ poſt mortem obligantis ab eius hęredibus
ſunt acquiſitæ, illæ enim non comprehenduntur, citat
l. cum tabernam. in fi. prin. & Accur. eo. in loco in uer.
obligata, ac etiam Bar. qui temperat, niſi hæres illas ac
quiſiuerit, explicando negocia cepta per defunctum.
citat. l. furti. in. §. illud planè. & Accur. in uer. ſuccedit.
ff. de his, qui no. infa.

7 † Denique & illud, quod ad declarationẽ prædicto-
rum ualde pertinet, notandum eſt, quòd quando mer-
ces obligantur, non propterea earundem alienatio im
peditur, tacite enim actum uidetur, ut poſſint uendi, &
alienari, ſecundum Bal. in. l. cum tabernam. ff. de pig.
ubi citat Iac. de arc. in. l. ubi adhuc. C. de iure dot. & ui
debis Bar. in. d. l. ſi conſtante. ſub nu. 73. & Neg. ubi ſu-
pra nu. 23. Sed, ut euidentior habeatur intellectus, pla-
cet Bal. ad uerbum referre in. d. l. ubi adhuc. ſub nu. 18.
qui docte quidem, licet forſan abſque ſermonis elegan
tia, & diſpoſitione, in uerba infraſcripta inquit: Pone
maritus erat mercator pannorum, uel artifex artis la-
næ, & poſt dotem receptam uendidit lanam, uel pan-
nos, Mulier quia uir ſuus male fecit mercãtiam, & pro
hoc incipit eſſe de eo ſuſpitio uult agere hipothecaria
contra emptores pannorum, & lanæ, nunquid poterit,
uidetur, quòd ſic per hipothecariam, ut hic in tex. In



contrarium uidetur, nam res uænales, quæ quottidie
permutantur, non uidentur uenire in generali obliga-
tione. ſ. adeo, quòd uendi, & permutari non poſſint,
ut. ff. de pigno. l. cum tabernam. ſicut ego uideo, quòd
qui legat bona ſua, non legat res, quas habebat cauſa
uendendi. ff. de uſu. leg. l. generali. §. ſecuti. Dicit Iaco.
8 de arc. † quòd illæ merces ſunt obligatæ, quæ reperi-
untur apud uirum tempore quo agitur, ſed illæ, quæ
non reperiuntur in ſtatione uiri, quia ſunt uenditæ, il-
læ non ſunt obligatæ per. d. l. cum tabernam. ſecundũ
Iac. de arc. magis uidentur dicendum, quòd non inſpi-
ciatur tempus iudicii, ſed tempus quo actio oritur, ut
poſtquam uir, qui incipit uti male ſubſtantia ſua alie-
nat, poſſunt illæ merces per hipothecariã auocari poſt
emptionem ab emptore, ſecus ſi alienat ante, & ita ui-
detur dicendum in quolibet contractu in quo reperi-
tur obligatio bonorum, & tene mẽti. Si hoc eſt uerum
ergo mercator, qui obligauit alicui bona ſua pura obli
gatione non poterit forum rerum uænalium tenere,
nec artem ſuam exercere, quod uidetur abſurdum, &
ideo uidetur dicendum, quòd ſi mora poteſt imputari
creditori, quòd imputetur ſibi tacite, & hoc uidetur
actum ex qualitate perſonarum per. d. l. cum tabernã.
quod eſt ualde notandum. Tunc ergo formo tibi quæ
ſtionem, Nunquid in illo momẽto temporis, quo iſtæ
res ſunt apud mercatorem ſint obligatæ, certum eſt
quòd ſic, quomodo ergo eximuntur ab obligatione: re
ſpondeo, quia aliæ res de nouo acquiſitæ loco illarum
rerum ſubrogantur, eſt enim mercatura quoddam cor
pus uniuerſale ubi una res ſubrogatur loco alterius.
ff. de leg. ij. l. imperator. §. fi. cum. l. ſeq. Hactenus Bal.
in relata uerba, cuius ſententiam confirmabis ex his,
quæ Neg. in non ſemel relato loco ſcripſit ſub nu. 23.
& ſeq. & circa id, quod inquit Bal. poſtquam uir incipit
male uti ſubſtantia ſua actionem uxori cõpetere. Hic
addes, quæ dicemus in trac. de decoctoribus. in. v. par.
nu. 14. illinc ergo aſſumes, quæ ad hunc locũ pertinẽt.

FINIS TIT. MAND.

Universidad de Deusto Biblioteca

# CLARISS. IVRIS.

## CONSVLTI BENVENVTI STRACCHAE PATRITII ANCONITANI,

### SPONSIONVM TRACTATVS.

### AMBROSIVS NICANDER TOLET.

### AD LECTOREM.

*Cuncta nitent poſita hic emblemate uermiculato,*
*Nulla hic emenda, locum nec ſibi momus habet.*



# BENVENVTVS

## STRACCHA ASCANIO A CORNEA VIRO ILLVSTRI. S. P. D.

PERSAEPE *mihi cogitanti quid potiſsimum agerem, quo me tui amantiſsimum cognoſceres illius temporis in mentem uenit, quo obitu Pau iij. ſede uacãte tumultuario exercitu turbatam Marchiæ prouinciam, & conſilio, & armis pacatam, atque quietam ſine cuiusquam iniuria illico reddidiſti, & uulgi, et non obſcurorũ uirorũ diuerſæ, ac uariæ opiniones fuere quis ad pontificatus apicem tolleretur, compluresque (ut moris eſt) ſponſiones factæ ſunt: Nobisque ex ſententia ſucceſsit, ut auunculus tuus Iulius iij cunctis ſuffragijs ſummus Pontifex crearetur, qui conſilio, & uirtute Reip. Chriſtianæ iam iam lapſuræ conſuleret, Quapropter tractatum hunc de ſponſionibus conſcripſi, quem tibi dedicandum putaui, Accipe igitur qua ſoles humanitate, & comitate munuſculum noſtrum, & legito, intelliges enim ſiquid errati ſit, & corrige, Nam, & fortiſsimum Imperatorem te omnes prædicant, & iuſtiſsimum, atque doctiſsimum uirum innumerabiles gentes, & præſertim Anconitani norunt, ut, & illud ſæpius admiratus ſim in forenſibus quæſtionibus, & quidem arduis quid optimum factum ſit, quid ue ſacratiſsimis legibus caueatur ſtatim naturali æquitate, & ingenij acumine recte diſpexeris. Dicique de te illud uere poteſt, quod in ueteri eſt adagio, in Toga, & ſago clariſsimus: Puto etiam tibi lucubrationem noſtram gratam fore, cum & Romæ, & Anconæ præcipue inter Mercatores ſponſiones huiusmodi frequententur quæ ciuitas à te olim Tribuno militum optimo, & iuſtiſsimo, & pace, & ſumma iuſtitia fuit gubernata, ut tã aduenæ, quàm Anconitani uiri te non immerito ament, colant, & ad cœlum ferant; Noſter tamen tractatus poſtquam eum legeris, non tam ex ſe gratus ſit, quàm a cliente tui amantiſsimo proficiſcitur; Qui tuendæ, & amplificandæ dignitatis tuæ, & rebus, & laribus, & ſepulchris (ut aiunt) auitis carendum habeat. Vale.*

Universidad de Deusto Biblioteca

# CLARISS. IVRIS

CONSVLTI BENVENVTI STRAC-
CHAE PATRITII ANCONITANI,

## SPONSIONVM TRACTATVS.

1 *Sponſio Anconæ uernacula lingua dicitur ſcommeſſa & quid*
*ſit ſponſio uarijs autoritatibus probat*
2 *Sponſio pulchra, & memorabilis inter Cleopatram et Antoni-*
*um ex loco Plinij.*
3 *Sponſio uulgo dicitur Guadia ſecundum Axonem.*
4 *Sponſio quid ſit ſecundum Alciat.*
5 *Sponſiones recentiores iuriſcons. ſub generali uocabulo conuen*
*tionis appellant.*
6 *Sponſio appellatur alio uocabulo conditio per Alexandrum.*
7 *Iudices ſponſionum recuperatores appellabantur.*
8 *Sponſionis cauſa ſi res depoſita eſt apud arbitrum, ut detur*
*ei qui uinceret, uel ſi non pareatur ſententiæ, arbitrer cogi-*
*tur dicere ſententiam.*
9 *Sponſione cõtendere, et ſacramẽto uincere, quid eſſet remiſsiue.*
10 *Sponſio appellatur etiam quæ per ſponſi interrogationem ſit,*
*& omnis ſtipulatio, & promiſsio.*
11 *Sponſor eſt qui non rogatus pro alio intercedit.*



## D. O. M. INVOCATO AVXILIO.

TRACTATVS de ſponſionibus quàm quottidianus, frequensque ſit, nemo eſt profecto, qui neſciat: Verũ pauci ſunt, qui uim, ac poteſtatem uerbi nouerint, qui ue ex noſtratibus ſcripſerit. Cum ergo in ſingulos dies circa has ſponſiones mercatores uerſari uiderim, plenius quę ad has ſponſiones ſpectant, attingemus, ut admonet Iuriſcon. in. l. legaui. ff. de lib. leg. Primum enim de ſignificatione uocabuli aliquid referemus. Deinde quot ſponſionum ſint genera, declarabimus, & ubi euidentisſime conſtabit quomodo fiant. Tum an in omni cauſa ſpõſiones fieri liceat, oſtendemus. Poſtea quæſtiones complures ſubiiciemus. Ad extremum quomodo agẽdum ſit, & de actionibus ex
1 ſponſionibus orientibus quàmbreuisſime differemus.

✝ Circa primam ſpeciem de ſignificatione uocabuli, ſponſionis uerbum, quod quibusdam forſan noſtrę tempeſtatis Iuriſconſultis incognitum eſt. Id proprie eſt, quòd uernacula lingua Anconæ, unde mihi origo eſt, ſcommeſſa nuncupatur, indicant uaria, & diuerſa Ciceronis loca, ſed pauca referre contẽtus ſum. Locus Ciceronis in oratione pro Cecinna pulcher eſt, Cecinna enim defundo ui armata deiectus fuit ab Eubutio, P. Dolobella Prætor interdixit, ut eſt conſuetudo, de ui hoſtibus armatis ſine ulla exceptione tãtum, ut unde deieciſſet, reſtitueret, Cecinna autem ſe plane reſtitutum eſſe negabat, facta eſt ſponſio, ni Cecinna reſtitutus ædicto prætoris eſſet. Hinc Cicero negans deiici niſi qui poſſideat, oſtendo, ex hoc interdicto de armatis hominibus, qui poſſit oſtendere non poſſediſſe eũ, qui deiectus ſit, condemnari tamen ſponſionis neceſſe eſſe, ſi fateatur ſe deiectum eſſe. Extat etiã locus apud Ciceronem, in oratione pro Quintio, & eiuſdẽ in. iij. offi. & in Verrem actione. iij. cõplura loca doctiſſ. uir Bud. & qui in iure noſtro multa nobis reſtituit in an-

Universidad de Deusto
Biblioteca



no. ſuis in pandectas citat pag. mihi. xxxij. & ſeq. & pa
2 gi. xxxvij. † & ſi alia Ciceronis loca malueris uide in
obſeruationibus in eum, in uer. ſponſio, & ſeq. & illam
non ignores, quam ad Trebatium Iuriſconſultum ſcri
pſit Cicero epiſtolarum familiarium lib. vij. Pulchram
tamen, & memorabilem illam ſponſionem inter Cleo-
patram, & Antonium, de qua Plin. lib. ix. c. xxxv. refer
re non ab re erit, ut uerbi ſignificatio clarius eluceſcat.
Duo maximi Vniones fuerunt per omne æuum utrun
que poſſedit Cleopatra Aegypti Reginarũ nouiſſima
per manus Orientis Regum ſibi traditos, hæc cum ex
quiſitis Antonium quottidie ſaginaret epulis ſuperbo
ſimul, ac procaci faſtu, ut Regina meretrix lautitiam
eius omnem apparatũque detrectans quærenti ei quid
aſtrui magnifice poſſet, Reſpõdit, una ſe cœna centies
Sextertium abſumpturã, cupiebat diſcere Antonius,
ſed fieri poſſe non arbitrabatur, ergo ſponſionibus fa-
ctis poſtero die quo iudicium agebatur magnificam
alias cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Anto-
nio apoſuit irridenti computationemque expoſtulan
ti. At illa corrolarium id eſſe, conſumpturam ſe ea in
cœna, taxationem cõfirmans, ſolamque ſe centies ſex
tertium cœnaturam, inferri menſam ſecundam iuſſit,
ex præcepto miniſtri unum tantum uas ante eam po
ſuere aceti, cuius aſperitas uiſque in tabem Margaritas
reſoluit, gerebatque auribus tum maxime ſingulare
illud, & uere unicum naturæ opus, itaque ſpectante
Antonio quid nam eſſet actura, detractum alterũ mer
ſit, ac liquefactum abſorbuit iniecit alteri manum, Lu
cius Plancus iudex ſponſionis eius, eum quoque parã
ti ſimili modo abſumere, uictumque Antonium pro-
nunciat; hactenus Plinius ſed ne nobis iuriſconſulto-
rum & noſtratium autoritates deeſſe uideantur, ſcien
dum eſt, &. l. Titia, & Publicia, & Cornelia. Sponſiões
facere licuiſſe. refero ergo Pau. iuriſcon. uerba in. l. ſo
lent in. §. ſenatus conſultum cum. ll. ſeq. ff. de aleat.
Senatusconſultum uetuit in pecunia ludere, præter-
quam ſiquis certet Haſta, uel Rela. iaciendo, uel currẽ
do,



do, ſaliendo, luctando, uel pugnando quę uirtutis cau
ſa fiunt, ſequitur Mar. iuriſcon. quibus rebus ex. l. Ti-
tia, Publicia, & Cornelia, etiam ſponſiones facere licet
ſed ex alijs ubi pro uirtute certamen nõ fit, nõ licet,
eſt et pulcherrimus locus in. l. ſi rẽ, in. §. ſiquis ſpõſio-
nis. ff. de præſcrip uerb. Meminit, & huius uocabuli
maximus legũ interpres Azo in rub. C. de re. et ſump.
3 fun. & aleæ. Lu. etc. numero. 4. ait enim † item & ap-
probatur ſponſio quæ uulgo dicitur Guadia facta in
caſibus permiſſis uirtutis cauſa, ut. ff. de ale. l. ante. §. ul
timo, &. l. pen. &. l. ultima. in prin. alias autem ſi luda-
tur in ludo prohibito non tenet ſponſio, hæc ille, quẽ
refert Par. de put. in trac. de ludo numero. xxxiiij. to-
mo. ix. & complures ſponſiones licet hoc vocabulo nõ
utantur, enumerant Docto. noſtri in. l. a titio. ff. de uer
bo. obli. & in. l. cum ad præſens. ff. ſi cer. pet. nec etiam
huius uerbi ſignificatio prætcrit Alc. qui in. l. ſponſio
4 ff. de uer. ſi. ait, † ſane & alios ſignificatu ſponſio accipi
tur, nimirum cum quis interpoſita ſtipulatione pecu-
niam promittebat, ni ita eſſet. ſicut affirmabat, quo ſen
ſu apud Ciceronem, Quintilianum, Valerium maxi-
mum cæteroſque ueteres utique capitur, citat tantum
l. ſi rem. ff. de præſc. uerb. nec omittendum eſt, quód
5 recentiores iuriſcon. noſtrates huiuſmodi † ſponſio-
nes generali uocabulo conuentionis appellant, ſeu pro
miſſionis, ut patet ex commentarijs Dec. in. l. cum ad
præſens. ff. ſi cert. pet. & Iaſ. in. l. a titio ſupra citata, &
ex dec. Math. Affli. ccclxxxix. ſuper dubio, & ueritate-
6 tis amicus ac maximi iudicij vir Alexã. ibidem condi-
tionem appellat, dum inquit frequentant etiam florẽ
tini aliam ſimilem conditionem, & forſan nouo, & nõ
ineleganti uocabulo eſt uſus, pro quo illud terrent. in
Andria accepit conditionem dehinc quæſtum de quo
uerbo uidebis etiam Andr. triaq. in comm. de ut. re.
pag. Dcccxcvj. & ſeq. num. lxxvj. ſed & addes quòd
ſi quis ſponſionem diuinationem appellaret forte nõ
erraret erant autem, & iudices ſponſionum qui, & re-
7 cuperatores appellabãtur † ut excitatis locis per Bud.

Universidad de Deusto Biblioteca



apparet,& maxime Quintiliani,quia & coram illis de
poſitum recuperabatur ſed & ſi res apud arbitrum de
8 poſitæ eſſent, † eo pacto ut ei darentur qui uinceret,
uel ita res daret ſi non pareatur ſententiæ, ſententiã
dicere arbiter cogebatur.l. litigatores.§.quid ergo.ff.
9 de arbit.gloſ.in.d.§.ſiquis ſponſionis. † Et quid eſſet
ſponſione contendere, & ſacramento uincere habes
ex Budeo in citatis locis ex Alcia. in.l. pecuniæ.§.a-
10 ctionis uerbum.ff.de uerb.ſig. † Sponſio etiam appel
latur & quæ, per ſponſi interrogationem fit & omnis
ſtipulatio promiſſioque ut inquit iuriſconſul.in.l.ſpõ-
ſio.ff.de uerb.ſig. eſt & ſponſor ſecundum Accurſium
in auc. de fideiuſ.in uer.fideiuſſorem qui non rogatus
11 pro alio intercedit, de quo uide Alc.in cita.l. † & Mar.
in rep.de fideiuſ.& de ſponſoribus uide Alc. in parer.
libro.j.ca.ij.& hæc de ſignificatione uocabuli dixiſſe
ſufficiat.

# SECVNDA PARS.

## QVOT SINT GENERA SPONSIONVM ET QVOMODO FIANT.

1 *Sponſionum tria ſunt genera.*
2 *Sponſio fit depoſitis pignoribus penes tertium.*
3 *Sponſio fit interpoſita ſtipulatione, & reſtipulatione, & ibidem exempla plura.*
4 *Sponſio fit cum alter ex contrahentibus, alteri decem tradit interpoſita ſtipulatione, ni ita erit, duo tanta, aut tria tanta reſtituat.*

1 SPONSIONVM † autem ex his,
quæ frequentantur, tria ſunt genera.
2 † Alterũ quod depoſitis pignoribus
fit penes tertium, de qua in.l.ſi rem.
in.§.ſiquis ſponſionis.ff.de præ.uer.
& notat glo.in.l.ſi oleum.in uer.præ



ſcriptis uerbis.ff.de dolo. & habes ex citatis autoritati
bus de qua etiam Poeta in Buccolicis ſenſit, Depono
3 tu dic mecum, quo pignore certes. † Alterum ſponſio
nis genus interpoſita ſtipulatione, cum quis certam pe
cuniam promittebat, ni ita eſſet, ut puta, Titius ſtipula
tus eſt a Seio ſi qua mihi nupſerit decem dotis nomi-
ne dare spondes. Reſtipulatur Seius a Titio ſi non nu-
pſeris decem dare spondes. Item aliud exemplum, ſi
quis a me decem petierit, tot dare spõdes, reſtipulatur
ut ſupra: habes plura exempla in.d.l.a Titio. Item ali-
ud ſi Rex Parthorum uiuit, de quo in.l.cum ad præ-
ſens. Ex quæſtionibus etiam, quas infra ſubiiciam, de
hoc genere ſexcenta habebis exempla,& apud Valer.
lib.ij.legitur pertinacius progreſſa contentione Vale-
rium ſponſione Luctatium prouocaſſe, non ſe petitu-
rum Triumphum, ni ſuo ductu pecunia claſſis eſſet op
preſſa, nec dubitauit reſtipulari Luctatius, itaq; iudex
4 conuenit inter eos Attilius Calatinus. † Tertium ue-
ro genus ſponſionum eſt, cum alter ex contrahenti-
bus alteri finge decem tradit, interpoſita ſtipulatione,
uel pacto inito, ni ita erit, duo tanta reſtituat, uel ſi in-
æquali conditione fiat, ſponſio tria tanta, aut quatuor
tanta, aut ſexcenta tanta,& ne res exemplis ægeat, fin-
ge, contentio erat ſede uacante inter me,& Titium ſu-
per electione Summi Põtificis (ut plerunque aſſolet.)
Dicebam enim Io.Ma.Car.a Monte Põtificem creatũ
iri, negabat Titius, dedit mihi ducenta, & ſtipulatione
conuenimus, uel pacti ſumus, ut mea ducenta eſſet, ſi
crearetur Ioan.Ma.ſi uero alium Cardinalem elegi cõ
tingant, ducẽta reſtituere,& alterum tantum dare pro
miſi. Finge etiam in proxime relatis exẽplis, & in quæ-
ſtionibus proponendis. Sed belliſsime quæri poteſt, ſi
pacto nudo fieret ſponſio, præmittendum duxi, ut eui
dentior propoſitæ quæſtionis, & ſpõſionum habeatur
intellectus, ſiquis ſine cauſa ab aliquo fuerit ſtipula-
tus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur utique doli
mali ei nocebit exceptio.l.ij.in.§.circa.ff.de do.exce.
quod etiam de iure Pontificio in pacto ſine cauſa pro

Universidad de Deusto Biblioteca



cedit,ut effectum non conſequatur,ſecundum Bal.in
l.petens.C.de pac.Io.bap. de ſancto Seuerino in trac.
de pac.q.xiij.nu. pen. Iaſ.in.l. iurisgentium. in.§.ſed
cum nulla.ff.eod. quæ regula uariis, & diuerſis modis
declaratur, quod ſi ſcire malueris loca infra deſcripta
leuandi laboris gratia cumulata uidere poteris. Alex.
conſi.cxcv.in.v.parte,& conſil.cxiij.uolu.j. Soci.late
conſi.xcvj.colum.v.uiſo proceſſu. uol.j.Iaſ.in conſi.
lxxxiiij.uol.iij.conſideratis, &c.col.pen. ubi Io.and.
notabile dictum refert Dec.cōſi.Dclxxxij. nu.4. Mar.
ſing.ccccclxxxij.Io.de ami.conſi cxxix.oritur. Cuius
ſententiam conſidera,& glo.in fi l.j.de interrog.actio.
addo Bal.in.l.nec apud.de hæred.inſtitu.Deci. conſi.
ccclj.lib.v.et inter mercatores ipſos ſine cauſa promiſ
ſionem factam non ſortiri effectum cōſulit Mar.Man.
conſi.xij.intellecta.&c.Declaratur etiam dicta regula
ad rem noſtram,ut conditio ipſa in ſponſione adiecta
pro cauſa habeatur,& de alia cauſa curandum non ſit,
ſuccedit enim cum extiterit loco cauſæ , ut probatur
in.l.a Titio.& in multis iuribus ibidem per doc.citatis,
& inter alia Iaſ.citat tex.in.l.ſiquis cum debitore.ff.de
iure.quem habuit ab Ang. in.l.cum ad præſens.In il-
lis uerbis eſt enim iuſta conuentio ſi qualibet cauſa in
conditione iuriſiurandi deducta fuerit,& legito Pau.in
ea.l.ſiquis cum debitore.Et notādum eſt prædicta ue-
ra eſſe,etiam ſi conditio proprie dici non poſſit,ut in il
la,quæ præſens,uel præteritum tempus reſpicit , licet
enim proprie non ſit conditio, pro cauſa tamen habe-
tur , ut in exemplo Iuriſcon.ſi Rex Parthorum uiuit,
de quo in citata.l.cum ad præſens.Idque a doctoribus
in iidem locis eſt receptum , ſubdens prædicta proce-
dere non ſolum quando ex conditione completa ali-
quid adeſt promiſſori,uel ſtipulatori, ut in.l.labeo ſcri
bit ſi mihi bibliothecam.ff.de contrahen.emptio.&.l.
hoc iure.§.j.ff.de donati.ſed etiam quando exiſtente
conditione nihil adeſt ſtipulanti , & nihil promittenti,
et ſic conditionis euentus nullum affert commodum,
cōprobat Ang.tum in dictis.ll.tum etiam in.l.ſi intra.



circa fi.ff.de pact.aſſentitur Iaſ. utrobique, & maxime
in.l.a Titio.ſub nu.4. quod etiam accutiſſ.ingenii uir
Fran.are. ibidem non improbauit, ſtipulantium enim
intereſſe accipimus , quòd uoluntati ipſorum ſatisfiat
ſecundum conditiones in ſponſionibus deductas. His
igitur ſic præmiſſis in propoſita.q.ſcribit Ang.in cita-
ta.l.cum ad præſens.conditionem in ſponſione adie-
ctam non ſolum pro cauſa,uerum etiam (ut ipſe dicit)
pro implemento haberi,ut exiſtente conditione , ſeu
manifeſtata ueſtiatur,& idem,& Bal.& Ang.in citata.l.
ſi intra ſenſere,& uide eundem Bald.in.l.quoniam.C.
de rerum permu.Iaſ,uero in.l.cum ad præſens.in.l.a
Titio.ac in.l.iurisgentium.in.§.ſed cum nulla.nu.26.
contra ſenſit,citat Bal.in.l.cum inter.in penul. col.de
elec. declarando dicētem, quòd licet ubi ſtipulatio ſit
ſub conditione,conditio pro cauſa habeatur ( ut dixi-
mus ) ſecus tamen eſt in pacto nudo , ſi enim pactum
nudum ſub conditione ſit , illa conditio nec habetur
pro cauſa,nec pro implemento, citat eundem Bald.in
c.cum Ioānes.de fide inſtru.comprobat ipſe,quia duo
ſingularia circa idem concurrere iura prohibent.l.j.in
fi.cum glo.C.de dot.promiſſ.glo. in.l.cum poſt.in.§.
gener.de iure do.Sed in pacto nudo duo ſingularia cō
currerent. Primum , quòd implementum conditionis
habeatur pro cauſa,ſecūdum quôd ueſtiat pactum nu
dum, quæ ratio ceſſat in ſtipulatione ſine cauſa , facta
tamen ſub conditione,quoniam alterum tātum ineſt,
quôd ſcilicet euentus conditionis habeatur pro cauſa.
Hactenus Iaſ.quem uideas,oro.Mihi autem in hoc iu
ris articulo admodum nouo cogitanti de iure dicen-
dum uidebatur.l.a Titio.&.l.cum ad præſens.in reci-
proca promiſſione , & ſic in ſponſione de qua agitur
proprie non loqui,& citatos doc.iidem. Vnde ego in
hac.q. omnium ſpōſionum tractatum inſpicere bene
eſſe putaui,&plures facti ſpecies conſtituere,in quibus
oibus quæritur,quæ obligatio,quæ ue actio naſcatur.

Aut enim ad ſponſionem uenimus, pignoribus da-
tis,ut in primo genere ſupra explicato , & reſponſum

Universidad de Deusto
Biblioteca



in hoc genere habes Iuriſconſ.in.l. ſi rem. in.§.ſiquis ſponſionis.ff.de præ.uer.

Aut in tertio ſponſionum genere uerſamur,de quo diximus ſupra,cum alter ex contrahentibus decē Meuio dat , ni ita erit recepturus in facto contrario forte duo tanta,& interuenit ſtipulatio , & hoc caſu ſtipulatio in cōtractu innominato meo quidem iudicio eſt interpoſita,unde recipit regulam ab innominato contractu,ex ſtipulata igitur ſi incertum deductum eſt , uel certi conditione ſi certum ad id,quod intereſt,agendū eſt.l.cum mota.C.de tranſ.quæ lex hanc interpretationem certam,& receptam habet,ut patet ex cōmen. doct.ibidem,maxime Iaſ.ſub nu.5. & Deci. ſub nu.4. iuncta.l.naturalis.in.§.j.ff. de præ.uer. Sed ſi ſtipulatio in eodem genere ſubdita conuentioni non eſt,quoniam dixi cōtractum innominatum iudicandum eſſe, Præſcriptis uerbis ſimiliter in id, quod intereſt, datur, ut in.l.cum mota.& l.naturalis.§.j.ubi Barto. Paul.& Iaſ.commentarios legito libellum,præcipue inſtituendi cauſa.

In ſecundo uero ſponſionis genere ubi finge ſtipulatus eſt Seius a Meuio decem,ſibi dari ſi nauis intra Calendas ſextilis portui Anconæ ſe applicuerit, & reſtipulatus eſt Meuius ſub contraria conditione tantundem ſibi a Titio dari,agi quidem certi conditione,uel ex ſtipulatu iuxta traditam a nobis diſtinctionem nemo dubitat,et ſi nudo pacto ſubiecta ſit ſtipulatio placiti ſeruandi cauſa.l.petens.C.de pac.l. ex placito.C.de rerū permutatio.

In propoſita uero facti specie ubi nil datum, receptum ue eſt,ſtipulatioque ſubdita non eſt , ſed nudo pacto inita eſt ſponſio,dicebam in curia mercatorum huiuſmodi exceptionem , quòd non interuenerit ſtipulatio obiici non poſſe , quæſtiones enim ex bono, & æquo tractande , ſunt , & ex nuda pactione agitur, idque ſenſit Bar.in. l. quintus Mutius. ff. man . Dec. conſi.viij.nu.3.& conſi.cvij.in cauſa. & cōſi.ccccxxj. nu.17.Et generaliter in locis eccleſiæ ſubditis idem eſſe



crederem , cum ex pacto nudo de iure Pontiſicio agi poſſit,ut in.c.j.de pac.ubi latiſſime doc.bonus tex.in c.j.de proba.& uide ad prædicta Iaſ. in.l.iuriſgentiū. in.§.ſed cum nulla.ff.de pac.Seue.in trac.de pac.uer. decimotertio quæro . Aut ſumus in locis Imperatoris ditioni ſubiectis, & inter laicos , & non mercatores , & quòd agi poſſit ex pacto huiuſmodi ex quo conditio eſt,loco cauſæ mouet,quia reciprocum eſt pactū. Reciproca autē promiſſio eſt in cauſa,ut multa, quæ ſimpliciter non tenerent,de iure ualeant,Idque ex ſexcentis doc.locis tibi conſtiterit , quos uide relatos per Iaſ. in.l.ſi pater puellæ.C.de ine ffi.teſta. Mar. conſil.cvj. nu.10 & ſeq.& ſingul.cccxxxij.pactum.Idque ex eo comprobatur , quòd in huiuſmodi reciproca conuentione deliberata uoluntas deprehenditur. Ego tamen Iaſo.ſentētiæ aſſentior, ut ex huiuſmodi ſponſione in propoſita specie agi non poſſit,quod & ſacrum conſilium Neapolitanum ſenſiſſe crediderim , ut in deciſio. Matt.affl. deci.ccclxxxix.ſuper dubio,&c.refert enim ſponſionem quandam factam , cui obiiciebatur inter alia,quôd eſt & facta nudo pacto,quod nō obſtare dicebat,ex eo, quòd ſidem ſibi cōtrahentes aſtrinxerāt, & dederant,quæ fides uim iuramenti obtinet,ut notatur in.c.penul.de iure. & ex pacto nudo cum iuramento oritur actio,ut dicunt doct. in.l.iuriſgentium.in.§. quinimo.ff.de pac.& Sali.in.l.legem.C.de pac.Hæc ille.Ex quibus uerbis innuit Affli. qui articulum primoribus ( ut aiunt ) labris attigit,ſi contrahētes ſibi fidem non aſtrinxiſſent ex ſpōſione nudo pacto facta agi nō poſſe,non tamen prætereundum duxi ne te Afflic.decipiat magis frequenter Doc.ſententia receptum eſſe, ut ex pacto nudo etiam accedente iuramento agi non poſſit. Non enim(ut ipſi dicunt)pactum nudum iuramento ueſtitur,ut actionem pariat id enim in liberto tantum ex cauſa conceditur,ut in.l. ut iuſiuran. ff.de op.lib.& quòd errauerit Mat.Affli.liquet tibi ex his q̄ habentur per glo.Bar.& alios in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideius.& uaria,ac diuerſa Doc.loca. citet Ias.in. l. ſi

Universidad de Deusto
Biblioteca



quis maior ſub nu.xxiij.C. de tranſact. & ibidē Franc.
cor.ſub nu.33.& ſeq.& hi tandem crebriorem ſenten-
tiam contra Afflic. teſtantur,& ad id etiam,quòd com
parat Afflic.iurare,& fidem præſtare,uide eundē Cur.
ubi ſupra ſub nu.27.Sed ut redeamus, unde digreſſa ē
oratio,Me enim non ſolum citatæ autoritates,& addu
ctæ rationes mouent. Verum antiquorum loca, uete-
res enim ſtipulatum Valerium,& Luctatium reſtipula
tum,dicebant,Nec legi regulam , quæ eſt pactum nu-
dum,obligationem non parere in huiuſmodi facto li-
mitatam,ergo ab ea non eſt recedendum,ut per Bart.
in.l.quoties.ff.ſi quis cau.& Deci.in reg.j.ff.de reg.iu.
& Ial.in con.xvj.col.ij.uol.iij.uideretur.quod remo-
uet etiam id,quod de reciproca conuentione diximus,
& tolli uidebatur etiam ex.l.ex placito.C.de rerū per-
mu.&quoniam de laicis diximus.In clericis dic,ut per
Seuc.in loco ſupra citato,iunctis his,quæ ſcripſit Dec.
conſil.ccxv.& diſtinctionem prædictam notandam,&
probandam puto. Ex quibus habes quomodo fiant
ſponſiones,& euidētius liquebit ex quæſtionibus pro
ponēdis,& ſi placet antiquitatis nihil etiam ignorare,
quomodo,ſcilicet,ueteres facere conſueuerint, legito
Budei relata loca.Illudque ſolum placet referre,quod
ait in uerba infraſcripta.Fiebat autem ſponſio interpo
ſita ſtipulatione certæ pecuniæ,quam perderet is, qui
ſponſione uinceretur,&coram recuperatoribus aut iu
dice diſceptabatur,erat autem decima pars rei contro-
uerſę in cauſis priuatis,in publicis autem quinta,apud
Græcos,authore Polluce , & aliis ſcribentibus , pœna,
ſcilicet,temere litigantium.



# TERTIA PARS.

## AN IN OMNI CAVSA SPONSIO-NES FIERI LICEAT.

1 *Sponſiones ſecundum Azz. & Roſ. fiunt ubi certamen eſt, pro uirtute uel ueſcendi gratia non aliter.*
2 *Sponſiones ſecūm Auto. generaliter fieri poſſunt in cauſa honeſta in inhoneſta uero fieri non licet, idque probat multis modis.*
3 *Interpretatio ad.l.quibus rebus.ff.de alee.lu.& alea.*
4 *Ludus aleæ declaratur quid ſit.*
5 *Mart.ſilimanus maximus iuriſconſultus dicere cōſueuerat illas ſententias tenendas eſſe quas prudentes commendant.*
6 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
7 *Inhoneſta cauſa ſeu conditio quæ in ſponſione adijcitur quæ ſit generaliter declaratur.*

CIRCA tertiam ſpeciem an ſponſio
nes in omni cauſa fieri liceat, uide-
batur prima fronte tradita regula
per iuriſconſultum in.l.ſolent in.§.ſe
natuſconſultum iuncta.l.ſeq.ff. de
alea. ubi pro uirtute certamen non
1 fit,ſponſiones fieri non licere.§.ſi quis
igitur haſta certet, uel pyla, iaciendo, uel currendo,
uel ſaliendo,luctando, uel pugnando, uirtutis cauſa
iure facit permittendo, & pecunia ludere his rebus po
teſt,& ſponſiones etiam facere,ſed ex alijs ubi pro uir
tute certamen non fit,de iure non licet,quod & Azo.
in titu.de religio.C.ſub numero.iiij.ſenſit dum inquit
approbatur ſponſio quæ uulgo dicitur Guadia facta
in caſibus permiſſis uirtutis cauſa ut.ff.de alea.l.ante
§.ultimo.&.l.pen.&.l.ultima.in prin.Roſ.etiā in lib.
de libellis in quarta parte ſub rubri.de ſenatus. cuius
num non habemus quod prohibet ludos ſeu pignora
ludi Azo.præceptoris ſui ſententia defendēdo clarius
idem probat,ait enim inueniri,& aliud ſenatuſconſul

Universidad de Deusto Biblioteca



tum cuius num non habemus eſtque utile, & habet lo
cum frequẽter, multi enim ſunt ita faciles, ut aliquan-
do aliquid affirment, & ſit qui neget, deinde progreſſa
contentione deponunt pignora, & ſe ad ſponſionem
prouocant, unde fit ut plerumque depoſitum pignus
amittant, qua de re S. C. prohibuit pecunia ludere, &
ſponſiones facere, ideſt pignora deponere ſiue pecu-
niam quod uerbum late ſumitur. l. j. C. de conſt. pecu.
uetuit ergo S. C. actionẽ dari niſi in dictis caſibus, uir-
tutis. ſ. oſtendẽdæ, gratia, & ueſcendi, hæc in ſumma
Roſ. quem ad uerbum refert Paris de put. in trac. de lu
do. numero. xxxiij. & ſeq. tomo. ix. pro quorum ſentẽ-
2 tia uideas Pau. in. l. ſi cum debitore. ff. de iu. ✠ ego ta-
men puto cum iuriſconſulto in. l. ſi rem in. §. fin. ff. de
præſcrip. uerb. concludendum eſſe, in honeſta cauſa
ſponſiones fieri licere, at in inhoneſta non licere, non
obſtat. l. quibus rebus ſupra citata quæ omnes ſponſio
nes hodie uſitatas inter turbare uidetur, nam iudicio
meo. l. illa interpretanda eſt ſecundum titulum iuxta
3 l. imperator. ff. de in diem addic. ✠ ut in ludis ſponſio-
nes tantum liceat facere ubi certamen uirtutis cauſa
fit, & in. l. quod in conuiuio, in alijs autem ludis ubi
certamen non fit pro uirtute, non liceat, indicat uerbũ
in pecunia ludere poſitum in. §. ſenatuſconſultum, &
iuriſconſult. declarando ſubſequitur quibus reb. &c.
Vnde illud uerbum ſed ex alijs non generaliter eſt ac
cipiendum ſed relatiue ex alijs. ſ. ludis uel ex alijs
rebus ſupra expreſſis uidelicet currendo, luctando, ſa
liendo, &c. quod idem eſt. Dicet forte aliquis interpre-
tatio data. l. quibus rebus ex eo peruertitur quoniam
4 ludus Aleæ ✠ dicitur ois ludus qui uiribus fortunæ
innititur, ut ĩquit Azo. ubi ſupra & refert, ac probat Pa
ris de put. in prædicto trac. de ludo numero. iiij. unde
inferri uidetur ſponſiones quæ uiribus fortunæ inni-
tũtur fieri non poſſe. Ad quod argumentum ex eo re-
ſponderi poſſe reor quòd ludus in factis dicitur idque
patet ex deffinitione poſita per Seue. in dicto tracta. in
prin. poſt Maria. in. c. inter dilectos de exceſ. præla. in-



quit enim ludus eſt per actum facti delectabilis, quan
doque uirtutis gratia parati, quandoque lucri, quando
que uoluptatis tantum ceſſatio a negocijs, ſed in hu-
iuſmodi ſponſionibus non eſt factum ergo &c. Nec
mouere quanquam debet in ſponſionibus quæ fiunt
pignoribus factum interuenire quoniam illud eſt mo-
mentaneũ, & non iterabile prout in ludis, & cum non
fiant ſecundum ludorum ſcaturam admittendæ uidẽ
tur, & prædictum reſponſum ſenſiſſe uidentur Par. de
put. licet non explicet, & declaret, ut ſupra, ait enim in
citato loco. l. quibus de Alea. non probat quòd inquit
Roſ. ſed iuriſconſultus uoluit in caſibus in quibus lu-
dere non licet, facere ſponſiones etiam non liceat, non
autem quod uoluerit prohibere pacta ſub conditione
caſuali, uel mixta licet dictæ conuentiones uideantur
aliquid ſuperſtitioſum ſapere. Addo quòd Seue. in tra
cta. ſæpæ dicto ſcripſit in hæc uerba ſub nume. xxv.
Pau. de caſt. in. l. ſi quis cum debitore ſpiritum, & Roſ.
mentem habuiſſe uidetur ſponſiones in his quæ fortu
næ committuntur facere non licere, ego uero ſincere
dico, & credo. l. quibus noluiſſe uetare ſponſiones, ut
Roſ. ait ſed opinor iuriſconſultus uelit in caſib. in qui
bus licet ludere uirtutis cauſa liceat etiam ſponſiones
facere, non autem uoluerit pacta, & ſtipulationes ſub
cõd itione caſuali uel mixta prohibere, & fatetur quid
ſupe ſtitionis continere, ſubdit pro comperto non
habere propter autoritates. Azo. Roſ. & Pau. & forſan
a ſapientibus ſponſiones non laudare, & gratum ſibi
fuiſſet ſapientes laicos conſulere, quoniam ut dicit Io.
and. in addi. Spec. in titu. de tut. §. generaliter; in addi.
5 ✠ incipiente placuit uerſi. mæmor Marſil. ſillima. qui
fuit maximus iuriſcon. dicere conſueuerat illas opinio
nes, uel ſententias eſſe tenendas quas prudentes com
mendarent, hæc ille, concludo igitur iterum ut ſupra,
& ſit regula, ſponſiones et in ludis non prohibitis, &
in. l. quòd in conuiuio, & in omnibus caſibus in quib.
quod in ſponſione pro conditione, et cauſa id quod
ponitur eſt honeſtum, fieri licere, & hanc regulam, &

Universidad de Deusto Biblioteca



ſe ntentiam quam ex uerbis iuriſconſulti collegi in ci-
tata.l.ſi rem.§.fi.ff.de præſcr.uerb.ueram eſſe non ſo
lum ex citatis autoritatibus patet, uerum ex his quæ
habentur in citatis.ll.cum ad præſens a Titio, ac per
Dec.in conſi.cxv.Marſil.in.c.inter dilectos.qō.vj.de
exces.præla.& ex quæſtionibus quas infra ſubijciam
aliorum autoritates colliges, adeo ut facile poſsis di-
cere ſententiam hanc et creuiſſe et in diem inualuiſſe,
et cum uideamus huiuſmodi ſponſiones in uſu quoti
diano eſſe, etiam infactis quæ & Az.& Roff.prohibent
nihil eſt quin dicas legem de quibus a conſuetudine
interpretationem per me datam accepiſſe, ‡ quam cō
ſuetudinem optimam legum interpretem eſſe iuriſcó.
inquit in.l.ſi de interpretatione.ff.de leg.et profecto ſi
quis ſtipulationes huiuſmodi denegaret ac ſponſio-
nes, cōſideret ſexcentas ſtipulationes peruenti de qui
bus in titu.de uerbo.oblig.& quarum aliquas in quę-
ſtionibus inſeremus.

Tractari tamen poſſet, quæ ſit inhoneſta conditio,
7 ſeu causa quæ in ſponſione deducitur. ‡ Et generali-
ter dicendum eſt omnes turpes ſtipulationes nullius
eſſe momenti.l.generaliter.&.l.sequē.l.ſi plagij.ff.de
uerb.obli.in quibus locis late Doc. ſcripsere, adde.l.
iurisgentium in.§.ſi paciscar uerſi.& generaliter.ff.de
pac.§.quòd ex turpi, ubi Are.inſt.de inu.ſti.uide Bal.
in.l.is penes.C.depo.et late omnino salyc.in.l.ex eo
C.de inutil.ſtipu.Bal.in.l.j.C.de condi.ob turp.cau.
Bar.in.l.fi.in.§.ſi in alea.ff.quarum rerum actio.non
detur, & conſidera ſemper uerba iurisconsulti in.d.§.
ſiquis ſponſionis, & hæc citaſſe ſufficiat, ne.Doc.loca
uidear deſcribere, ex his enim locis lumen habes, &
ex quæſtionibus quas infra subiiciam non minorem
utique lucem dabimus.



# QVARTA PARS.

## QVAESTIONES.

1 *Sponſio facta quod imperator, uel pontifex hoc anno morie-
tur an ualeat late diſputat & ualere ait.*
2 *Conditionis euentus habetur pro cauſa.*
3 *Caſum aduerſamque fortunam liberi hominis expectare neque
ciuile neque naturale eſt.*
4 *Sponſio facta ſuper matrimonio contrahendo uel non contra-
hendo inter Titium, et Bertam ualet, declaratur tamen duo-
bus modis.*
5 *Matrimonium debet eſſe liberum ideo promiſſio adiectæ pœnæ
non tenet.*
6 *Contractus a conſuetudine approbati pro legitimis habendi
ſunt et a conſuetudine fomentum recipiunt*
7 *Vita hominis propoſita eſt omnibus fortunæ telis, nec eſt dolen
dum quominus ea qua natus eſt conditione uiuat ſecūdum
Platonem, et ibidem quod mors accidat uniuerſis.*
8 *Sponſio ſuper morte priuati hominis non ualet fallit ſi is ſu
per cuius mortem ſit uoluntatem ſuam accommodet.*
9 *Interpretatio ad.l.ſi.C.de pact.*

NVNC proponēdæ ſunt aliquæ quæ
ſtiones ex quibus ſponſionum tracta
tus, & ludcidor, & quidē uberior red-
detur.

Quæritur igitur apud Pau.de caſt.
in.l.a Titio.ff.de uerb.oblig.ſempro-
nius ſtipulatus eſt a ſeio decem ſibi
1 dari, ‡ ſi hoc anno morietur imperator, uel Pontifex
promiſit Seius, & re ſtipulatus eſt a Sempronio centū
ſibi dari ſi non moriatur uel Pontifex, uel Imperator
ſpopondit Sempronius, moritur imperator ſeu Ponti-
fex, an Sempronius aduerſus Seium ad decem recte
agatur reſpondit idem Pau.propter frequentem uſum
mercatores Florentiæ ſecundum Sempronium, & con
tra Seium, & conſultum a ualentiſsimis Doctoribus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



2 iudicatum fuiſſe,† quoniam conditionis euentus ha-
betur pro cauſa,ut probatur ea.l.a titio,ipſe tamē Pau
lus requiſitus noluit conſulere,turpitudinem quandā
huiuſmodi conditionem cōtinere ratus ſicut in ludo
taxillorum idem Pau.uideatur in.l.ſi cum debitore.
ff.de iure.& Pau.probabiliter hæſitaſſe propter autori
tatē Az.& Roſ.ſupra relatas patet,& propter.l. quibus
de alea.ad quam ſupra reſpondi,ex eo etiam quia in-
honeſta conditio uidebatur,& ex conſequenti impro
bata cauſa,in ſtipulatione deducta unde obſtare uide
3 batur.§.ſiquis ſpōſionis ſæpæ citatus. † Accedit quòd
ſponſiones huiuſcemodi plene triſtisſimi euentus ui-
debantur.l.ſi.ff.de pac.& caſum aduerſamq; fortunā
liberi hominis expectare neque ciuile neque naturale
eſt ut iuriſconſultus ait in.l.inter ſtipulantem, in.§.ſa
cram.ff.de uerb.obl.& hanc.q.tanquam dubiam pe-
nitus Io.Bap.Seue.in.d.trac.de ludo ſub nume.xxij.
ſoluere non eſt auſus.Cæterum Alexā.optimi iudicij
uir Paul.referendo in ea.l.a Titio,& bene conſultum
& iudicatum ait,citat Hoſt.in.c.gemma,deſpons. qui
4 † de iure reſpōdit ſi duo ſint quorum alter alteri pro-
miſit decem,ſi fiat matrimonium inter Titium,& Ber-
tam,& alter contra promittat ſi nō ſequatur matrimo
nium,ualere ſtipulationem perinde ac ſi concepta eſ-
ſet ſub quauis alia conditione,hoc tamen intelligit ſi
contrahentes,aut promittentes ſint extranei dictis Ti
tio,& Bertæ,& ſecus ſi promittant nomine, mulieris,
uel uiri,ſponſalia fieri,& ſi non contrahantur ſponſa-
lia,pœnæ nomine aliquid dare promittant.non enim
5 ualet promisſio pœnæ adiectæ principali,† quod de-
bet eſſe liberum.d.c.gemma.&.l.titia in princip.ff.de
uerb.ob.ubi I mo.col.ij.idem probat,& ſentētiæ Ale.
aſſentiuntur,& Ias.& Are.in ea.l.a titio,& idem Iaſ.&
Dec.in.l.cum ad præſens ſi cer.pet.& latius approban
6 do ſcripſit Dec.in con.ccxv.& † pro tenui ſubdens cū
huiuſmodi contractus inter mercatores frequētari ſo
leant pro legitimis habendi ſunt,a cōſuetudine enim
fomentum recipiunt,propterea obſeruandi,ex eo qd



no.Bar.in.l.quid ſi fugitiuus in.§.apud labeonem.ff.
de ædi.edic.ad quam rationem adde quæ ſcripſi in pri
ma parte principalis tractatus uerſiculo ex prædictis
ſingulariter infero &c. Quam ſententiam Alexand.
ego etiam probo pro qua uide.l.cum ad præſens.ff.ſi
cer.pet.& Par.de puteo in tracta.de ludo nu.xxxvj.
& Mat.de affli.deci.ccclxxxix.ſuper dubio. nec me
mouet quòd Paulus ſubdubitauerit propter.l.quibus
ad illam enim.l.reſpōdi,& uide quę ſcripſi ſupra pro
xime uerſiculo circa tertiam ſpeciem,minus etiā mo
uere quemquam debet quòd dicebatur inhoneſtam
conditionem,in sponsione deductam,tum quia non
legitur improbata a.l.tum etiam quia homines om-
7 nes nati ſumus,† et propoſita eſt omnibus fortunæ te
lis uita noſtra,nec eſt dolendum quominus ea qua na
ti ſumus conditione uiuamus, ut diuinus Plato dice
re conſueuerat,& mors accidit uniuerſis,ut ait Hor.
Pallida mors æquo pulsat. pede pauperum taber-
nas regumque turres,& sunt qui ſe Aniolos eſſe pro-
fiteantur,nec ratio.l.fina.C.de pactis,urget in propoſi
to facto cum ratione perſonarum qui ad ſponſionem
uenere,& Pontificis,uel Imperatoris, super quorum
morte,& uita eſt facta ſponſio facile diſcerni poſſit pe
riculum, ut inſidietur uitæ illorum ceſſare, idque
8 etiam conſiderata ſumma,in ſponſione deducta.† Cę
terum ſi ſuper morte priuati hominis fieret ſpōſio,ma
xime animaduertendum arbitror,finge enim inimiciſ
ſimum alterius cōtrahentis,rectius igitur fecerint mer
catores ſi ſe a ſponſione proxime relata abſtinuerint,
ſed ſi is ſuper cuius morte facta eſt ſponſio uolūtatem
ſuam accōmodauerit,ratam ſponſionem exiſtimo pro
pter.l.ſi.C.de pac.quam in illa parte,in hac etiam con
uentione,& ſtipulatione puto locum habere,& cur di-
9 uerſum ſtatuendum ſit,non uideo.† ad quam.l.fin.in
parte citata uid:quid ſcripſerit non inſubtiliter præce
ptor meus Ludo.Goz.in conſil.xcviij.in hac cauſa.in
j.dubio.& conſidera ſcripta per eum,& ad ſupradicta
ac ad rem.facit.l.ſcrupuloſam.&.l.ſi.C.de cō.& com.

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtipu.& inſti.de inu.ſtipul.§.poſt mortem.

1 *Sponſio, quòd Dux Saxoniæ hoc anno principatu excidet, ſeu Argentina capietur, et ſi quæ ſunt ſimiles prædictis de iure ualet.*

1 ✝SIMILIS eſt illa ſponſio, quòd Dux Saxoniæ hoc anno principatu excidet, & in deditionem Regis Francorum, uel Imperii, ueniet, et eius propugnacula quatientur, uel non quatientur, Imperator ceperit, uel non ceperit Argentinam, uel Vlmum, quas iiſdem rationibus ratas eſſe cenſeo. et arg. l. a Titio. et. l. ſtipulationes non diuiduntur. in. §. ſiquis ita. ff. de uerb. ob. et propter ea, quæ ſcripſit Deci. in citato conſi. cxv.

1 *Sponſio illa, quòd cras erit pluuia, Imperator ueniet in Italiam ante Calend. Maias, & aliæ ſimiles enumeratæ non ſunt improbatæ.*

2 *Panthera, de quo in. l. emptorem, in. §. fin. ff. de actio. emp. quid ſignificet, declaratur ſecundum Budeum.*

1 ✝EX prædictis etiam infero ualidam multo magis dicendam illam ſponſionem, quòd cras erit pluuia uel non erit, de qua per Paul. in. l. ſi cum debitore. ff. de iure. licet ipſe conſulere recuſauerit, et hãc ſponſionem probat ualere Affli. deci. cclxxxix. Item et illam quòd Imperator ante Calend. Maias in Italiam uenerit, uel non uenerit, de qua in. l. hoc iure. ff. de uerbo. obliga. Item quòd Imperator erit Rex Angliæ, coronabitur, uel nõ, Titius erit Senator Romanorum, nec ne. l. ſiquis ſi Titius. l. ſi ita quis. ff. de uerbo. obliga. habes alia exempla in dicto titulo, cum enim huiuſmodi ſtipulationes non ſint turpes, et conditionem inhoneſtam non contineant, nihil cauſæ eſt, quare non admittantur, idque argu. l. emptorem. in fi. et. l. ſeq. ff. de actio. emp. Vbi recipitur cum futurum factum rhetis a piſcatore emens, aut indaginem plagis impoſitis a uenatore, uel Panthera ab Aucupe, nam & ſi nihil cœperit,



rit, nihilominus emptor precium præſtare neceſſe habet, & ad interpretationem illorum uerborum indaginem, iactus, & Panthera, legito Bud. in ſuis annotationibus qui de Panthera inquit, Panthera hic pluraliter intelligo, Pantheron enim rhetis genus eſt, ex eo nomẽ habens, quòd omnes aues concludat, eadem ferè ratione qua Panagron quod rhetæ piſcatorium eſt, thera uenatum ſignificat, & aucupium unde Petherõ

2 dictum, & ὀρνεοθήρας. auceps, ✝eſt aut huiuſmodi rhete quod ſaltabulum appellant, quòd cum humi ex porrectum eſt, & in ob longam tenuitatem contractũ regitur quiſquilijs, ne ab auibus prouideri poſſit. deinde cum opus eſt, adducto magna ui fune repente ex panditur, ineſcatasq; aliquot diebus auiculas uno ictu uniuerſas cõtegit, Hocrei noſtri ad paſſeres, & ſturnos utuntur, & ad grues, & otidas, quas ſtardas uocant, quaſi tardos anſeres, hic aut in plurali per metonimiã accipitur pro captura eo modo quo in dago, ab eadẽ tamen etymologia Panthera dici poſſunt. quicquid auceps ceperit, quid ſi non Panthera ſed Pantherana legam, ideſt quicquid aucupio cœperit, hæc ille quem ſi libet legito.

1 *Sponſio facta inter ſempronium, et Meuiam, qui tax illis ludebant, quòd alter altero plura puncta faciet, uel quod denarium numerum egredietur eſt improbata.*

2 *Caſus fortunæ reddit licitum id quod alias reprobatur.*

3 *Sponſio in ludis tantum qui uirtutis cauſa fiant permittitur.*

QVAERITVR an ex ſpõſione huiuſmodi inter luſores frequentata agi poſſit, ludunt Sempronius

1 & Meuius taxillis, deponunt pignora, ✝quòd alter altero plura puncta faciet, uel quòd denarium numerũ egredietur, uel nõ egredietur, ſtipulatur Sempronius in ſumma finge decem ſcutatorum in eadem ſumma re ſtipulatur meuius, reſpondẽdum uidebatur agi poſſe, ex his quæ ſcripſit Dec. in citata. l. cum ad præſens & latius conſi. cxv. ait enim ludus fortunæ, ut puta ta-

Universidad de Deusto Biblioteca



xillorum non reprobatur ſimpliciter ſponte ſua (& ut
ipſe dicit) ex ſe, quia ſicut poſſum promittere decẽ, ſub
conditione quæ pendet a fortuna, ut puta ſi nauis ue-
nerit ex Aſia. l. ſiquis ita ſtipulatus fuerit. ff. de uerbo.
oblig. ita uidetur quòd poſſim tibi promittere decem
ſi plura puncta habueris quam ego, ut tradit ſanctus
Tho. ij. ſecundæ. q. xxxij. arti. vij. quem referũt Im.
& doct. in. c. pen. de ui. & hon. cle. & late Andr. ſicu. in
2 conſi. lxv. lib iij. ☩ dubius enim fortunæ caſus reddit
licitum id quòd alias reprobatur. c. in ciuitate. c. naui
ganti de uſu. l. ſi pater. C. de inoff. teſta. hactenus Dec.
ego uero contra ſentio in ludis qui uirtutis cauſa fiũt
3 ſponſiões fieri licere, at ubi pro uirtute ludus ☩ nõ fit,
non licere, ut probatur in. l. ſolent in. §. ſenatuſconſu,
iuncta. l. ſequenti. ff. de ale. quod & Azo. in ſumma. ff.
de relig. probat, & Roffre. in citato loco, idem ſenſit
& uide Seuer. in. d. tracta. ſub nu. xx. & probatur hæc
ſententia autoritate gl. in. d. §. ſiquis ſponſionis in uer
ſicu. uictori, in illis uerbis non ad aleam, uel magides,
ut iuriſcon. ſubiicit planẽ ſi inhoneſta &c. quod nota
uit ibidem Pau. nec obſtat. l. ſiquis ita ſtipulatus quo-
niam licet conditio illa ſi nauis ex Aſia uenerit a fortu
na pendeat, non tamen eſt improbata, eſt enim hone-
ſta, non inhoneſta, pro ut in ſponſione propoſita.

1 *Sponſio facta inter eos qui ludentes inſpiciebam, quòd alter ex luſoribus uincet uel non, eſt improbata, et, quòd ſolutum eſt ex ſponſione prædicta repetitur.*
2 *Inſpicientes ludum tanquam ludentes puniuntur.*

FINGE modo quòd non ludentes ſempronius,
& Meuius ſed Ant. & Io. qui ludum inſpiciebant, ad
1 ☩ ſponſionem uenerint depoſitis pignoribus, uel ſtipu
lationibus, Alter enim quòd ſempronius, alter quòd
meuius uinceret, idem credo reſpondendum, ut ſpon
ſio nulla ſit, quia inhoneſta eſt cauſa ſponſionis, ut in
d. §. ſiquis ſponſionis idque probari uidetur ex dicta
l. quibus quæ generaliter loquitur, unde generaliter



eſt intelligenda l. de precio. ff. de pub. l. j. in. §. genera-
liter. ff. de leg. præſt. ſuadetur etiam ex eo quòd inſpi-
2 cientes ☩ ludum tanquam ludentes puniuntur autem
interdicimus. C. de epiſ. & cle. et uide Seue. in. d. trac.
ſub numeo. xxxij. ſeptimo quæro unde etiam & illud
credo repeti poſſe quod ſolutum fuit ex cauſa dictæ
ſponſionis, tum propter comparationem proxime re-
latam tum etiam propter. l. fin. ff. de alea. & dictum. §.
ſiquis ſponſionis, idque etiam probatur in conſtitutio
ne prædicta alearum, dum prohibens imperator, & lu-
dere, & inſpicere, ſubdit, ſi contra factum fuerit nulla
ſequatur condemnatio, ſed ſolutum reddatur, & actio
nibus competentibus repetatur.

1 *Luſor ſi uiginti ab aliquo receperit, et promiſſerit quinquagin-ta si in poſterum luſerit ualet conuentio.*
2 *Et quid si alius ſuo nomine luſerit idem reſpondit.*

HIC etiam tibi ſubiicio quotidianum illud. & fre-
quens, nonnulli luſores poſteaquam fere totam ſub-
ſtantiam ludis prohibitis amiſere, & cum, ab amicis
1 forſan obiurgentur, ☩ recipiunt uiginti ab aliquo, &
promittunt quinquaginta ſi in poſterum luſerint, an
huiuſmodi conuentio ualeat, & arbitror ualere ex his
quæ habentur per Bar. & alios in. l. ex ea parte. §. mu-
lier. ff. de uerb. ob. ſcribunt enim ſiquis ſtipuletur ab
amico qui forte maximus erat luſor pœnæ nomine cẽ
tum ſibi dari ſi ulterius luſerit, ſtipulationem ualere,
ex hac enim boni mores non læduntur, ſed conſer-
uantur, & refertur iuriſconſultum ad uerbum ad rem
quidem putaui, qui in citato. §. mulier in hæc uerba in
quit, mulier ab eo in cuius matrimoniũ conueniebat
ſtipulata fuerat ducenta matrimonii ſi tempore con-
cubinæ conſuetudinem recepiſſet, nihil cauſæ eſſe re-
ſpondi cur ex ſtipulatione quæ ex bonis moribus cõ-
cepta fuerat mulier impleta conditione pecuniam aſſe
qui poſſit, quam. l. nota quinimmo Par. de put. in tra-
cta. prædicto hæc comprobando ſubdit, & ſi aliũ ſuo

Universidad de Deusto Biblioteca



2 nomine faceret ludere ✝ in pœnam incideret, citat textus, et gl. in. l. iuriſgentium in. §. prætor ait. ff. de pact. in verſi. ſenatusconſult.

1 *Sponſio facta, quod alter alterum in bibendo, uel edendo ſuperabit improbatur tanquam in honeſtam cauſam continens.*
2 *Interpretatio. l. quod in conuiuio. ff. de Alea luſu, & Alea.*

1 ✝ ITEM quæro, ſunt, qui crapula, uel ebrietate delectentur, ueniunt propterea ad ſponſionem, quòd alter alterum in bibendo, uel edendo ſuperabit, an rata ſit ſponſio? Prima fronte non improban. ſponſionē uidebatur propter. l. quòd in conuiuio. ff. de ale. quod tamen uerum eſſe nego, quoniā in ſponſionibus illud præcipuum eſt, ut cauſa in ſponſione deducta inſpiciatur, an ſit honeſta, nec ne. d. §. ſiquis ſponſionis. Quod autem conditio de qua agitur ſit inhoneſta, nemo eſt, qui neget, & probatur in. c. crapula. de uita, &
2 hone. cleri. ✝ & l. quòd in conuiuio loquitur ſecundū Roſ. quē citaui ſupra, ubi altercatio eſt inter aliquos. Ego enim aliquid affirmo, finge, quòd nauis, quæ ex Monte Diui Cyriaci inſpicitur, eſt Gerinorum, tu negas, deponimus aliquid conuiuandi gratia, & delectationis, & ueſcendi, quod etiam ſenſit gl. in uer. permittitur. quæ ueſcendi gratia, & delectationis in ludis uetitis ſponſiones admittit. ait enim, ſi plura pūcta habueris, amittas portionem tuam, &, ut uides, licet lex illa in familia loquatur, doc. ueſcendi cauſa, & ut ſupra generaliter intelligunt, & uide Abb. ibidem, & glo. in. c. inter dilectos. in uer. conuiuii. extra de exceſ. præla.

1 *Conuentio illa frequens inter mercatores ſuper mercium aſſecuratione aliquo dato, uel promiſſo, tenet, et ibidem de actione.*

1 ✝ ITEM quærit Pau. de ca. in. l. in naui ſauphelli. ff. loca. promitto tibi decem ſi nauis mea mercibus onerata ad Petrum Anconitanum ſalua peruenerit, ſin autem mearum mercium ualorem promittis mihi red



dere, an conuentio ualeat? & reſpondit ualere, idque probari ex ca. l. & de iure Pontificio non reperitur improbata, ut per Lauren. de rod. in trac. de uſu. iij. q. iij. par. quem poſuit in. c. conſuluit. de uſu. refert, & commendando probat Alex. in. d. l. a Titio. citatque Ioā. de ana. in. c. naui ganti. de uſu. idem ſentiētem, ſi enim merces, uel naufragio impetu uentorum, uel tempeſtate, ſeu alio caſu perierint, ex quo tuo periculo merces ſuſcepiſti, non interueniente ſtipulatione aduerſus te, qui promiſiſti actione oneris aduerſi recte ago. Addo, quòd ſententiam Pauli approbat Par. de put. in. d. trac. nu. 35. & citat Roſ. in titu. de actio. one. aduer. & idem Seuerinus ubi ſupra nu. 21. & Pau. ſententiæ aſſentitur Mat. ab affl. deci. ccclxxxix. Quam conuentionem nō improbandam ego etiam puto, propter periculū, quod promittens (uulgo Aſſecuratores nuncupati) ſuſcipiunt, ad prædicta, quę habentur in. l. eos. C. de uſu. & in titu. de nau. fœno. C. & ff. & maxime in. l. cum proponas. & in. c. fi. de uſu. Et quoniam frequens, ac quottidianus eſt contractus huiuſmodi inter mercatores ſi plus ocii aliquando nacti erimus, latius ſcribemus, ſolum his addam, quæ de actione oneris aduerſi ſcripſit Iaſ. in. §. actionum. nu. 10. & in poſteriori, ac ſuperiori numero. inſti. de actio.

1 *Sponſio facta si nauis in portū Anconæ peruenerit, an dicatur perueniſſe nauis quæ ſigna quædam ingreſſa fuerit.*
2 *Portus quis dicatur.*

1 ✝ VIDI etiam in patria mea ſpōſionem huiuſmodi perſæpe fieri, ſi nauis (finge Gerinorum) in Portum Anconitanum Calend. Martii peruenerit, in præſtituta die nauis prędicta ingreſſa eſt domum Veneris, quā nunc diui Clementis ſcopulos appellamus, dicebatur ex quo intra ſigna Portus peruenerat, in Portum ueniſſe, ſtatim enim quòd ſigna ingreditur nauis, in Portu eſſe uidetur, quia oneribus datiarū ſubiicitur, Ego au-
2 tem contra reſpondi, ✝ Portus enim dicitur concluſus

Universidad de Deusto Biblioteca



locus, quo importantur merces, & inde exportatur, ut inquit Iuriſcon. in l. portus. ff. de uerbo. ſigni. & Vero. in trac. de ſer. ruſti. prædio. in titu. de por. rub. xxviij. & ab huiuſmodi propria ſignificatione uocabuli non eſſe recedendum. l. non aliter. ff. de lega. iij. In re enim dubia melius eſt uerbis conuentionis ſeruire. l. j. in. §. is qui nauem. uer. in re dubia. ff. de exer. Nec enim illa ſigna, quæ quo ad datium Portum deſignare uidētur, Portum conficiunt, & quòd in datiis tantum ex cauſa ne fraus aliqua fiat, receptum eſt, ad alia contra ſignificationem uocabuli non eſt trahendum. argu. l. quamuis. ff. de in ius uocan.

1 *Sponsio facta inter duos, quod nauis ueniet in portum Anconæ uel non ueniet si rostrata nauis uenerit quam uulgo galeonem appellamus uter uicerit*
2 *Nauis uerbum eſt generale.*
3 *Nauis nomen unde deſcendat.*
4 *Qualitates, & accidentia, quæ rebus adduntur differentiā ſpecificam non conſtituunt, ſubſtantialia uero conſtituunt.*
5 *Roſtrum, quod naui apponitur magis eſt additamentū, quod pars nauis.*
6 *Roſtratæ naues cur dicebantur.*
7 *Communi uſui loquendi ſtandum eſt.*
8 *Nauis deſcribitur ſecundum uſum loquendi.*
9 *Argumentatio ex diuerſitatem nominum quòd ſit fallax, & non ſemper procedat, idque exemplis declarat.*

1 ✝ ITEM quæritur Alexander mercator dicebat, triduo nauim in Portum Anconæ ex Aſia uenturam, negabat Antonius, uenerunt ad ſponſionem huiuſmodi pecuniarum ſumma hincinde promiſſa, præſtituto tempore uenit roſtrata nauis, uulgo in patria mea appellatur Galeone, Alexander dicit ſe uiciſſe ſponſionē, & ad promiſſos ſcutos agit, negat extitiſſe conditionem Antonius, quinimo defeciſſe, mutuis itaque factis petitionibus Antonius ex diuerſo nomine ſe defendebat, l. ſi idem. C. de codicil. & addebat, ſi nauigium paruu-



lum, finge cimba, ſeu, quam uulgo marcilianam appellamus, in portum Anconæ ueniſſet, nemo dixerit conditionem extitiſſe, ſcilicet, nauim ueniſſe, idque ſaltem
2 ex communi uſu loquendi. ✝ Dicebam uerbum nauis generale eſſe, idque probari ex tit. C. de naui. nō excu. lib. xj. & ex. l. ſi. ff. de fun. inſtru. In illis uerbis ſcapha nauis non eſt inſtrumentum nauis, etenim mediocritate non genere ab ea differt, de quo meminit Iaſ. in. l. j. nu. 67. ff. de acquir. poſſeſ. & ad rem facit. l. quemadmodum. §. ſi nauis. & ſeq. §. ff. ad leg. aquil. & l. j. in. §. nauim. & §. igitur, uer. quædam autem naues. ff. de exercit. & quòd Accur. ſcripſit in. l. j. in. §. qui ſunt igitur. in uer. de exercitoribus. ff. nau. cau. ſtab. & demonſtrari euidenter poteſt ex alluſione, ſeu uocabuli deriuatione, ex qua propria uocabuli ſignificatio ſumitur. l. pupillus. in. §. territorium. ff. de uerbo. ſigni. & no. in. l. tugurii. eod. titu. & Bar. copioſe ſcripſit in. l. omnes popu. nu. 59. ff. de iuſti. & iur. & legitur in. l. ij. in. §. appel-
3 lata. ff. ſi cer. peta. ✝ ſiue aſſentiamus his, qui nauim a no. uerbo, quòd eſt nato, deductum aiunt, ſiue frequētioribus, qui Græcum uocabulum eſſe tradidere, ab illis enim ναῦς μάω, quod eſt fluo, quæ cū de nauibus
4 tractabimus, latius attingemus. ✝ Dicebam ēt qualitates, & accidētia, quę rebus adduntur, differentiā ſpecificā nō cōſtituere ſubſtātialia uero cōſtituere, quòd uero diuerſitates & differentiæ, in qualitatib. & accidētib. rē differre ſpecie nō faciant, ſubſtantialia uero faciāt, ſenſit Iuriſ. in. d. l. ſi. de fun. inſtr. gl. in. l. ſi. in. §. quoties. in uer. anno. ff. de publica. notat Bart. in. l. j. nu. 19. ff. de actio. & obli. & notatur per eundem, & alios in. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. facit. c. cum marte. & quòd habetur ibi de celebra. miſſa. ubi accidentia mirum, &
5 non aliter ſubiectum immutant. ✝ Ad rem igitur noſtram Roſtrum, quod nauibus apponitur, magis additamentum, quàm partem dicti nauigii eſſe, idque iudicio meo probatur euidenter in. l. malum. ff. de uerbo. ſign. Et propterea dicebam nauim non immutatam ex roſtro, unde & roſtratæ naues dicebantur, & conditio-

Universidad de Deusto Biblioteca



7 nem extitiſſe. ✝ Et ex communi uſu loquẽdi cui ſtan-
dum eſt. l. librorum. in. §. quôd tamen Caſſius. ff. de le
ga. iij. & per Bar. in. l. labeo. ff. de ſup. lega. & docto. in
procœ. decretalium, & late diximus ſupra in par. j. prin
cipalis tractatus. uer. ſecunda proponitur quæſtio. &
probat Deci. qui inter mercatores loquitur conſil. vij.
8 nu. 3. & pro tenui. Idẽ utique conceden. ✝ Aiunt enim
mercatores, & nautæ ubi nauigium habet, hæc, quæ ti
bi uernacula lingua ſubiicio, nauim appellari, caſtelli,
balladori, gaggie, et uele alla quadra. Ex quibus appa-
ret, ſiue de iure, ſiue ex communi uſu loquendi, exti-
tiſſe cõditionem, cum nauigium de quo agebatur præ-
dicta omnia haberet, et roſtri additamentum nihil im
mutaſſe. Nec refert, quôd diuerſis appelletur nomini-
bus, nam actio utilis, et actio directa, nomine differũt,
et tamen idem et in ſubſtantia, et effectu cenſentur. l.
actio negociorum geſtorum. ff. de nego. geſtis. et not.
9 Bal. in. l. ex leg. in prin. C. de leg. ✝ Item notarius diuer
ſis nominibus nuncupatur, ſcilicet, notarius, tabellio,
ſeruus publicus, a ſeruiendo non a ſeruando dictus, ut
in. l. generaliter. C. de tabu. lib. x. et in. §. cum autem. in
ſti. de adop. et in. l. ij. ff. rem pup. ſal. fore. et tamen idẽ
ſunt, ut not. Abb. in. c. quoniam contra. in. iij. col. nu.
3. de proba. ſimiliter primas, et patriarcha nemo nega-
uerit eſſe diuerſa nomina, idem tamen ſunt, et eadem
dignitas gl. in. c. corã. de in inte. reſt. et in. c. j. xcix. diſ.
eodem ergo modo nauigium prædictum, et nauis. et
his adde de huiuſmodi uocabulo Galeone Soc. memi
niſſe in conſi. lv. uiſo inſtrumento. uol. iiij.

1 *Sponsio facta inter duos ſuper quodam inſtrumento oſtenden-
do, uel non oſtendendo ualet.*

HABES et ſponſionem apud Mat. ab affl. deciſi.
1 cclxxxix. quam ſupra ſæpius citauimus, ✝ conuene
rant enim Marinus medicus, et Bactinus quidã ſi Ma-
rinus oſtenderet quoddam inſtrumentum factum in-
ter eundem Bactinum, et ſororem eiuſdem, ac nepo-



tes, eidem Marino certum uini, ſeu frumenti numerũ
tradere, & econtra, ſi Marinus non oſtenderet quandã
pecuniarum ſummam Bactino ſoluere, & respondit ſa
crum conſilium ſponſionem probaſſe, quia conditio
habetur pro cauſa, & quoniam cõtrahentes ſibi fidem
aſtrinxerant, & dederant, non obſtare, quôd pacto nu
do eſſet facta, de quo uide, quôd ſupra diximus, in. ij.
par. huius trac. uer. quid autem ſi pacto nudo.

1 *Sponsio facta ſuper maſculo, uel fœmina naſcituro non est im-
probata.*
2 *Quid si pareret hermoſroditum?*

1 ✝ EX omnibus autem ſponſionibus maxime o-
mnium illa eſt in uſu, ſuper maſculo, uel fœmina na-
ſcituro, uerbi gratia, ſi Minerua maſculũ peperit Seius
promittit decem Gaio, & econtra ſtipulatur Gaius, quã
quidem ſponſionem ualere, cum inhoneſtam cauſam
non contineat. iuxta. §. ſiquis ſponſionis. ſupra ſatis la-
2 te probauimus. ✝ Vnde quæri poſſet ſi hermofroditũ
pareret, cui comparandus Iuriſcon. in. l. quæritur. ff. de
ſtatu homi. respondit eius ſexum æſtimandum, qui in
eo præualet. Poſſem & ſuper hac ſponſione. q. ſubiice-
re, & alias proponere, quas conſulto prætereo, cum ha
beri poſſit ex uariis. ff. titulis, & maxime ex tit. de uer.
obliga. & de reb. dub. ſat ſit & regulam, & lumen non
modicum tradidiſſe.

1 *Sponsio inequali conditione facta, an poſſit infringi.*
2 *Remedium. l. ij. C. de reſcin. uendit. non competit ei qui ſciens,
prudensque rem dimidio minus iuſti pretij uendiderit.*
3 *A ſententia fortunæ an poſſit appellari uide, & infra.*
4 *In contractu tranſactionis an habeat locum remedium. l. ii.
C. de reſciend. uen.*
5 *Ambiguæ cauſæ benigno atque naturalis iuris moderamine tem
perandæ ſunt*
6 *Doctoribus aliquid obiter ſeu curſim dicentibus, & iuris arti
culos non diſputand. non eſt admodum habenda fides.*

Universidad de Deusto Biblioteca



7 Conſuetudo mala num conſuetudinis perdit, & dicitur uſurpa-
tio, et non eſt admittenda ubi eſt cõtra naturalem æquitatem.
8 Fratres ſi diuidunt ad breuia, & ſortis infœlicitate emergit in
tolerabilis deceptio diuiſio in melius eſt reformanda, & ibidẽ
declaratur.
9 Læſio quomodo probanda ſit in ſponſione ratione dubij euentus,
10 Si id, quod in ſponſione deductum eſt communi opinione erat
indubitabile data læſione quæ relanti ſuccurratur.

QVAERO igitur facta eſt ſponſio inæquali con-
ditione, Alter enim ex contrahentibus ſi nauis gerina
intra Calend. Maias in portum Anconæ uenerit pro
mittit centum alter uero ſi non uenerit promittit de-
cem, uel ſi Argentina capietur ab imperat. promittit
1 mille alter uero † ſi non capietur a Cæſare promit-
tit centum, & finge alia ſimilia, an propter inæqualita
tem doli mali exceptio cõpetat, quia ipſa res in ſe do
lum habeat, cum enim petatur ex ea ſtipulatione quæ
in ſe dolum continet, hoc ipſo dolo facere uidetur qđ
petit, ut dicit iuriſcon. in. l. ſiquis cum aliter. ff. de uer.
oblig. item reſcindi contractum poſſe uidebatur ut in
l. ij. C. de reſcin. uen. contra facit quod legitur doc. no
ſtros maxime in. l. a titio, & in. l. cum ad præſens & De
ci. in conſi. cxv. ſponſiones inæqualibus conditionib.
proponere, & ſentire exceptione actorem remoueri nõ
poſſe, quæ ſententia ex illa uulgari regula probatur,
ſcientibus fraudem fieri non uideri, cũ ergo ita ex cer-
ta ſcientia contrahentes conuenerint rata debet eſſe
conuentio, contractus enim legem ex conuentione ac
cipiunt. ff. depo. l. j. §. ſi conuenerit unde Bald. in. l. ij.
C. de reſcin. uend. nume. vij. poſt Bart. ait ei qui ſciens
2 prudenſque rem † dimidio minus iuſti precii uendi-
derit remedio. l. prædictę non eſſe conſultum quoniã
ſciens renuncianti comparatur, ut eleganter iuriſcon.
inquit in. l. quæritur in. §. ſi uenditor. ff. de ædil. edict.
probabilis etiam huiuſmodi ſententia uidetur quoniã
propter incertitudinem rei de qua agitur ſeu dubium



euentum prætextu læſionis reſcindi contractus non
poteſt iuxta. l. lucius. in. §. fi. cum gl. ff. ad trebel. adde
l. j. C. de pac. & l. quòd debetur. ff. de pecu. l. fideicom
miſſo. C. de transac. in illis uerbis non poteſt eo caſu
reſcindi, tanquam circumuentus ſis, cum pacto tali cõ
ſenſeris facit. l. ſi ea. C. de uſur. ubi propter incertum
fructuum euentum reſcindi placita non oportet. Ac-
cedit ad hanc ſententiam quòd dicendum uidebatur
de ſe tantum, ac ſortæ quæri poſſe, ſed ſors ſuperiorẽ
non habet in hoc mundo, multas enim euoluit muta
tiones ut in. §. arr. piat in auc. ut omnes obediant iud.
pro, unde illud ſatyrici Si fortuna uolet fies de conſu
le Rhetor, ſi uolet hæc eadem fies de rhetore conſul,
3 † Adeo quòd Bal. in. l. fi. in princ. C. com. de leg. dixe
rit a ſententia fortunæ appellari non poſſe ſequitur er
go qui perdiderit, ei conſulendum non eſſe, nec illud
tacendum huiuſmodi ſententiam a conſuetudine (qđ
maximi momenti eſt) fomentum recipere dici poſſe,
dicet forſan aliquis, & propius ad rem accedens, ſi al-
ter ex contrahentibus eſſet deceptus ultra dimidiam
illius dubij euentus reſcindi ſponſio poſſit, idque ex
his quæ ſcripſit Bar. in. l. ij. numero. vij. C. de reſcind.
uend. inquit enim ſiquis eſt deceptus in cõtractu trã
4 actionis ultra dimidiam † ualoris rei tunc. l. ij. locũ nõ
habet, ſed tunc locus eſt. l. ij. cum deceptio eſt ultra di
midiam illius quòd ualebat, ille dubius litis euẽtus ci-
tat gloſ. magnam in. l. per diuerſas. C. mandati cuius
ſententiam complures doc. approbant, ſuntque & alij
qui reprobant, ut late habes ex commentario Iaſo. in
l. ſi quis cum aliter ſub nu. 15. & ſeq. de uerb. ob. adeo
quòd diſcerni facile non poteſt quid magis frequenti
doc. ſententia ſit receptum, uide tamen Mat. ab afflic.
dec. ccxx. in cauſa Ioan. &c. Dec. conſi. lx. uiſo thema
te numero. iiij. & Aymo. cra. conſi. clj. neminem exi-
ſtimare uelis numero. xxvj. Alexandrini conſi. lxxj.
col. ij. & conſi. cxlvij. col. iiij. ad fi. ego autem fremant
qui uelint, dicam quod ſentio puto enim in omni ſpõ
ſionum genere de quibus in ſecunda parte huius tra-

Universidad de Deusto Biblioteca



ctatus diſſeruimus, recte poſſe dici, quemadmodum in
transactione componendo opiniones inquit Phil. cor.
in conſi. cxlvj. li. j. co. pe. & ante. quē ſequitur Dec. in
conſi. cciij. & in conſi. ccxvj. & idem Dec. probauit cō
ſilio. ccccixxix. nu. xj. in controuerſia, & Alex. in cita-
tis conſiliis, & refert ac non improbat Pau. par. conſil.
xij. nume. 102. uol. ij, tranſactio iſta celebrata, aut eſt
deceptio ultra dimidiam iuſtę ęſtimationis dubij euē
tus litis in modico exceſſu & contractus tranſactionis
reſcindi non poſſit iuxta glo. in. c. cum cauſam de em
ptio. & uend. aut eſt deceptio ultra dimidiam iuſtæ æ-
ſtimationis futuræ litis, & dubij euētus in magna quā
titate, & accedente enormi lęſione, contractus tranſa-
ctionis reſcindi poſſit, quæ diſtinctio in caſu huiuſmo
di in difficili ſequenda eſt arg. l. & hoc Tiberius. ff. de
hære. inſti. & quòd ſcripſit Anc. in conſi. ccx. & Dec. cō
ſilio. ccccxlv. in caſu ad me tranſmiſſo, & hanc ſenten-
tiam quotidie creſcere, & incaleſcere uidemus, & ſua-
detur ex his quæ eleganter imperator inquit in. l. non
ſine. C. de bo. quæ lib. in hæc uerba conſequens eſt in
ambiguis atque legum diuerſis interpretationibus ti-
5 tubātes cauſas benigne atque naturalis ✝ iuris modera
mine temperare ita etiam in propoſita. q. reſpondeo,
ut ſi in ſponſione alter ex contrahentibus habita ra-
tione ad dubium euentum in ſpōſione poſitum enor-
miſſime deceptus eſſet, & reſcindere cōuentionem, &
fortius uti exceptione doli mali poſſit, ſecus autem ſi
deceptio ultra dimidiam eſſet in modico ſemper incer
titudine euentus conſiderata, facit tex. in. l. ſi iactum.
ff. de actio. emp. in illis uerbis, incertum huius rei æſti
mandum eſt, ubi notanda ſunt uerba Acc. quæ ad rē
de qua igitur ualde congruunt, ait enim æſtimatio fit
ex ueriſimili quantum capi potuerit idque inſpicitur
ex eo quod capi conſuetum eſt, quod ſi quis abſurde
hoc a nobis dici putauerit cogitet longe abſurdius cō
ſtitui huic magnæ inæqualitati non eſſe aliquando cō
ſultum, ut inquit iuriſconſultus in. l. ita uulneratus. ff.
ad legem aquiliam, nec mouere quemquam ualde de



bet quod doctores paſſim ſponſiones conditionibus
inæqualibus proponant, & ualidas eſſe tacite ſentiant
6 ✝ Quoniam doctoribus aliquid curſim dicentibus, &
iuris articulos non diſputando non eſt admodum ha
benda fides, ut inquit Iaſ. in conſi. clj. col. iij. uol. iiij.
& Alci. ac Add. ad eum in tract. de præſump. in tertia
par. reg. j. uerſicu. quinquageſimoprimo, & ex his quæ
habentur per docto. in citatis locis occurrent tibi re-
ſponſa ad ea quæ in oppoſitum adduxi, nec conſue
tudo prædicta obſtat poteſt enim negari extare cōſue
7 tudinem, ✝ accedit quod mala conſuetudo num con
ſuetudinis perdit, & dicitur uſurpatio. c. conſuetudinē
xj. diſtin. & conſuetudo rationabilis eſſe debet, ubi. n.
eſt contra rationem, & contra æquitatem naturalem-
que rationem non eſt admittenda. c. fin. extra de con-
ſue. cum his quæ habentur per Roch. de cur. latiſſime
maxime ſub nume. 241. & in propoſito art. quis eſt qui
neget in enormiſſima læſione cōſiderata ut ſupra ma-
ximam æquitatem ineſſe reſponderi etiam poteſt his
quæ ſcripſit Bal. in. d. l. fi. C. com. de leg. autoritate alia
eiuſdem Bal. & (ut aiūt) una manus nobis uulnus opē-
que feret, inquit enim idem Bal. in. l. maioribus. C. co
8 mu. ut. iud. ✝ ſi fratres diuidunt ad breuia, & ſortis in-
fœlicitate emergit intolerabilis deceptio diuiſio in me
lius eſt reformanda, ut in. l. prædicta & l. ij. C. quādo,
& quibus quarta pars debe, ſubdit uerum eſſe niſi di-
uiſio huiuſmodi eſſet facta per iudicem & in rem iu-
dicatam tranſiuiſſet, debuit enim appellare qui læde-
batur, alias ſententia reformari non poteſt ut ſupra ſi
ſæpius in integ. reſt. pet. l. j. in illis uerbis appellare de
buiſtis ſi uobis ſententia diſplicebat, ſed quoniam ut
inquit Iaſ. in citata. l. ſi quis cum aliter col. antep. uer.
quarto tenendo &c. huiuſmodi dubium euentū pro-
bare eſt per difficile, uide modum articulandi, & pro
bandi traditum per Bar. in. l. ſi quis cū aliter, & in. l. ij.
ſupra citatis, & clarius & melius per Abba. in conſilio
lxiiij. uenio ad primum nu. iij. in. j. par. & quoniā cer-
9 ta regula, ✝ ut uides tradi nō poteſt hæc omnia in ſpō

Universidad de Deusto Biblioteca



ſione quæ ad articulum propoſitum attinent diligen-
ter & inſpicienda, & in cauſæ cognitione eſſe exiſtimo
ſponſionem, & propoſitam in ea conditionem ſeu du
bium euentum ſpectandam, uulgi opinionem com-
munem, ac coniecturas incerti euentus, & quod ueriſi
mile eſt, ac conſuetudinem inueſtigandum, ſtatũ per-
ſonarum ac quare ad ſponſionem uenerint ac læſionẽ
inſpiciendum ut ſupra iuxta ea quæ eleganter in ſimi
li notauit Abb. in citato cõſi. & Acc. in citata. l. ſi iactũ
& his perſpectis, & arbitrio ſubtilis, & docti iudicis per
ſcrutandis data ænormi læſione prout in tranſactiõe
dictinguendo dixi puto conſulendum eſſe. ſane & il-
lud uidetur concedendum quod ſi ſponſio ſeu id qđ
10 ✝ in ſpõſione deductum eſt communi opinione erat
in dubitabile etiam ſi aliter poſſet contingere, data e-
normi læſione quærelanti conſulatur idque arg. glo.
ſatis notandæ in. l. ſi ea lege. C. de uſu.

1 *Sciens conditionem que, in ſponſione deducitur ſi aliquem ad*
*ſpõſionem dolo malo traxit quomodo conſulatur circumuen.*
2 *Mercator ſciens biduo aut triduo proclamationem fieri quo fru*
*mentum uilius uendi præcipietur ſi ob id tacens frumentum*
*uendidit ad id, quod intereſt, emptor contra eum poteſt agere*
3 *Dolus ſi dat cauſam contractui decepto conſulitur etiam ſi de-*
*ceptio ſit intra dimidiam.*
4 *Crimen ſtelionatus obici poteſt his qui ſcientes conditionem*
*in ſponſionem deductam dolo malo ad ſponſionem aliquem*
*inducunt.*

1 ✝ ITEM quero Vincentius ſciens Lucretiam iam
fœminam peperiſſe diſſimulato partu, Sempronium
huius rei penitus ignarum ſuper partu naſcituro ex di
cta Lucretia ſponſione prouocauit, & in æquali condi
tione forſan, ut ipſum alliceret, fœminam parituram
dixit, facta eſt ſponſio, uicit Vincẽtius, qui in certa erat
uictoria, & certior factus ſponſionem fecit, Semproni-
us preſenſit, & dicit ſe per machinationem obligatum.
Reſpondi in hoc ipſo Sempronius circumſcriptus eſt,



ut ſponſionem faceret, & propterea ex quo ſtipulatio
interuenerat iuris ſubtilitate obſtrictum, doli tamẽ ex-
ceptione uti poſſe, ut in. l. ſiquis cum aliter. ff. de uerb.
obli. & in. l. dolo. C. de inuti. ſtipu. & hoc ne ullis mali-
2 tia ſua ſit lucroſa, ut ait Iuriſcõ. in. l. j. ff. de dolo. ✝ Pu
toque ubi ſciens quis dolo aliquem ad ſponſionẽ tra-
xerit, etiam pro eo, quòd intereſt, teneri. Idque argu.
eius, quòd ſcripſit Bart. in. l. quæro. ff. de actio. emp. ait
enim, Præſes quidam prouinciæ, in ulteriorem fami-
liaritatem mercatorem magnum admiſerat. Is præſen-
ſit ab eo decretum iam factũ, quòd biduo, aut triduo
præſcribetur, & publicabitur, eoque præcipietur uilius
frumentum uenditum iri, Vendidit igitur ſtatim mer-
cator frumentum, nec emptorem certiorem fecit de or
dine dato, & modo, ſeu decreto iamiam publicato,
putat Bar. poſt Guig. ad id, quòd intereſt, contra merca
torem agi poſſe, cuius ſententiam alios referendo pro-
bat Ludo. Ro. ſingu. cclxxxij. Num quid ſi ſum, addo
Bar. in. l. contra legem. ff. de leg. & Pau. in. l. fin. in ſi. ff.
de actio. emp. hic enim legi fraudem fecit. l. fraus. ff. de
leg. ſi enim decretum emptor ſciuiſſet, utique ueriſimi-
le eſt frumentum, quod uilius breui erat uendendum
carius non emiſſet, addo ad. q. Deci. in cõſi. cxv. & que
recentiores interpretes ſcribunt in. l. ſtatu liber. ff. de
3 quæſtio. nu. 17. ✝ Nec in præmiſſis quærendum uide-
tur, an deceptio ſit ultra dimidiã iuſti pretii, cum ubi
dolus contractui cauſam dat, etiam ſi intra dimidiam
ſit deceptio, & conſulendum, & ſuccurrendum ſit dece
pto, ut notabiliter ſcribit Abb. in. c. in ciuitate. num. 6.
de uſu. poſt Io. cal. in. c. nauiganti. eod. ti. Ego amplius
arbitror in propoſita. q. Vincentio crimen ſtellionatus
obiici poſſe, quod obiicitur iis, qui dolo quid fecerint.
4 l. iii. ff. de crim. ſtel. ✝ Vidique in quendam, qui diſſimu
lato partu mulieris, quæ iam pepererat ad ſponſiones
complures dolo malo induxerat, ſeuerius animaduer-
ti, et uide. d. l. iij. circa ſi. ff. de crim. ſtel. & quod dictum
eſt in propoſita ſponſione, idẽ in aliis ſimilibus dicito.

Universidad de Deusto Biblioteca



1 *Sponſio ſi eſt facta inter duos. ut puta in currendo, ſi alter recuſat agi poteſt aduerſus recuſantem.*

2 ✝ ITEM quæro, facta eſt sponſio inter te, & me, finge in luctando, currendo, ſaliendo, uel haſtam iaciendo, aut ſimili alio modo: recuſas ad certamẽ uenire; an agere poſſim tanquam uicerim? Respondi utique poſſe, ut dicit Accurſi. in. l. ſi rem. in. §. fi. ff. de præ. uer. ubi Bar. idem probat, & ſubdit ſi aduerſarius in certamen ueniret, licet facere quicquid poteſt, ut uincat, et alius ſuccumbat, ut in. l. in executione. in. §. fi. & ibi notatur. ff. de uerbo. obliga. & refert, & probat Pau. parm. conſi. xxxi. omiſſa. &c. num. 6. uol. j. Idque ſcire ualde expedit in partibus illis ubi ſingulare certamen admittitur, & commendat ad quæſtiones duelli dirimendas, habes de hoc in pluribus tract. de duello. ad quos confugias. Sed quo ad. q. propoſitam uide etiam Bart. in. l. ſi oleũ. ff. de dolo. Ex cuius uerbis. q. deciſam habes, & meo iudicio poſſet induci tex. in. l. ſi iactum rhetis. ff. de actio. emp. ubi ſi iactum rhetis emero, et iactare rhete piſcator noluit, incertum huius æſtimandum eſt. Addo Pau. de ca. in. l. illud. in. §. ſi cuius. nu. 3. ff. de trib. ubi poſt guig. inquit si actum eſt inter titium, & meuium. ut qui alium curſu præterierit lucretur decẽ, ſeu uter curſu currendo ſuperatus fuerit ſoluat decẽ, ſi meuius recuſaret currere ad decem tenetur, ex quo enim per illum ſtat, pro impleta habetur conditio, idque arg. illius. §. facit tex. in. l. in iure ciuili. ff. de cond. & demo. & Reg. in iure ciuili. ff. de reg. iu. ubi dec. ſub nu. vi. idem probat. & adde Iaſ. in dicta. l. ſi rem.

1 *Dolo facere non uidetur qui fraudem excludit.*
2 *Captatio uerborum, quod admittatur in ſpõſionibus ſecundum Alciatum quem improbat ex pluribus.*
3 *Captiones æquitati, & bonæ fidei contrariæ ſunt, & captioſos modos lex improbat.*

Illud



1 ✝ ILLVD poſtremo quòd Alciatus ſcribit in tracta. de præſump. in. iij. reg. uerſi. xxvij. nume. iij. referendum eſt ait. n. dolo facere non uidetur qui fraudem excludit. l. cum pater in. §. titio in fi. ff. de leg. ij. fraudem enim fraude repellere cõceſſum eſt, is enim dolus bonus & ſolertia, non malus dicitur. l. j. in. §. non fuit. ff. de dolo, & hoc facere ſubdit ad iſtas ſponſiones quæ fiunt ✝ quotidie ludendo in quibus ex natura actus uidetur licita eſſe captatio uerborum, & ſunt ſtricti iuris. l. ſi rem in. §. fi. ff. de præſc. uerb. hæc ille, cuius ſententiam intelligendam ſentio in uerbis captare licere in huiuſmodi ſponſionibus dummodo dolus cauſam ſponſioni non det, & ſecundum ea quæ proxime ſcripſimus in uer. quæro igitur facta eſt ſponſio &c. & uerſic. item quæro Vincentius ſciens &c. Addo quòd Alc. ſententia etiam, ut ſupra intellecta adhuc dubitabilis redditur præcipue inter mercatores, tum ex his quæ habentur per Bar. in. l. ſi fideiuſſor in §. quædam & in. l. quintus. ff. mand. & his quæ in ultima parte dicemus principalis tractatus, tum etiã quia bona fides in his qui plurimum negociantur ualde requiritur ſecundum Bal. in. c. ſi pro debilitate de offic. deleg. quem bene cenſuiſſe ſcripſit Iaſ. in. l. iuriſgentiũ in. §. ſed cum nullo numero. xj. ff. de pact. &c. facit. l. bonafides. ff. dep.
3 ✝ huiuſmodi autem captiones æquitati, & bonefidei contrariæ uidentur, cum nil ſit tã cõtrarium bonefidei quam fraus, accedit quòd captioſos modos lex improbat. §. ſed quia inſti. de fidei. hæred. & facit ad rem. l. cum aquiliana. ff. de tranſact. & quod belliſſime iuriſcon. ait in. l. pe. ad exhibendam in illis uerbis non oportere ius ciuile calumniari, & uerba eius captare, & quoniam quotidianum, & frequens eſt ut contrahentes ſe in uerbis captare in ſponſionibus quærant, quæ ſcripſimus diligenter notato.

1 *Qua actione ex ſponſione agendum ſit diſputat, & decidit.*
2 *Locus Ciceronis in Oratione pro Pub. Quintio in principio, ac fine declaratur ſcilicet an ſponſio ſit actionis nomen.*

Q

Universidad de Deusto
Biblioteca



3 *Veteres iuris conſulti aliquando errarunt, & imperatores ab imperatoribus nonnunquam corriguntur.*

RELIQVVM eſt declarare qua actione ex
1 ſponſione agendum ſit, ✝ dicet aliquis actione ex ſpõ-
ſo agendum eſſe, indicat Ciceronis locus in oratione
pro P. Quintio quam orationem habuit apud Caium
aquilium nobilem iuriſconſultum, & ſponſionis iudi-
cem ſponſionem inquit Quintius facere maluit, fecit
2 te ✝ iudicem Cai Aquili, ſumpſit, ex ſpõſo egit in hoc
ſumma iudicij cauſaque conſiſtit, & ita Budeus ſenſit
in annotationibus in pandectas pagi. xxxiij. breuiter
tamen dicendum puto diſtinguendumque eſſe inter
ſponſionum genera, ut in ſecunda parte huius tracta-
tus diximus, in primo enim ſponſionis genere ſi pigno
ra fuerunt depoſita penes tertium partibus præſenti-
bus, directa præſcriptis uerbis contra tertium actio cõ
petit, irritum enim uidetur pactum cum ſequeſtro, ut
reſtituatur mihi pignus ſi uicero, ſi uero partibus ab-
ſentibus pignora ſunt depoſita, utilis actio præſcriptis
uerbis, locum habet, depoſitum enim fuit pignus per
dominum ea lege ut ſi uincerem mihi daretur argu. l.
ſi cum uenderet. ff. de pigno. ac. iunc. l. publia. ff. depo
ſi. prædicta eleganter ſcripſit Pau. de caſt. in cita. l. ſi rẽ
in. §. ſiquis ſponſionis. ff. de præſcrip. uerb. ſubdens ad
pignus per me depoſitum actione præſcriptis uerbis
agere me etiam poſſe, tradidi enim ut mihi reſtitueret
ſequeſter ſi uincerem, unde innominatus contractus
eſt quod & idem Pau. in princ. d. l. ſi rẽ & in. l. ſi apud
eo. tit. probauit.

In ſecundo uero genere clariſſimi iuris eſt ex ſtipu
latione duas proficiſci actiones tam conditionem certi
ſi certa eſt ſtipulatio quam ex ſtipulatu ſi incerta,
ut dicit impera. inſti. de uerbo. obligat. in principio, &
ibidem uide glo. & doc.

In tertio uero ſponſionum genere, & ubi pacto nu
do fit ſponſio dic ut in. l. cum nota. C. de tranſact. & l.
naturalis. §. i. ff. de præſcri. uerb. & ut late ſupra dixi-



mus in ea parte in qua quot ſint ſponſionum genera
diſſeruimus uerſic. ſed belliſſime quæri poteſt &c. &
quæ ad hunc locum attinent, illinc aſſumes, tantum
enim addo Iaſ. in rub. ff. de præſcr. uerb. nec quẽquã
Ciceronis locus moueat intelligo enim ex ſpõſo egit
hoc eſt actione, quæ ex ſponſione proficiſcitur, ſimi-
lis eſt expoſitio Accurſij in. l. certi conditio. ff. ſi certũ
pet. & ſolent iuris interpretes plerunque dicere actio-
nis nomen non eſſe. ut in actione oneris aduerſi in. l.
in naui ſauphelli. ff. loc. de quo tamen Pauli commẽ-
tarios ibidem uide, & quæ ſupra diximus in quæſtioni
bus, uerſi. item quærit Paulus de caſt. & hanc interpre
tationem ad Ciceronis locum probare poteris ex his
quæ etiam notantur inſti. de actio. in. §. item ſiquis in
fraudem. & pro hac ſententia ac interpretatione locus
ſeruii Sulpitij eſt, relatus a Gellio noc. act. lib. iiij. cap.
iiij. illic enim ita ſcriptum eſt. Sponſalia in ea parte Ita
liæ quæ latium appellatur, hoc more atque iure ſolita
fieri ſcripſit Seruius Sulpitius in libro quem ſcripſit de
Dotibus qui uxorem inquit ducturus erat, ab eo un-
de ducenda erat ſtipulabatur eam in matrimoniũ du
ctum iri, qui daturus erat itidem ſpondebat, is contra
ctus ſtipulationum promiſſionumque dicebatur Spõ-
ſalia, tum quæ promiſſa erat ſponſa appellabat qui ſpo
ponderat ducturum ſponſor, ſed ſi poſt eas ſtipula-
tiones uxor non dabatur, qui ſtipulabatur ex ſponſa
agebat, iudices cognoſcebant, & reliqua. Hic ergo lo-
cus clare demonſtrat ſponſionem nomen actionis nõ
eſſe moris enim fuit ueteribus, ut iuriſconſultus ait in
l. ij. ff. de ſponſ. ſtipulari, & ſpondere ſibi futuras uxo-
res unde ex ſtipulatione agebatur ſi interuenerat. ſed
& ſine ſtipulatione nudo conſenſu ſponſalia poſſunt
contrahi, ut in. l. iiij. in. l. ſponſalia, & l. fi. eod. tit. ſpon
ſio enim eſt omnis ſtipulatio promiſſioque. Et ex his
etiam liquet Acc. forſan erraſſe qui in. l. ij. ff de ſpõſ.
inquit ex hac ſtipulatione non reperio agi. Non enim
ſeruij Sulpitij relatum locum a Gellio legerat, ſed cã-
dide lector quia ſeruij Sulpiti liber non extat, & illo ae

Universidad de Deusto Biblioteca

aliis ueterum iuriconſultorum, maximaq́; legum ex Romani candoris iactura, caremus, in articulo per lege, quæ Bal. ibidem ac Bar. & plerique alii in. l. titia. ff. de uerb. obl. ſcripſere, nos ut ad rem redeamus Ciceronis locum exponendum, ut ſupra putamus, ex ſponſo egit hoc eſt ex sponſione, & promiſsione. Et illud in eodem loco placet adnotaſſe, uel reſtituendum Ciceronis locum eſſe, ut non ex ſponſo, ſed ſponſu legẽdum ſit. ſponſus enim ſponſus ſponſui quartæ declinationis pro sponſione, & promiſsione ueteres utebãtur, ut patet ex Seruii Sulpitii loco, uel dicas declinandum eſſe illud nomen apud Ciceronem ſponſus ſpõſa ſponsum.

Hæc de ſponſionibus attigiſſe ſufficiat, in quibus ſi
quid boni excogitauimus, quod ad dirimendas lites,
3 publicamque utilitatem ꝑtineat, & publice expe-
diat id omne Deo opt. max. referendum. Sed ſi diſertiſsimus lector in aliquo nos erraſſe perſpiciet benigne corrigat, & boni quæſo conſulat lucubratiões noſtras & cogitet etiam ueteres iuriscon. nonnunquam erraſſe, & Imperatores ab imperatoribus aliquando correptos fuiſſe. Vale.

FINIS TRAC. DE SPONS.

# CLARISS. IVRIS.

## CONSVLTI BENVENVTI STRACCHAE ANCONITANI DE NAVTIS, NAVIBVS, ET NAVIGATIONE,

## TRACTATVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BENVENVTVS STRACCA REVEREN DO AC ILLVSTRI ROBERTO NOBILI. S. P. D.

MINIME (ita me Dij amēt) miror, ſi omnes literati uiri quibus familiariter uteris, uirtutes narrant tuas, ad cœlum te ferunt, et maximam expectationem de te conceperūt periculum enim in latinis græciſque literis & muſicis fecerunt, quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem, & merito te ſolertē dederunt, & qua'e ingeniū habeas omnibus eſt indicio oratio tua, et cum ego met mecum iſthæc cogito, tanquam ex alta ſpecula optatam ab Illuſtri parente tuo Cardinalatus dignitatem te citius aſſecuturum uideo, et chriſtianæ Reſp. cum per ætatem licebit, maximo adiumento futurum, et ſi, ut debes et in animo eſt, ad leges noſtras citius te retuleris, iuriſconſulti Neruā filium facile ſuperaturum, qui annis decem et ſeptem natus publice de iure reſpondit. Habes nanque præceptores optimos doctiſſimoſque uiros et famæ haud obſcuræ Nicandrum Toletanū Didacum luſitanum, et Dionyſium, habes ætatem oportuniſſimam, etenim in græcarum latinarumque literarum ſtudio tantum profeciſti quantum ea ætate nemo unquam alius habes parentem tui cupidum atque amantiſſimum, et qui te ſemper ad bona ſtudia hortatur et monet, ut hoc unum timendum ſit ne tibi ipſi deſis, quòd ſi tibi non defueris dubitādum non eſt quin opinioni hominum atq; expectationi, quam omnes de te conceperunt reſpondeas, et ea quæ prædixit Benuenutus facile ſuccedant et noſti auribus dare nō ſolere, qui tibi tractatus quos edidit de Nautis Nauibus, et Nauigatione dedicat, quos amiciſſimorum mercatorum iuſſu citius quam decreuerat foras dare coactus eſt, ſperatq; aliquando a te lucubrationem ſuam probatum iri, cum materia noua ſit et quottidiana, et a maleuolis defenſum iri, Munuſculumque ſuum et ſi paupertate uileſcat ſua, gratum tamen futurum, tum propter comitatem tuam tū quia a cliente Benuenuto proficiſcitur qui te uita propria chariorem habet. Vale.



# CLARISS. IVRIS. CONSVLTI BENVENVTI STRACCHAE ANCONITANI DE NAVTIS, NAVIBVS, ET NAVIGATIONE TRACTATVS.

1 Mercatura in nauigatione ualde uerſatur.
2 Tractatus de nautis diuiſio in ſex partes.
3 Nautæ uerbum generale eſt, & omnes continentur, qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt.
4 Archigubernius claſsis præfectus dicitur.
5 Magiſter nauis eſt cui totius nauis anchora mandata eſt, & generaliter qui dicantur magiſtri ibidem dicitur.
6 Nauarchus princeps nauis dicitur.
7 Nomina græca ætimologiam latinam non recipiunt.
8 Nauarchi iure militari teſtari poſſunt.
9 Trirarchus præfectus trieris hoc eſt triremis dicitur.
10 Proreta dicitur qui proræ inſiſtit, ſeu proræ præfectus eſt.
11 Nauicularij qui ſint.
12 Dietarij ſunt qui in nauibus cuſtodiæ gratia proponuntur.
13 Lintrarij qui ſint, & lintres.
14 Meſonauta uilis mancipij nomen.
15 Remiges hi ſunt qui remos agunt.
16 Exercitor quis ſit.
17 Nauigantium tria ſunt genera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# DEI OPT. MAX.

## IMPLORATO AVXILIO.

## DE NAVTIS, NAVIBVS, ET NAVIGATIONE.

1 NECESSARIVM hunc titulum
ad tractatum noſtrum nemo eſt, qui
neſciat. ✝ Quippe cum mercaturam
in ipſa nauigatione ualde uerſari uide
amus. Vnde Horatius opinor.

*Iactantem icarijs fluctibus affricum*
*Mercator metuens ocium, & oppidi*
*Laudat rura ſui, Mox reficit rates*
*Quaſſas, indocilis pauperiem pati.* Et alibi.
*Impiger extremos currit mercator ad Indos*
*Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.*

Videamus igitur prius de ipſis nautis, quorum ope-
ra nauigationes fit, & ſine ipſis naues inutiles eſſent.
Cum nauim agere ignarus nauis timeat, ut admonet
Imper. inſt. de iu.na. §. fi. et Iuriſcõ. in. l. ij. ff. de ſta. ho.
idque etiam dignitas hominum ſuadet. l. iuſtiſsime. ff.
de ædil. ædic. Et hoc ordine eundum eſt.

2 ✝ Vt primum uideamus de ſignificatione uocabuli,
uariiſque nautarum nominibus, ac nauigantium gene
ribus.

Deinde num hi locatores, uel conductores dicãtur,
culpam tantum, uel etiam caſum præſtare debeant.

Poſtea quibus ex cauſis culpa nautæ naufragium fa
ctum merces amiſſæ, ſeu deteriores redditæ a iure præ
ſumantur.

Tum quomodo deducenda, probãdaque ſit culpa.

Poſt hæc quæſtiones quaſdam ſubiiciamus.

Nouiſsime, quibus actionibus agendum ſit, breui-
ter diſſeramus.



3 ✝ Inſcripſimus de nautis, quod uerbum, ut genera-
le elegimus. nam, ut Iuriſcon. inquit, in. l. j. §. qui ſunt
igitur. ff. nau. cau ſtab. nautæ appellantur omnes, qui
nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt. Idem Iuriſcon.
ait in. l. uni. ff. furti aduer. nau. Omnium autem, qui
in naui uerſantur officia, & uocabula percenſere non
eſt noſtrum, nõnulla autem enumerare, de quibus in
iure noſtro fit mentio, non ab re erit. Habes in. l. Seius
4 Saturninus. ff. ad trebel. de archigubernio, ✝ & dicitur
archigubernius gubernatorũ princeps, uel claſsis præ-
fectus, legitur de magiſtro nauis in. l. j. in. §. magiſtrũ.
5 ff. de exer. ubi Iuriſcon. inquit, ✝ Magiſter nauis eſt, cui
totius nauis anchora mandata eſt, & uide quid de ma-
giſtris nauium Imperator dixerit in. l. quoties. C. de
nauf. lib. xj. Et generaliter cui præcipua cura rerum in-
cumbit, & qui magis, quàm cæteri diligentiam, & ſolli-
citudinem rebus, quibus præſunt, debent, hi magiſtri
appellantur, ut inquit Iuriſcon. in. l. cui præcipua. ff. de
6 uerbo. ſignific. ✝ Legitur etiam de nouarcho in. l. cum
nauarchorum. C. de nauic. lib. xj. & id ſignificat quod
princeps nauis. Nec recipio, quòd Luc. pen. ibidem ſcri
pſit legendum eſſe nauargorum, ſecundum Pap. ab Ar
go primo nauium ductore, & ſunt nauargi nauium ma
giſtri, cum nauarchi uocabulum a græco ſermone de-
7 ducatur, ✝ & abſurdum uidetur græca nomina æthi-
mologiam latinam recipere, ut eleganter inquit Gelli.
8 Noctium Atti. lib. vj. c. xij. ✝ & nauarchos iure milita-
ri teſtari poſſe non eſſe dubitandum, inquit Iuriſcon.
in. l. uni. ff. de bono. poſ. ex teſta. mi. ubi fit etiam men
9 tio de trierarchis, ✝ eſt enim trierarchus præfectus trie-
ris, hoc eſt, triremis, de quo uocabulo meminit Cicero
in Ver. Act. iij. Meminit de gubernatore, ac proreta Iu
10 riſcon. in. l. cotem ferro. in. §. dominus ff. de pub. ✝ Eſt
autem proreta, qui proræ inſiſtit, ſeu proræ præfectus
eſt, πρωράτην græce, ſeu πρωρεὺς dicitur. De nauiculariis
& naucherius crebra fit mentio in tit. de nauicu. C. lib.
xj. & aliis ſexcentis locis, de quibus uide Bud. in. l. j. ff.
11 nau. cau. ſtab. ✝ Inquit enim nauicularii nauium ſunt

domini, qui grece nauclerii dicuntur meritorias naues
habentes, quos patronos appellamus. Tu uero dic, ut
in tit. citato, & in. l. iij. in. §. negociatores, cum ſeq. ff. de
iure immu. & adde, quæ diximus in. j. parte huius tra
cta. in nu. 62. & quæ ſtatim dicemus. Meminit etiam Iu
12 riſcon. in ea. l. j. §. qui ſunt igitur. de dietariis. ✝ & ſunt
quidam in nauibus, qui cuſtodiæ gratia præponuntur
nauibus, ſunt & qui dictureos uocāt, & qui exponunt
dietareos miniſtros in dieta deſeruientes. Nec me præ
13 terit Alcia. dictureos legere, quaſi cuſtodes dietę. ✝ Ex
eodem loco habes lintrarios, & ſunt lintrium exercito-
res, lintres autē ſunt fluuiatiles naues, quæ remis age-
bantur. Ibidem de remige, & meſonauta fit mentio.
14 ✝ Eſt enim meſonauta uilis mancipii nomen, ut media
ſtinus domi, qui uiliſsima quæque miniſteria obit, ut
Bud. eod. loco interpretatur. de quo uerbo uide. l. fin.
eod. ti. & quòd Alcia. ſcribit lib. iij. di. pu. c. xxj. ac etiā
in parerg. cap. xliij. lib. j. & omnino uide Nic. Boe. de-
15 ci. lvj. col. j. & ſimiliter, &c. ✝ Remiges autem illos eſſe
qui remos agunt, & remigandi miniſterio mancipatā
16 ſunt, nemo dubitat. ✝ Exercitorem etiam eum eſſe ad
quem obuentiones, & redditus omnes perueniūt, ſiue
is dominus nauis ſit, ſiue a domino nauim per auerſio
nem conduxit, uel ad tempus, uel in perpetuum Iuriſ
con. inquit in. l. j. in. §. exercitorem. ff. de exerc. Aliorū
qui in naui ſunt nomina, & officia, habes ex relato Bu
dei loco ſupra proxime. Et ex his, qui de nauibus ſcri-
pſere, nos miſſa iſthæc uocabula faciemus, & quæ uti-
liora ſunt, attingemus. Ange. in conſi. ccxc. thema tale
17 eſt, &c. non ineleganter ait, ✝ Nauigantium tria eſſe ge
nera. Primum eorum, qui piraticam prauitatem exer-
cent, peſsimum quidem genus hominum, ut in aut.
nauigia. C. de fur. & in. l. poſtliminium. §. a piratis. ff. de
capt. de quibus quædam infra ſubiiciemus. Secundum
genus nauigantium eſt, ex neceſſaria cauſa nauicula-
riorum, ſcilicet, qui annonæ Vrbis ſeruiunt, & delega-
tas ſpecies annonarias transferunt. Hi enim immuni-
tatem a muneribus publicis cōſequuntur, nec concuſ-



ſiones perpeti debent, nec aliquod genus incōmodi,
ſed uenientes, ac remeantes omni ſecuritate potiūtur,
ut in. l. j. & toto tit. C. de nauicula. lib. xj. & l. iij. §. ne-
gociatores. ff. de iure immu. Tertium nauigantium ge
nus eſt, eorum, qui mercaturæ, merciumque, ſeu rerū
aduehendarum cauſa nauigant, de quibus prætermiſ-
ſis primis duobus generibus uerba facturi ſumus.

# SECVNDA PARS.

1 *Nautæ qui merces uehendas accipiunt, et ex hoc mercedē locato*
*res dicuntur.*
2 *Mercatores qui pecunias uehendarum mercium cauſa dant con*
*ductores appellantur.*
3 *Locatores ex dolo & culpa tenentur.*
4 *Nauta qui certa mercede operas domino nauis locauit in ducen*
*da naui de leuiſsima culpa tenetur.*
5 *Locatores de caſu non tenentur niſi aliud actum ſit.*
6 *Magiſtris nauium, & nautis caſum probare ſat eſt, & qui eo-*
*rum culpa caſum eueniſſe aſſerit probare debet.*
7 *In examine peragendo naufragij partem citari non eſt neceſſe.*

1 n VNC ſciendum eſt, ✝ nautas, qui
merces uehendas accipiūt, et ex hoc
mercedem locatores dici, uel quia
operas ad exportandas merces locāt,
2 uel quia nauium uſum præſtāt. ✝ Mer
catores uero, qui pecunias uehenda-
rum mercium cauſa dant, conducto-
res appellari, ut latius dicemus infra, cum de nauibus
uerba faciemus in uer. poſtquam de nauibus. nume. 1.
& ſequen.
3 ✝ Deinde notandum eſt, locatores ex dolo, & culpa
teneri. l. ſi ut certo. §. nunc uidendum. uer. ſed ubi. ff.
commo. l. in iudicio. ubi glo. C. loca. §. qui pro uſu. ubi
ſimiliter Accur. inſti. co. et in reg. contractus. ubi etiam
Deci. ſub nu. 23. de reg. iur. facit. l. nauta. ff. nau. caupo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtab. quod tamen diximus quoad exercitorem , et nau
tam admittendum puto, ut mercatoribus, iiſdemque
conductoribus de dolo lata , et leui culpa teneantur.
4 ✝ At magiſtrum nauis, & ipſum nautam, qui certa mer
cede conſtituta operas domino nauis locauit nauigan-
di gratia , ſubdubitans tento dicere in ducenda naui,
etiam leuiſſimam culpam, quam uocant, præſtare de-
bere. Mouet me. l. ſi merces in. §. qui columnam. ff. lo.
in illis uerbis. Idemque etiam ad cæteras res transfer-
ri poteſt. Item tex. in citato. §. qui pro uſu. ubi Accur.
Chriſtoph. et Silueſter notarũt, et ſcripſit Deci. ubi ſu-
pra. Quibus addes, quod ex facto conſultus reſpondit
Pau. ca. in conſ. cccclxxj. uiſo ſuprascripto, &c. in. j. par
te. qui tamen articulum non diſſeruit.
5 ✝ Ruſus illud adiiciendum eſt , locatores de caſu
non teneri, niſi aliud actum ſit. l. opus quod in auerſio-
ne. ubi Bar. & l. item quæritur. §. ſi nauicularius. et. §.
ſi magiſter. uer. labeo ſi culpa caret non teneri, et in. l.
marcus. et. l. ex locato. §. uis maior. ff. loca. faciũt, quæ
ſcripſit Bar. in. l. ſi uno. in. §. item cum quidam. ff. eod.
titu. et in. l. ſed et ſiquis. in. §. quæſitum ff. ſiquis cau. et
ex facto conſultus etiam reſpõdit, ut ſupra Pau. de ca.
conſi. cccclxxj. uiſo ſuprascripto. in. j. parte. Et genera
liter caſus fortuiti nemini imputantur. l. quæ fortuitis.
C. de pigno. actio. et in. c. fin. extra de homi. Et uis uen
torum, & aquarum magnitudines inter caſus fortuitos
6 annumerantur. l. cõtractus. ff. de reg. iur. ✝ Etpropter
ea ſciendum eſt, magiſtris nauium, et nautis locatori-
bus caſum probare ſat eſſe. Qui enim nautarum culpa
caſum eueniſſe aſſerit, illam probare debet. Nã, ut ele-
ganter Sal. ſcripſit in. l. ſi creditor. C. de pignor. actio.
quædam ſunt, quæ facile, et frequenter eueniunt ſine
culpa poſſeſsionis, ut uis hoſtium , impetus aquarum,
uis uentorum, et tempeſtates, et in his ſufficit probare
caſum. Qui uero dicit culpa eius factum probare de-
bet, et ita intelligit glo. ibidem . Quædam uero ſunt,
quæ ſine culpa præſumpta facile non eueniunt, ut fur
tum. l. cum duobus. in. §. damna. ff. pro ſocio. Item in-



cẽdium, et in his, quia caſus habet culpam annexam,
et commixtam , is qui caſum allegat , debet tale quid
probare, propter quod culpa excludatur. Hactenus il-
le. Quam diſtinctionẽ Bart. prius notauerat; in. l. ſiquis
ex argentariis. in. §. prætor. ff. de eden. et frequẽti doc.
ſententia eſt recepta, ut ſcribit Are. inſti. quib. mod. re.
con. ob. §. fi. et ſentit Cor. conſi. cccxviij. in. j. et. ij. col.
uol. iiij. pro uecturali. &c. et idẽ præceptor meus Goz.
teſtatur in cõſi. lxiij. quidam locauit. in prin. Sed quid
longe uagor? lege ſpeciatim cautum eſt nautis naufra
gium probare ſufficere. l. ſecunda. C. de nauf. libro. xj.
Cauetur enim ead. l. ſi nauicularius naufragium ſub-
ſtinuiſſe affirmet prouinciæ iudicem eius, uidelicet, in
qua res agitur adire feſtinet, ac probet apud eum teſti-
bus euentum infra annum, et reliqua . Nec te moueat
l. ſi. eo. tit. quoniam et glo. et Bar. uitio, et culpa nautæ
numerum frumẽti diſperſum, ſeu naufragium factum
in ead. l. fuiſſe recte quidem interpretantur.
Poſtremo prædictis adde, quod elegãter inquit Bar.
7 in ead. l. ij. C. de naufrag. ✝ In examine peragendo ca-
ſus, et naufragii partem citari , quæ in longinquis for-
ſan partibus commoratur, non eſſe neceſſarium, idquo
mirabile eſſe, ſubdens ſic poſſe intelligi. l. ſcire oportet.
in. §. ſufficit. ff. de excu. tut. in illis uerbis cuius fidem
ſufficit affirmare ex ipſa naturali iuſtitia. Et idem pro-
bat Io. de ana. in. c. excommunicationi. col. antepen.
extra de rapto. et Præpo. in. c. rhodiæ. ij. diſt. & placet
Marſi. in ſingul. ſuis ſingu. xxiiij. clarum eſt in iure, et
non improbat Deci. in conſi. lxxxij. uiſo proceſſu. &c.
col. j. et fi. quæ ſcire ualde expedit, ut nautis recte con
ſulere ualeamus.

Universidad de Deusto Biblioteca

# TERTIÆ PARS.

1 Culpæ annumeratur nautæ ſi nauiget uetito tempore, quod hodie ex conſuetudine non ſeruetur, et quod ſit tempus uetitũ.

2 Culpæ reus est nauta ſi aduerſo tempore nauiget.

3 Nauta in culpa est quis post conuentum tempus nauiget.

4 Nauta modum in nauigando ſeruare debet, et culpa uacat si agit, quod diligens faceret.

5 Nauta si cum proſperior ſtatus inuitat ſine cauſa in portu immoratur dimiſſa nauigatione damnum mercatoribus ſarcire tenetur.

6 Culpæ nautæ aſcribitur qui recta nauigatione contempta littora demũ ſectatur niſi iuſta de cauſa rectam nauigationem non ſeruaret, et cauſæ enumerantur.

7 Nauis cum uentis committitur, non quo uult nauta, ſed quo ſtatus impellit illuc eſt curſus.

8 Nauta qui propter illicitas exactiones publicanorum curſum nauigationis aliquantulum immutat, accuſatur.

9 Nauta ſoluit uectigal pro naui, pro mercibus mercium dominus

10 Nauta tenetur ex locato si merces ex una naui in aliam deteriorem tranſtulerit.

11 Nautæ imputatur culpæ qui integram nauim non præſtat unde tenetur si merces ex hoc deteriores reddantur.

12 Nautæ culpæ uertitur ſi plus iuſto nauim oneret.

13 Culpæ nautæ arguitur ſi minus idoneis hominibus commiſſa eſt nauis.

14 Naufragium factum in dubio cenſetur propter ſuppoſitũ onus.

15 Culpa non caret nauta ſi per loca notorie non tuta nauigare uoluerit.

16 Lex uult unum quemque ſapientem, & diligentem eſſe & ideo Natura homini, et rationẽ, et intellectum dedit ut ea utatur.

17 Culparum genera ueniunt ſecundum genera contractum.

18 Nauta notatur culpa ſi abſque cautela ignotos homines in naui aſſumpſerit, unde ſi mercium ſubreptio ſubſequatur tenetur dominis mercium.

19 Culpæ nautæ tribuẽdũ eſt qui cum per lacunas abſque periculo nauigare poteſt ſpreta tuta nauigatione mari proficiſcitur.



20 Nautæ qui uenetias uadunt, & per lacunas tuto ire poſſunt ſi mari proficiſcuntur non carent culpa.

21 Mare homini potenti, & crudeli comparatur.

22 Nau a mercatoribus tenetur ſi illicitas merces in naui immiſerit, & ex hoc omnes publicari contigerit.

23 Nautæ annumeratur culpæ ſi illicitis inſignibus in naui ſit uſus & propterea merces ablatæ ſeu amiſſe fuerint.

24 Statutũ Anconitanum prouidenter factum ne magiſtri nauium inſignibus aliarum ciuitatum in nauigijs erigant.

25 Nauta qui piraticam nauim a uadis liberauit si poſtea a pirata cum naui captus fuerit ex merces perdiderit tanquam cauſam damni dans tenetur.

26 In culpa eſt qui nõ prouidet, quod a prouidente fuiſſet prouiſũ

27 Perſonæ qualitas ſpectanda eſt.

28 Spectandum eſt, quod quis ſolitus et conſuetus facere exiſtit.

29 Piratæ militant instar catulorum in ſyluis, hoſteſque publici, et infames ſunt, et militiam exercere non poſſunt.

30 Piratæ hoſtibus fidei, et principis comparandi ſunt, poſſunt que impune depredari quia ſunt ipſo iuri diffidati.

31 Piratæ ſunt latrones maritimi, & ter in anno ore pontificis excommunicantur.

32 Nautæ uitio, ac culpæ uertitur si non impetu uentorum, aut tẽpeſtate coactus, ſed imperitia in uada ſeu ſcopulos incidit, & nauim frangit.

33 Quam quiſq; norit artem in illa ſe exerceat.

34 Nautis culpæ non uertitur si piſcatores noctæ lumine oſtenſo ipſos fefellerint ut credentes ſe in portum recipere quasi ſit ubi lumen cernitur in ſcopulos incidant.

35 Nauta in uitio eſt si non omnes miniſtros in naui neceſſarios adhibuerit qua de re ſequatur naufragium.

36 Anconitani ciues non debent ſinere piſcatores poliporum tempore extra diui Clementis ſcopulos luminibus piſcari, ne nauigantes decipiantur.

37 Magiſter nauis qui recuſans ordinarium uectigal ſoluere portum non petit, si naufragium facit tenetur.

38 Anconæ laudes.

39 Exarmare nauim est armamentis ſuis ſpoliare.

40 Verbum tumultuarijs de quo in. l. nauis aduerſa ff. ad. l. Rho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*de Iac exponitur.*

41 *Nauis ſi culpa nauæ exarmari contigerit nautæ nil præſtandum eſt, et ſi conuentum eſt nauim bene inſtructum eſſe, et propter mala armamenta nauis perierit nauta preſtare debet dannum mercium ammiſſarum.*

42 *Nauta in culpa eſt ſi non ligauerit malis funibus, uel ſi ligauerit bonis funibus minus eum diligenter.*

43 *Dictio ſed ſi aduerſatur in iure, et in facto.*

44 *Ferraculum qui ſignificet.*

45 *Interpretatio ad. §. item labeo in. l. quemadmodum. ff. ad legē aquiliam.*

47 *Interpretatio ad Paragraphum ſed ſi fune rupto in. l. quemadmodum. ff. ad legem aquil.*

46 *Res inanimata non delinquit, ſeu culpam admittit.*

48 *Nauta eſt in culpa ſi mures merces roderint ubi ſelem non retinet.*

49 *Nauta damnum mercatoribus præſtare debet quod euenit propter eius inimicitias.*

50 *Nauta ſi cum naui captus fuerit a pirata an præſtare damnum dominis mercium teneatur.*

51 *Nautæ an culpa tribuatur ſi pluuiali aqua merces madefactæ, ex hoc deteriores reddantur.*

52 *Nautæ eſt in culpa qui contra uoluntatem domini portui alicui ſe applicuerit.*



SEQVITVR iuxta propoſitum ordinem, ut uideamus quibus ex cauſis culpa nautæ naufragium factum, merces ammiſſa, ſeu deteriores redditæ a iure præſumantur. Et hæc materia noua eſt, & nuſquam relata, item & utiliſsima. Vides enim nauigationē neceſſariam, ut ait Iuriſcon. in. l. j. ff. de exer. uides neceſſarium eſſe mercatores nautarum fidem ſequi, & merces eorum cuſtodiæ committere. Vides etiam naufragia quotidie fieri, & plerunque nautarum imperitia ſeu culpa id euenire, & miſeros mercatores merces amittere, qui huiuſmodi malis hominibus (quorum temeritatem, audaciam, & ignorantiam nemo eſt qui neſciat) merces uehendas mari tradunt, atque cōmittunt, Mercatorum igitur commodis, atque utilitatibus conſulere cupiens uarios, & diuerſos caſus adnotaui quibus in nauigationib. nautæ merito notari poſsunt, & culpa eorum oſtenditur.

1 ✝ Primum igitur culpæ annumeratur nautæ ſi uetito tempore nauigauerit, idoneum autē tempus ad nauigandum eſt a Calend. Aprilis in diem Calend. Octobris. l. quoties. C. de nauf. lib. xj. glo. in. l. qui petitorio. in fi. ff. de rei uendic. idque illa ratione ſtatutum puto, quoniam, ut inquit Imperator in. l. ciuitas. C. de offic. recto. prouin. tempore hyemis, & prohibitis menſibus nauigatio ſæpe periculoſa eſt, & ſemper incerta, quam rationem ſenſit Luc. pen. in ea. l. quoties. ſub num. 25. Verum Bar. in ea. l. conſuetudini ſtandum eſſe aſſerit, & in tempore legem illam nō ſeruari, idque liquere in ciuitatibus maritimis, & idem inquit Veron. in trac. de ſerui. ruſtico. prædio. in rub. de naui. c. xxix. Ait enim VENETOS omni tempore nauigare, ego etiam Anconæ eandem. l. in tempore non ſeruari affirmo.

2 ✝ Culpæ reus etiam nauta dicitur ſi aduerſo tempore nauiget, & propterea ſi tempeſtatē merces, ſeu nauis perierit, illos teneri puto. l. utique. §. fi. ff. de rei uendi. & clarius in. l. qui petitorio. in. §. fi. co. tit. l. item quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



ritur in.§.ſi naucularius. ff.loca. glo. in.l. ult. C.de
nauſra.
3 ✝ Itē in culpa nauta eſt qui intra certum tempus na
uigare promiſit, & poſt tempus conuentum nauigat,
ex eo enim, quòd nauigatio ſecundum conuentionē
non eſt facta, traiectitiæ pecuniæ periculum ad nau-
tam ſpectat.l. qui Romæ in. §. calymacus. ff. de uer.
ob.ubi Bald.inquit, qui non nauigat debito tempore
nauigat ſuo periculo, et de quo ſatius dicemus cum
de nauigatione tractabimus.
4 ✝ Item ſciendū eſt modum in nauigādo nautam ſer-
uare debere, ut nec omni tempeſtate contempta iter
continuare cogatur, aut tam delicate nauiget, ut re-
prehenſione dignus appareat. Nec enim cunctandum.
immorandum ue, ſeu feſtinandum eſt, ſed nautam ma
turare oportet, &, quôd in ueteri prouerbio dicitur σπεῦ-
δε βραδέως. feſtina lēte nauiget igitur ſecūdū, quòd
plerique eiuſdem conditionis homines nauigarēt, ha-
bita ratione nauis, temporis, & locorum, & prout alii
periti facerent, hæc colliges ex eleganti. §. continuus
ſito in.l.cum ita.ff.de uer.ob.culpa nanque uacat nau
ta ſi id agit quod diligens faceret ut ſcripſit Bar. in.l.
quoties.C.de nauf.li.xj.quem refert, et probat uer. in
5 trac.de ſer.Rus.præd.in tit.de naui. c.xxix. ✝ unde
puto ſi cum proſperior flatus ad nauigandum inuitat
demiſſa nauigatione ſine cauſa nautæ in portu perma
nēt, ſi oneratæ merces pereant, uel deteriores reddan
tur, mercatoribus, et conductoribus ad ſarciendum da
mnum teneantur, ad quòd induco, quôd belliſſime
Imperator ait in.l.fi.C.de nauicu.ubi inquit ſi iudices
patiuntur tempore rectæ nauigationis naucleriosin
ſuo territorio cum onuſtis nauigiis immorari, & ipſi, &
municipes punientur, adde.l.2. §. ſi non propter uer.
ſi quis tamen.ff ſi quis cau.ubi iuriſcon. in hæc uerba
ſi quis cum poſſet non incidere in tempeſtatem, uel in
uim fluminis, ſi ante profectus eſſet, uel tempore op-
portuno nauigaſſet ipſe ſe arctauerit, cauſa cognita ſta-
tuendum erit, ut exceptio nō proſit. Nec enim permit-



tendum eſt et ſiquid ſit quod imputetur cauſari tempe
ſtatem, uel uim fluminis, & reliqua, uide etiam Bald.in
citato.§.calymachus.& in conſil.cccxcv.pro domino.
in fi.uol.ij, & Cor.peru.in conſi. cclxxiij. uolu. j.nu.
16.& ſeq.uiſis proceſſu, &c.qui tamen prædicta non at-
tigit, & comproba, quia rei periculum mora in morato
rem transfert.l.cum res.in.§.ſi ff.de lega.j. & propius
ad rem uide Accur.in.l.fi.in.§.ſi ea conditione.in uer.
dolo.ff ad leg.rho.de iac.Bar.in.l.ſi ut certo. in.§.ſed
interdum.ff.commo.Quę omnia contra magiſtros na
uium, ac nautas faciunt, qui meretricum illecebris, at-
que delinimentis in portu detinentur, ſeu, ut aliquan-
do uidi, dulcedine uini Anconitani in portu immoran
tur. Planè ſi nauta ſine dolo, & culpa ſua publice reten
tus fuerit, aut morbo impeditus non nauigauerit, aut
nauigare diſtulerit, ex eo quòd ſine dolo malo, & cul-
pa eius nauis uitium feciſſet, dic, ut in.l.fi.in.§.idem iu
ris.ff.ad leg.Rho.de iac.& in.l.ij.in.§.fi. ſiquis caut.&
uidebis Bal.omnino in conſi.cccclviij.quòd dominus
Arnaldus.lib.ij.
6 ✝ Culpæ etiam nautæ aſcribitur, qui recta nauigatio
ne contempta littora deuia ſectatur. Si enim ex eo,
quòd ſolito itinere non eſt uſus merces perierint, uel
quia forſan a piratis depredatæ, uel tempeſtate iactus,
factus eſt, nauta tenetur.l.qui fiſcales.C.de nauic.lib.
xj.l.cum proponas.C.de nau.fœno.ubi late doct.ſcri
pſere, & ad prædicta uide Ange.in.l.penul.C.quæ res
uendi non poſ.& omnino Cor.conſil.cclxxiij.uolu.j.
per totum, uiſis proceſſu, & ſtatuto, qui diffuſe loquitur
more ſuo, & ſuper ſtatuto Anconitano addes Iaſo.in.l.
j.num 3.ff.ſiquis cau.& quod ſcripſit Bar.in.l.præſidi-
bus.ff de cur.pub.& latiſſime Nic.boe.deci.clxxviij.
& primo nu.32.ubi diuerſorum autoritates citat, & his
adde Aymo.cra.in conſi.cxv.nobilis Guiglielmus.nu.
5.prędicta tamen declara, niſi iuſta cauſa nauta motus
rectam nauigationem nō ſeruauerit, uel quia reficien-
dæ nauis cauſa, quę uitium fecerat, & in qua ex tempe
ſtate unda penetrauerat, & merces corrumpebātur, uel

Universidad de Deusto
Biblioteca



impetu uentorum, & tempeſtatis, uel metu piratarum,
cum forte inter nauigandum piratas uidis. ſed ſecun-
dum Bal. & Sali. in citata. l. cum proponas. in fi. idque
argu. l. ij. §. quid enim. ff. ſiquis cau. &. ff. de libe. cau. l.
imo. &. ff. de publica. l. Cæſar. quæ probat Berta. in tra
cta. de gab. in ulti. par. nu. 58. Ait etiam Bald. in conſi.
7 cccxcv. uol. ij. in prin. † cum uentis nauis committitur
non quo uult nauta, ſed quo flatus impellit, illuc eſt
curſus. d. l. Cæſar. quibus addes. l. fi. §. ſi propter neceſ
ſitatem. ff. de publi. ſubiicit idem Bald. in citata. l. cum
8 proponas. † idem iuris eſſe, ut nauta excuſetur ſi hoc
faceret cauſa conſeruandi ius ſuum, quia uectigal erat
illicitum, & fraudare non eſt peccatum. Ceſſat enim
ratio. l. cum proponas. quæ dicit præcipiti auaritia, &c.
Eſt enim conſilium hoc, non auaritia, quia nemo tene
tur iactare ſuum. ff. de probati. l. cum de indebito. Vn-
de infert ſi rex impoſuit uectigal unius groſſi pro ſin-
gulis ſarcinulis, & publicanus de facto accipit duos lici
tum eſt quocunque ingenio manus eorum aufugere,
quia prædones ſunt, & omne detrimentum, quod con-
tingit ex hoc regi, uel fiſco refici debet, per publicanos
quorum uitio hæc eueniunt. ff. de libe. cau. l. igitur. in
§. fi. Hæc Bal. quæ puto ualde notanda ad excuſandū
nautas, qui propter audaciam, atque temeritatem pu-
blicanorum plerunque coguntur curſum nauigationis
aliquantulum immutare, quę ſententia Bal. probabilis
aliquando reddi poteſt, quia nauta non ſolum ſibiipſi,
9 uerum, & mercatoribus conſulere ſtuduit, † Nam pro
naui nauta uectigal ſoluit, pro mercibus mercium do-
minus, ut per Bar. in. d. l. cum proponas. in fi. & l. cum
in plures in. §. uehiculum. ff. loca. Bart. & alii in. l. j. in
§. hic titulus. ff. de pub. late Bert. in trac. de gab. in. vij.
q. prin. nu. 3. & ſeq. & ad quæſtionem, ac nautæ excuſa
tionem uidebis, quæ ſcripſit Rapha. cuma. in conſil. v.
nauta quidam. &c. & contra ubi uectigal licitum eſſet,
& ordinarium uidebis, quæ ſcripſit Aym. in relato con
ſi. cxv. nobilis.
10 † Agitur ex locato cum nauta ſi merces ex una na-



ui in aliam deteriorem tranſtulerit, ex quo enim nulla
neceſſitate coactus minus idoneæ dedit naui, ſi mer-
ces cum naui perierint nauta tenetur ſecundum iu-
riſcon. diſtinctionem in. l. fi. in. §. ſi ea. ff. ad. l. rhod. de
iac. &. l. item quæritur in. §. j. ff. locat. ad quam. l. fi. ui-
de Dec. in. c. ex ratione nu. 19. de appel. Lau. Sylua. in
tractatu de feu. recog. q. lxxxv. nu. ij. tom. vij. & adde
quæ ſtatim ſubiiciam.
11 † Culpæ imputatur nautæ ſi integram nauim nō pre
ſtitent, & propterea ad id quod conductorum intereſt
tenetur. l. ſed & addes. §. j. ff. loc. l. tenetur. §. ſed ſi uas
& l. quicquid. ff. de act. emp. ff. de ædil. edic. l. proinde
unde ſi merces deteriores factæ ſint mercatoribus te-
netur iux. dictas. l. & not. per Bar. in. l. in rebus. §. item
qui. ff. commo. facit. l. item quæritur in. §. j. ſupra ad-
ducto in illis uerbis aut ſi minus idoneæ &c. & uide
l. ſi ſeruus ſeruum in. §. ſi mulier. ff. ad l. aquil. cum au
tem ſine dolo, & culpa nautæ tempeſtate ſuborta, uel
aſpergine, uel quia merces in aliquo angulo iacebant,
& unda penetrauerat, & propterea undatæ merces de
teriores factæ ſint dic ut eleganter iuriſcon. reſpondit
in. l. nauis onuſtæ. §. cum autem iactus. ff. ad. l. rho. de
iact. & ibidem Pau. caſt. & adde. l. fi. §. idem iuris co. ti
tu. in illis uerbis ſi nauis uitium fecerit ſine dolo, &
culpa nautæ.
12 † Culpæ ac uitio nautæ uertitur ſi minus idoneis
hominibus nauis commiſſa eſt. Vnde ſi nauis cū mer-
cibus perierit, ſeu merces amiſſæ propter imperitiam
miniſtrorum quia experientes, ac periti in naui non
fuerint nauta tenetur. l. utique in fi. ff. de rei uend. ubi
optimus textus uide. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornaca-
rius. ff. ad. l. aquil. in illis uerbis ſi negligens in eligen-
dis miniſtris fuit, & ea. l. §. proculus, & in ſimili. l. quod
ſi nolit in. §. ſi mancipium. ff. de ædi. edic. adde glo. in
l. uideamus. ff. loca. & quod eleganter iuriſcon. inquit
in. l. item quæritur. §. ſi magiſter. ff. eod. in hæc uerba
ſi magiſter nauis ſine gubernatore in flumen nauim
immiſerit, & tempeſtate ſuborta temperare non potue

Universidad de Deusto
Biblioteca



rit,& naue perdiderit uectores habebunt aduerſus cũ
ex locato actionem,hinc etiam Vlpia.in.l.j.in.§.ma-
giſtrum in fi.& alibi ait cuius conditionis ſit magiſter
nauis nihil intereſſe,imputaturum exercitori qui pro
poſuit,de ſe igitur quæri debet qui minus idoneis uti
tur miniſtris,& negligentia conductoribus obeſſe non
debet,& his addes elegantem text.in.l.nam & ſeruius
in.§.fi.ff.de neg.geſt.in illis uerbis,ſed etiam quôd im
prudenter cum elegeris,ut quicquid detrimenti negli
gentia eius fecit tu mihi præſtes.

13 ✝ Culpa etiam nautæ arguitur ſi plus iuſto nauim
oneret.l.uni.C.nequid oneri pub.l.qua actione.§.ſed
& ſi quis eum gl.in uer. ſed ſi quis.l.ſi ſeruus ſeruũ.§.
ſi mulier.l.ſi explagiis.§.in cliuo capitolino ubi Acc.
in uerſic.neque cum hominibus.ff ad.l.aquil.qui inſu
lam.§.qui,mulas.ff.locat.ff.ſi quand.pau. fec. di.l.j.ſi
propter loci,& uide Barto.in.l.publici.C.de cur.pub.
Corſet.in ſing.ſuis in uer.onus.unde ſi ex hoc naufra
gium factum ſit,merceſue perierint,ſeu deteriores red
ditæ nauta tenetur.fuit enim in ipſius nautæ arbitrio
nauim non ita onerare , & a diligente ac perito nauta
potuit prouideri ex nimio onere naufragiũ fieri.l. qui
occidit.§.in hac.l.ſi putator.ff ad.l.a u il. unde Luc.
Penn.in citata.l.uni.nequid one.pub. elegãter inquit
propter ſuppoſitum onus in dubio naufragium factũ
14 cenſeri,✝ quod ſubdit legem illam innuere,& arg.l.ſi
ſeruus ſeruum in.§.ſi mulier.ff.ad.l.aquil. & citat gl.
in rub.de nauf.C.eo.lib.& prædicta quotidiana ſunt
Nautæ enim plerunque lucri auidiores licet ſarcinulis
nauim onuſtam habeant,cum tamen ad alium portũ
perueniunt excæcati lucro aliorum mercatorum ſar
cinulas in naui imponunt,& plus iuſto onerant.

15 ✝ Culpa ẽt non caret nauta ſi per loca notorie nõ tu
ta nauigare uoluerit,finge enim notorium fuiſſe pira-
tas eſſe,& in magno numero, & cum poſſet in portu-
manere maluiſſe cum maximo periculo nauigare , ſi
igitur nauis capta a piratis fuerit, & merces ammiſſæ,
nauta tenetur idque ſenſiſſe uidetur Bal.cõſil.cccxvi.



proponitur &c.vol.iij.citat.l.pe.in.§.nauem.ff.loc.ff.
pro ſocio.l.cum duobus ad fi.ff.de condi. ob cauſ.l.ſi
pecuniam in fi.ſubditque ſatis elegãter, lex uult unũ
16 quemque ✝ ſapientem & diligentem eſſe . Ideo nim
natura homini,& rationem , & intellectum dat, ut ea
utatur. Nec enim fruſtra natura hominibus hoc ſubli
me donum dedit ideo ſecundum contractuum gene
17 ra ✝ ueniunt culparum genera.ff.comm.l.ſi ut certo.
§.nunc uidendum,hactenus Bal.& eundem Bald.ui-
deas conſi.cccxcv.pro domino Arnaldo uol.ij. nume
ro.6. Ad cuius ſententiæ robur ſuccurrit.l. qui petito-
rio in.§.qui re.ff.de rei uen.in illis uerbis culpæ autẽ
reus poſſeſſor eſt qui per inſidioſa loca ſeruum miſit ſi
is perierit,facit.l.iiij.ff.de dona.cau.mor.ibi aut per in
ſidioſa loca iturus,& uere piratarum ſunt inſidiæ , ut
in.l.in rebus.ff.commo.& profecto dici poſſet in ciui-
lis nautæ audacia,& accidiſſe caſum in ciuilis audacia
nautæ ubi per notorie non tuta loca nauigaret cũ poſ
ſet in tuto loco immorari,totum tamen hoc religioni
iudicantis tribuendum puto,qui peritis adhibitis, atq;
nauigii genere inſpecto,locis ipſis conſideratis, & nun
ciis de piratis inſpectis, ipſorumque piratarum nauib.
& potẽtia negocium dirimat,& uide.l. cum proponas
ſæpæ adductam, & Bald.in cita.conſi ſub relato nu.
vj.& in fi.

18 ✝ Notatur etiam culpa nauta ſi abſque cautela igno
tos homines in naui aſſumpſerit,& ſi ex hoc mercium
ſubreptio eſt ſubſecuta nautam dominis mercium te-
neri crediderim , ex huiuſmodi enim mala electione
culpa deprehenditur,ut tradit Corn.in citat. conſilio
cclxxiij.nume.27.argumen.l.cum mandato in fin.ff.
de mino.§.fi.inſti.pro ſoc.§.fi.in fi.inſt.quib.mod.re.
contra obli.ſed ego ad rem facere magis puto quôd in
quit iuriſcon.in.l.fi.§.fi.verſi.nam cum alienos cum
anteced.uerſi.ff.nau.caup.ſtabu.in hæc uerba exerci-
tor tenetur culpæ ſuæ.ſ.qui tales adhibuit, nam cum
alienos adhibet,explorare eum oportet cuius fidei, cu
iuſue innocentiæ ſint,& reliqua ſuccedat.l.uideamus

Universidad de Deusto Biblioteca



ff.loca.ubi iuriſcon.ait mihi itaque placet, ut culpam
etiam eorum quos induxit præſtet ſuo nomine etiam
ſi nihil conuenit ſi tamen culpam in inducendis ad-
miſit quòd tales habuerit uel ſeruos, uel hoſpites, &
ibidem uide gloſſ. & cum hæc ſcripſiſſem incidi in cō-
ſilium Bald.nume.395.pro domino Arnaldo uolu.ij.
proxime relatum qui ſub nu.iij. idem probat, & citat.
ff.nau.cau.l.fi.§.ſeruorum.ff.furt. aduerſus nau.l.j.
in fi.&.ff.de pub.l.iij.

19 † Eſt & culpæ tribuendum nautæ qui cum per lacu
nas abſque periculo nauigare poſſit, ſpreta tuta naui-
gatione mari proficiſcatur.unde Sal.in.ij.C.de naut.
fœno.ait non carere culpa nautas qui cum Venetias
20 proficiſcuntur, † & per lacunas ire tuto poſſint mari ta
men proficiſcuntur, inducit ea.l.cum proponas ad le-
gem rhod.de iac.l.ſi uehenda.§.j.citat & pulchrā gl.
in.l.eos.ff.ad.l.cor.de fal.addo ego Bart.in.l.impera-
tor.ff.de appel.qui inquit per tutiora itinera iter agen-
dum licet longiora, & uide doc.maxime Iaſ.in.l.j.ff.ſi
quis cau.& ſubdit Saly.ubi ſupra ratione eſſe quia ho
mini potenti, & crudeli comparatur mare.l.j.ff.de do
21 na.cau.mor. † & aduerſæ maris procellæ nemini par-
cunt, ſuntque inexorabiles precibus enim non flectū-
tur.& addes Bal.in conſilio.cccxcv. non ſemel relato
qui ait in culpa illum eſſe qui iter ab omni impedimen
to tutum facere potuit, & non fecit nil tamen citat.
Item his addes tex.in.l.qua actione in fi.princ.ff.ad.l.
aqui.in illis uerbis, uel negligentius per lubricū tran-
ſierit.

22 † Tenetur etiam nauta mercatoribus ſi illicitas mer
ces in naui immiſerit, & ex hoc omnes publicari conti
gerit.d.l.cum proponas.C.de nau.fœno. & dic ut per
docto.ibi, & in uariis locis huius tractatus hæc attigi
mus, & addes elegans Raphae.cumani conſilium ſub
numero.v.

23 † Annumerari culpæ nautæ puto non eſſe dubitan
dum ſi illicitis inſignibus nauta in naui ſit uſus, & pro
pterea merces ablatæ, ſeu amiſſæ fuerint pro quo aſſu



mes quæ ſcribam infra cum de nauibus uerba faciam
in uer.ſciendum eſt priuatos &c. quæ ad hunc locum
attinēt, & probari, ac ſuaderi poteſt, ex.l.eos.ff.de fal.
in illis uerbis, & illicitis inſignibus eſt uſus, quæ alias
in maximi ponderis cauſa contra quendam magiſtrū
nauis inducebam qui cum inſignibus Anconitanis na
uigare ſolitus eſſet, & iiſdē inſignibus naui onuſta mer
cibus e portu Anconitano anchoram ſoluiſſet profe
cturus per loca imperii tempore quo uigebat bellū in
ter Cæſaream Maieſtatem, & Gallorum regem, Regis
Gallorum inſignibus inter nauigandum eſt uſus, ca-
ptus a Nauarcho, ſeu præfecto claſſis imperii propter
ea nō ſine magno dāno, & detrimento mercatores ij-
demque domini mercium eaſdem recuperarunt, qđ
damnum in ciuili audacia imo uerius temeritate ma-
giſtri nauis eueniſſe aſſerebam, & propterea, & ſarcire,
ac præſtare mercatoribus debere, facit.l.cum propo-
nas non ſemel cita.Idque etiam probatam ex his quæ
præceptor meus Pau.pariſ.ſcripſit in conſi.xliij.num.
69.& ſeq.uol.j.intentio &c. Vnde prouide Anconita
24 ni uiri decreto † ſanxere ne magiſtri nauium inſignib.
aliarum ciuitatum in nauigiis utantur.

Dicebam etiam cum quidam magiſter nauis inſulā
quandam naui mercibus onuſta pleno uelo nauiga-
25 ret, † piraticamque nauim uidiſſet, in uada incidiſſe,
&(ut uernacula lingua dicimus)nelle ſecche, quibus
ſe extricare pirata non poterat, & uidens nauim præ-
dictam tranſeuntem ſcapha nauis complures nautas
oratum transmiſit uellet ſibi adiumento eſſe, ut nauis
ſua a uadis liberaretur, at Magiſter nauis ſciēs, & agno
ſcens piraticam nauim miſeratione ductus dimiſſa na
uigatione ſcapham nauis ſuæ cum hominibus trāſmi
ſit, itaque exoneratis armamentis piraticæ nauis leuā
dæ eius cauſa, nauis tandē auxilio magiſtri nauis, &
nautarum eius fuit a uadis liberata. quod ut primum
factum fuit, pirata piratæ functus eſt officio, retentis
enim hominibus nauis qui adiumento fuerant, ſub co
lore conueſcendi, retenta nauis ſcapha, & naui homi

Universidad de Deusto
Biblioteca



nibus exarmata facile capta, merces fere omnes eſt de
prædatas. Dicebam enim magiſtri nauis in ciuilem au
daciam mercatoribus obeſſe non debere, ſed ſibi ipſi
ut damnum mercatoribus pręſtare teneretur. Idque
ſuadebam ex.l.cum proponas pluries citata, & quia iu
ris uulgaris regula eſt, eum qui cauſam, ſeu occaſionē
damni prębuit cenſeri damnum dediſſe.l.ante.§.ſi cū
ſeruum.ff.ui bo.rap.l.uideamus.§.ſi.l.qui domum in
ſi.ff.loc.l.qui occidit in.§.in hac.ff.ad.l.aquil.& ex eo
etiam in culpa cenſeri debet magiſter nauis, quòd nō
26 † præuiderit id quod a diligente fuiſſet præuiſum, ut
iuriſc.inquit in.l.ſi putabor.ff.ad.l.aqui.accedit quia
27 perſonę † qualitas ſpectanda eſt.l.plenum in.§.equi-
tii.ff de uſu, & hab.cum his quę latisſime ſcripſit Mar
ſi.in rub.de proba.nu.xiij.& ſeq. ſpectandumque eſt
28 † quod quis ſolitus, & conſuetus facere exiſtit,l.iij. in
§.ſi.ff.de eo quod cer.loc.l.item mella.ff.ad.l. aqui.&
facit.l.ſi pecuniam in.§.ſi ſeruum maximi in uer.enim
uero.ff de cond.ob cau.&.l.cum duobus in.§. dānū.
ff.pro ſo.accedat quod inquit Bal.in.l.i.C.qui bo.ce.
poſ.in ſi.ubi ait piratas militare inſtar catulorum in ſyl
29 uis nauigantiumque † ſecuritatem impedire, hosteſq;
publicos, & infames eſſe, & militiam exercere nō poſſe
& idem Bal.inquit in.l.nauigia.C.de fur.piratas hoſti
bus fidei, & principis comparandos eſſe, & ideo poſſe
30 impune deſpoliari. † Sunt enim ipſo iure difidati, quē
refert, & probat Iaſ.in conſi.clxx.uol.ij.nomini Mag.
colū.ij.et piratas latrones maritimos appellat.alua in
c.j.§.nauigia de ſtatu, & conſue.contu.lib.eccl.& hu-
31 iusmodi † piratas ter in anno ſolemniter ore Pontificis
excommunicari ſcribunt Io.an.& Abb.in.c. excōmu
nicationi de rapt.et piratarum peſſimum, et iniquisſi-
mum genus hominum eſſe, et his nauigandi licētiam
non ſolum interdictam, u rū diripi impunè poſſe pro
pria quidem autoritate ſcribit Ang.in conſi.ccxc.the-
ma eſt tale citat aut.nauigia.C.de fur.et.l.poſtliminiū
§.a piratis.ff.de cap.et his adde quæ de piratis ſcripſit
Vero.in auc.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.



32 † Non eſſe etiam ambigui iuris puto uitio ac culpæ
nautæ uertendum eſſe qui non impetu uentorum aut
Tempeſtate coactus, ſed imperitia in uada, ſeu ſcopu-
los inciderit, nauimque fregerit, & propterea mer-
ces uel ammiſſę uel deteriores redditę fuerint. Impe-
ritia enim culpæ annumeratur, Regula culpa.ff.de re-
gulis iu.reg. non eſt, eo.tit.in.vj.l.illicitas. in.§.ſicuti.
ff.de offi.præſi.§.imperitia.inſtit.ad leg.aquil.&.l.im-
peritia.ff.de reg.iur.Suadetur ex.l.j.in.§ quòd ſi pro-
pter loci iniquitatem.ff.ſi quadr. pau.feciſ. dica. Item
ex.§.Celſus.in.l.ſi quis fundum.l. item quæritur.§.ſi
nauicularius.&.§.ſi gemma.ff.loca. addo.l. ſi merces.
in.§.qui columnam.eod.titulo. Et generaliter ſi aliter
quàm dictum eſt ex imperitia cum merces perierint,
uel deteriores redditæ fuerint, iiſdem iuribus idem re-
33 ſpondeo. † Vetus eſt enim illud quam quiſque norit
artem in illa ſe exerceat, nec enim quis naucleriū, aut
nautam profiteri debet ſi nauigandi artem ignoret,
cum & horum dicatur profeſsio.l.cum nauarchorum.
C.de nauicula.lib.xj.ubi Luc. pen. Accedat, & illud,
quod legitur in.c.ante omnia.in ſi.xl.diſt. periculum
imminere pręlato, qui nauem eccleſiæ regit, & remum
tenere non nouit, & his addiicies, quæ in.iij.par.princi
palis tractatus diximus nu.17.& intellige prædicta, &
ſi uigilantibus nautis in uada nauis inciderit, nam ſi
nautis obdormientibus magis, magisque culpa argui-
tur.arg.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius.ff.ad legem
aqui. Illud tamen declarationis cauſa in propoſita ma-
34 teria ſingulariter notandum puto, † culpæ nautis uer-
ti non debere ſi piſcatores nocte lumine oſtenſo, ipſos
fefellitur, qui cum in portu ſe recipere crederent quaſi
portus ſit ubi lumen cernitur, in uada inciderēt, & nau
fragium facerent, idque ex eleganti.l.ne piſcatores.ff.
de incen.rui.& nau.Pręſides enim ne in periculum na
ues, & quæ in eis ſunt, deducantur, propter dicta lumi-
na diligenter curare debent, ut dicit Iuriſconſ.ead.l.
quod notēt Anconitani ciues, qui polyporum, ſeu octi
pedum tempore piſcatores luminibus piſcari ſinunt

Universidad de Deusto Biblioteca



extra domum Veneris, quem locum diui Clementis
35 ſcopulos appellamus. † Facile enim nautæ dici poſ-
ſunt, ut credentes ſolitum lumen eſſe, quo portus de-
monſtratur, naufragium faciant.

Item quemadmodum nauta in uitio eſt, & culpę an
numeratur, ſi malis miniſtris eſt uſus. l. utique. ff. de rei
uendi. & diximus ſupra uer. culpæ ne uitio nautæ uer-
36 titur. † Ita & ſi non omnes miniſtros in naui neceſſari
os adhibuerit, idque ſemper nauigii genere inſpecto.
Si enim ex hoc naufragium factum ſit, & merces peri-
rint, uel deteriores ſint redditæ damnum mercatori-
bus eſt ſarciendum, habes exemplum in. l. item quæri
tur in. §. ſi magiſter nauis. ff. loca. De magiſtro nauis
qui ſine gubernatore nauim in flumen immiſerit, &
orta tempeſtate temperare nauim non potuerit, &
nauim perdiderit, ut uectores habeant aduerſus eum
ex locato actionem, et uide. l. i. §. non autem, ver. quid
enim ſi ad armandam. ff. de exer.

37 † Ex facto etiam magiſtrum nauis dicebam culpæ
damnandum, qui cum naui magno numero frumenti
onuſta Anconam nauigaret, Antem domum ueneris
conſtitit, & portus ſigna ingredi per aliquos dies diſtu-
lit. Curabat enim cum publicanis paciſci ue ordinariũ
uectigal solueret, tum ratione minimi numeri frumen
ti, quod ad ſe ſpectabat, tum etiam nauis. Sub orta ita
que aduerſa tempeſtate ruptis, atque ſciſsis ancorarũ
funibus, & fluctuum, & uentorum impetu in opt. Im-
peratoris Traiani arcũ memorabilem impacta nauis,
& ipſam & frumẽtum perdidit. Hoc enim naufragium
non iuris ſui conſeruandi cauſam eueniſſe reſpondi
iuxta. l. i. §. quod ait prætor. ff. de incen. Rui. & nau. &
ut dicebat Bal. in dicta. l. cum proponas, & late dixi-
mus ſupra uer. culpæ etiam nautę aſcribitur, &c. quia
in facto propoſito per Bal. uectigal erat illicitum, ſed
ex præcipiti auaritia, & culpa magiſtri nauis, ut in. d. l.
cum proponas, & uide eundem Bal. cõſi. cccxcv. nu. 4.
38 pro domino. uol ii. † Eſt enim Anconæ uectigal mini
mum, ita ut difficile maritimum portum inuenias in



quo leuiora uectigalia ſint conſtituta, idque non auge
ri, quinimo nundinarum tempore imminui Anconita
ni ciues ſemper ſtuduerunt, quæ ciuitas ob egregiam
in S. S. A. ſummoſque Pontifices inſignem fidem
maximis priuilegiis fuit decorata, iiſdemque de cauſis
ac (quod caput eſt) nunquam ſatis laudati portus cau
ſa innumerabiles gentes mercaturæ cauſa ciuitatem
frequentatur, quæ ciuitas (ni patriæ me amor fallit)
longe maioribus laudibus extollenda eſt quàm Iuriſ-
conſultiſſ. Vlpiani patria, quam ad cœlum ipſe tulit. in
l. j. ff. de cen. Sed, ut unde diuerteram redeam, ut ma
giſtrum nauis in culpa fuiſſe crediderim, mouet me,
quæ ſcripſit Iaſ. in. l. j. ff. ſi quis cau. et multa ex prædi-
ctis, ac quæ de periculo nauigationis diximus, et di-
cemus.

Habent naues, ut ſuo loco dicemus, inſtrumenta,
atque armamenta ſua neceſſaria. l. marcellus. §. arma-
menta. ff. de rei uend. l. naue. ff. de euic. l. interdum. ff.
qui potio. in pigno. habe. l. ij. §. j. ff. ad. l. rho. de iac. in
39 illis uerbis, aut ſi quid exarmauerit. † Eſt enim exar-
mare nauim armamentis ſuis ſpoliare, ut malo, clauo,
anchora, & reliquis, de quo uide notabilem. l. expugna
tur. ff. de incen. rui. & nau. & habes ex eleganti. l. nauis
aduerſa. ff. ad leg. rho. de iac. ubi Iuriſcõ. ait, tumultua
40 riis armamẽtis cõparatis &c. † in quo obiter illud no.
ta uerbum illud tumultuariis inſciti exponi ab Accur.
ſignificat enim ſine præmeditatione raptim, et feſtinan
ter emptis, et facit tex. in. l. j. in. §. non autem. ff. de ex-
er. uer. quid enim ſi ad armandam inſtruendamue na-
41 uim. et. l. fi. ff. de fun. inſt. † Vnde puto non ſolum nau
tæ ſarciendum non eſſe ſi nauis eius culpa exarmari
contigerit, ut inquit Accurſi. in citata. l. ij. §. i. in uerbo
conſeruatis. Verum ſi in conductione nauis bene in-
ſtructam nauim eſſe conuentum fuerit, de quo uide
Signo. conſi. cxcv. nu. 3. in quęſtione &c. & propter ma
la armamenta nauis perierit, nautam amiſſarum merci
um damnum præſtare debere. Finge enim ortam tem-
peſtatem cui mediocribus quidem funibus reſiſti po-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tuiſſet,& ruptis debilibus funibus, ac rudentibus nau-
fragium factum uitio malorum funium, quis neget a-
miſſarum mercium damnum nautam dominis præſti
tum iri?cum naufragium non ex marinæ tempeſtatis
diſcrimine, ſed ex precipiti auaritia nautæ euene-
rit, qui armamentis neceſſariis nauim non muniuerit
arg.l.cum proponas iam ſæpius cit.& in facto propo-
ſito legi Ale.in.l hoc amplius. §.i. &uer. neratius.ff.
de dãno infec. ex cuius uerbis ac accur.ibidem in uer.
damni quantum ad rem attinet ex tribus notari poſſe
culpam naute col.legi.hi non ligauerit nauim, debuit
enim præuidere uel uim fluminis, uel fluctus maris,
itẽ si ligauerit,ſed malisfunib.iii.& ulti.ſi ligauerit bo
nis funibus minus tamen diligenter, ut quia bono li-
gno ligata forſan non fuerit ſeu firmis locis. Quæ ſin
gulariter notanda ſunt. Dicet aliquis ad uerbum ob-
ſtare.l.quemadmodum in.§.ſi nauis tua.ff.ad.l. aqui.
in illis uerbis,ſed ſi fune rupto,aut cum a nullo rege-
retur nauis incurriſſet cum domino agẽdum non eſſe.
Reſpondeo uerba iuriſcon. intelligenda eſſe ubi tem
peſtate aduerſa, & im petu fluctuum funis rumpitur,
quod Acc. ſenſiſſe uidetur dum citat.l. fi.in. §.ſi pro-
pter.ff.de publi.& probatur ex eodem.§.nam in præ-
cedentibus iuriſcon. notauit caſum culpa nautarum,
deinde ſubdit,ſed ſi fune rupto.Quæ dictio, ſed ſi ad-
uerſatur i iure,et in facto,ut notatur in.l.hoc amplius
§.de his autem.ff.de dam.in fec.Conſequenter ergo.
in dicto uer, interprætatio accipienda eſt, ut omnis
culpa nautarum ceſſet, quæ culpa non ceſſaret ſi uitio
debilium funium naufragium ſequeretur, ut probaui
mus,& hanc interpretationem maximæ experientiæ
uir Alb. de roſa. ibidem innuit. Et quoniam in ea.l.
quemadmodum.multa notabilia continentur, & quæ
ualde ad rem(de qua eſt diſputatio) pertinent, idcirco
quædam ad uerbum referre decreui, nec mihi uitio
uertat aliquis,nam ſi noſtræ tempeſtatis iuris conſul-
torum parum latine dicta uerba referre ſolemus, quis
dubitauit antiquorum iuriſconſultorũ(qui legũ uerti-



ces fuere(elegãtia, et ſucci plena uerba referre abſur-
dũ nõ eſſe?uerba igitur iuriſ.uiri domitii Vlp.hęc ſũt.
Si nauis tua impacta in meam ſcapham damnum mi-
hi dederit,quęſitum eſt quæ actio mihi competeret,
et ait Proculus ſi in poteſtate nautarum non id accide-
rit,et culpa eorum factum ſit.l.aquilia cum nautis a-
gendum,quia parui refert an nauim immittendo, aut
ferraculum ad nauim ducendo, aut tua manu dam-
num dederis quia omnibus his modis per te damno
afficior. Sed ſi fune rupto aut cum a nullo regeretur
nauis incurriſſet cum domino agendum non eſſe.

Item Labeo ſcribit ſi cum ui uentorum nauis im-
pulſa eſſet in funes anchorarum alterius, et nautę fu-
nes præcidiſſent ſi nullo alio modo niſi precisis funi-
bus explicare ſe potuerit nullam actionem dandã.

Si nauis alteram contra ſe uenientem obruiſſet,aut
in Gubernatorem,aut inductorem actionem compe-
tere damni iniurię Alphænus ait,ſed ſi tanta uis nauis
facta ſit quæ temperari non potuit nullam in dominũ
dandam actionem,ſi autem culpa nautarum id factũ
fuerit puto aquiliam ſufficere. Hactenus Vlpi. omiſſo
et quidem cõſulto.§.item labeo.diximus enim ſupra
in titulo de contrac.nu.4.et ſeq.nonnulla ad interpre
tationem.d.§.ex quibus uerbis iurisconſ.multa ex te
colliges,nos pauca notabimus.Primum uides lapſum
fuiſſe Accur.quòd in prima interpretatione ſuper uer-
bo ipacta dixit.Nouit enim humanioribus literis uel
mediocriter eruditus a uerbo impingo deſcendere im
pegi,impactum,ex in et pango, et ſignificare impulſa
eliſa etc. Deinde nota inquibusdam codicibus non
ferraculum,sed gubernaculum legi, non tamen con-
gruit literæ ſi iurisc.uerba conſideraueris. Habẽt etiã
complures codices uerriculum quæ etiam lectio uide
tur extranea,antiqua lectio eſt ferraculum, de quo
uocabulo non legi al quem qui meminerit,et puto ue
44 rum eſſe quod ✝ Accur.inquit inſtrumentum nauis eſ
ſe non quòd eo nauis recte ducatur,ut ipse inquit, et
Alb.in dictionario ſuo teſtatur.nam inſt umẽtum quo

Universidad de Deusto Biblioteca



gubernatur nauis,et recta ducitur non eſt ferreum,et
appellatur gubernaculum,clauus,ſeu temo, et forſan
ſenſit iuriſcon.de quodam inſtrumento nautico quod
Delphin aliter appellatur erat enim ſecundum quoſdã
ferreum contra uentorum impetum ad delphinis ima
ginem.

45 ✝ Rurſus notandum eſt Floria.in uer. & nautæ fu-
nes præcidiſſent expoſuiſſe in hæc uerba. Nautæ.ſ.al
terius nauis in quam impulſio facta eſt, et propter id
periit ipſa nauis,ita addit Ray. quæ interpretatio eſt
contra iuriſcon.uerba nam nautæ impulſæ nauis, nõ
nautæ nauis in cuius funes impulſa eſt,funes præcide
runt,quæ nauis in cuius funes impulſio eſt facta præ
ciſis funibus fracta eſt dubitabatur an eſſet danda a-
ctio in nautas nauis qui præciderunt, quod negat iu-
riſcon.ſi ui uentorum impulſa nauis nullo alio modo
niſi prçciſis funibus explericare ſe potuerit,& ex uer
bo explicare demoſtratur iuriſconſultum intelligen
dum,ut dixi,ac etiam ex uerſicu.ſeq. idemque labeo
ubi de naui piſcatorum quæ in rhetia ;inciderit idem
iuris eſſe dicitur ſi piſcatores ſe aliter explicare nõ poſ
ſent inciderint,præciderũt enim rhetia piſcatores qui
in rhetia inciderunt,conſequenter intelligimus funes
præciſos a nautis impulsæ nauis,nota tamen utrum-
que caſum.

Item nota ex præcedentibus,et ſequentibus ubi dã
num datur a naui culpa nautarum non ſolũ agi poſ-
ſe aduerſus nautas uerum,et contra dominum nauis
ut indicant iuriſcon. uerba,et Accur. & Floria. ibidem
notant,et nos latius infra probabimus.

46 ✝ Poſtremo ad interpretationem uerſic.ſed ſi fune
rupto,aut cum a nullo regeretur nauis incurriſſet. Pu-
to enim intelligendum non quõd nauis ſine guberna
tore ſeu ductore nauigatum miſſa eſſet,quoniam ſi na
uis ſine gubernatore influmen ſeu in mare immiſſa eſ
ſet,et propterea incurrendo aliam obruiſſet in domi-
num daretur actio argumento.l.item quæritur in.§.ſi
magiſter.ff.loca.& hoc ſaltem ubi locus eſſet in quo

aliæ



aliæ naues eſſent,ſeu a nauibus frequẽtaretur. Debuit
enim præuidere argu.l.qui occidit,§.in hac.ad legem
aquil. Vnde neceſſarium credo ( ut proxime dixi) in-
terpretandum uerſiculum,& factum in eo ponendum
in quo & nautarum,& domini ceſſet culpa, & propter
illam aduerſatiuam ſed ſi, de qua ſupra diximus. Et ſi
quis Palynuri caſum in uer.prędicto fingeret,ſatis qui
dem iudicio meo congrueret, de quo præſtantiſſimus
Poetarum ait.

*Nanque gubernaclum multa ui forte reuulſum,*
*Cui datus hærebam cuſtos,curſusque regebam,*
*Præcipitans traxi mecum.&c.*

Orta,ſcilicet,aduerſa tempeſtate,qua ductore, ſeu gu-
bernatore amiſſo ſi nauis in currendo,cum temperari
nõ potuerit,damnum dederit,cum culpa abſit, neque
47 in nautas,neque in dominum actio danda ſit. ✝ Et,ut
euidentior prædictorum habeatur intellectus, & ſen-
ſus datus magis eluceſcat,ſciẽdum eſt res ipſas,ut pu-
ta naues nõ delinquere,ſeu culpam admittere,ſed qui
res poſſident,ut inquit Imperator in.§.oportet autem.
in aut.de mand.princi.& Gand.in tit.de reb.,non por.
contra.de.nu.7.Nec enim proprie dici poteſt deliquiſ
ſe,aut damnum dediſſe,aut feciſſe quod ſenſu caret.l.
j.ff.ſi quadr.paup.fecil.dicatur.Si igitur culpa abeſt in
domino,& nautis nihil proponitur, ut dãnum datum
a naui ſarcire teneantur. Quod Accur.ſenſiſſe ibidem
uidetur dum citat eleganti.l.prætor ait. in.§.hoc ædi-
ctum.ff.de dam.infec.at ubi dominus nauis contra ſo
litum nauim dimiſiſſet,ſeu in mare,uel flumen immi-
ſiſſet ſine ductore,uel gubernatore præſtandum dam-
num eſſe,quod in currendo nauis dederit. Vt enim ex
Imperitia propter malos miniſtros culpæ reus eſt nau-
ta,ita & ſi miniſtros in naui neceſſarios non adhibuit,
atque impoſuit, ut ſupra probauimus, & hæc quoad
§§.prædictos attigiſſe ſufficiat. Hoc ſolũ addito, quod
Bal.conſil.ccccxliij.uol.iiij.coram uobis.&c.inquit in
hæc uerba,uelociter nauigare non eſt peccatum,ſed ſi
proinde altera nauis obruitur nauta tenetur,niſi tanta

Universidad de Deusto Biblioteca



uis ex improuiſo facta ſit, ut temperari non potuerit. ff. ad leg. aqui. l. quemadmodum. §. ſi nauis alteram.

48 † Euenit etiam plerũque, ut in magnis nauibus mures merces oneratas rodant, & non leue damnum dominis earundem afferatur. Vnde puto cum nautæ ab hac re præualere poſſint tanquam culpæ reos damnũ dominis præſtare debere, idque ex l. item quæritur. in §. ſi fullo. ff. loca. ubi Iuriſconſ. in hæc uerba, ſi fullo polliendа ueſtimenta accepit, eaque mures roſerint, ex locato tenetur, quia debuit ab hac re cauere, & propterea cauti nautæ domeſticas feles in nauibus tenẽt, ex quo ſatis a culpa excuſandos puto.

49 † Illud etiam nautæ culpæ annumerandum puto ſi propter inimicitias eius mercatores iidemque conductores damnum aliquod patiantur. Finge enim magiſtrum nauis aliàs piratam fuiſſe, publiceque ob id retentum, uel cum aliquos depredatus eſſet inter nauigandum in illoſmet incidiſſe, quos iam depredatus fuerat, qui cum in naui magis inſtructa, melioribusque armamentis munita eſſent, ſibimet ius dixerint maxima conductorum iactura, omne damnum præſtandum, atque farciendum eſſe puto. l. ſi merces. in. §. culpæ. ff. loca. l. pe. ff. ſolu. ma. quod intelligendum eſt, ſiue nauta culpa ſua, ſiue abſque eius culpa inimicitias inciderit, ut in eod. §. culpæ. & Bar. Saly. & Pau. poſt glo. probant. Satis enim dici poteſt ſua culpa damnum datum quod propter eius inimicitias euenit, & uide Areti. in conſi. cxxxix. quia conſultatio. &c. qui idem probãdo, & remiſſionem uecturæ fieri debere ubi ad deſtinatũ locum merces aduectę non eſſent, & ad id quod intereſt nautam teneri ſcripſit. Adde quæ latiſſime Goz. præceptor meus ſcripſit conſil. xxvij. in cauſa conductorum. nu. 14. cum ſeq. & nu. 20. & ſeq. & in pe. col. & quid ſcripſerit Alex. conſi. xx. requiſitus. in fi. uolu. v. ſi liber legito. Addo etiam. l. uideamus. in. §. qui uina. ff. loca. recipiuntque ſupradicta declaratione Bart. in eo. §. culpæ. ut de propriis inimicis nautæ intelligamus. Dicit enim Bar. cum quidam mercator merces uendi-



diſſet, & poſtea aduenięte exercitu merces captæ ſunt, ſiquidem merces captæ ſunt ab inimicis propriis uẽditoris, tunc periculum ſuum eſt, ut in eod. §. probatur. Si uero aliàs fuiſſet mercium facta direptio tunc uenditor de caſu fortuitu non ſua culpa contingente non tenetur. l. ſi res. de actio. emp.

50 † Tractari & illud poteſt, quod frequens eſt, ſi magiſter nauis inter nauigandum in piraticam nauim inciderit, & pirata naui capta, merces, & cætera conductorum ſubſtulerit, an mercatoribus, iiſdemque cõductoribus damnum præſtare teneatur. Et reſpondendum puto ſi reſiſtere nauta potuerit, & non reſtitit, teneri, ſi uero propter uim maiorem, aut potentiam piratæ reſiſtere non poterat excuſari. l. item quęritur. §. exercitu. ff. loca. l. ſi fundus. ff. eod. reſiſtere enim & ſe defendere debet, cum poteſt, & dolo facere uidetur nauta, qui cum poſſet, non reſtitit. l. dolo. ff. ſi uen. nomi. mu. ubi Accur. & facit. l. j. in. §. occiſorum. ff. ad ſylle. Hæc autem intelligenda ſunt ubi mercium domini in naui nõ ſunt, at ubi in naui ſunt, denunciare debet nauta, ſed ſi denunciare non potuit, excuſatur, ſecundum diſtinctionem prædictam, ut in. d. §. exercitu. uerſi. labeo. & ideo ſolent magiſtri nauium cum piraticam nauim uident, ut notari non poſſint, et ex uoluntate dominorum mercium factum appareat, et dominos mercium et conſiliarios, ſelectosque quoſdam nauis homines conuocare, et his conuocatis quid agendum ſit, conſulere, atque decernere, pugnandum, reſiſtendumue ſit, et probe quidem faciunt.

51 † Hic ſubiungi poteſt, num culpæ nautæ tribuendũ ſit, ſi plauiali aqua inundatæ merces hoc ipſo deteriores ſint redditæ, in quo animaduertendum puto quædam nauigia emphracta eſſe, quędam rephracta. l. j. in §. quædam naues. ff. de exerc. hoc eſt quædam eſſe nauigia contracta, ſeu tecta, quædam aperta, et ita legendum puto in. d. §. ut latius infra dicemus, cum de nauibus tractabimus. Aut igitur tectum nauigium conduxit mercator, et ex tabulato uitiato, et non bene ſarto,

Universidad de Deusto Biblioteca



ſeu conſtrato pluuialis aqua penetrando damnum de-
derit, & nautam tanquam culpæ reum teneri puto, in-
tegram enim nauim pręſtare debet, ut ſupra diximus,
& uiciatum tabulatum reficere debet. argu. l. ſed & ad-
des. in. §. illud nobis. ff. loc. ſi uero apertum nauigium
conduxit, & ubi nauta ( ut plerique ſolent ) uelis, ſeu
aliis inſtrumentis tegerit, ſi aqua penetrauerit, nihil eſt
quod nautę imputetur. hoc enim euenire poſſe proſpi
cere debuit mercator, idemque conductor. l. ſiquis do
mum. §. hic ſubiungi poteſt. ff. loca. & arg. glo in. l. ha-
bitatores. in fi. ff. eod. & eorum, quæ Arc. ſcribit conſil.
52 cxxxix. quia conſultatio. &c. ✝ Notauit etiam magi-
ſtrum nauis Bal. in conſil. liiij. uol. iiij. qui contra uo-
luntatem dominorum mercium portui Anconæ ſe ap
plicuerit, & cum de culpa nauta teneatur. l. colonus.
in. §. nauem. & notari ait in. l. ſi uno. §. item cum quidā
ff. loca. damnum præſtare debere reſpondit, quod re-
ſpōſum legito, cōſuluit enim in q̄one Anconæ agitata.
In ſumma ex prædictis liquet uerum eſſe, quod ele-
ganter inquit Accur. in. l. uideamus. in prin. in uer. ſuo
nomine. ff. loca. ait enim ex illa. l. & ſeq. probari tribus
modis ex culpa aliquem notari poſſe. Primum ſi non
facit. quod diligens faceret, Deinde ſi contra pactionē,
Poſtremo ſi fuit in mora. Quam glo. nota, & ex enume
ratis locis facile, ni fallor, omnibus, quæ ex facto pro-
ponentur, reſponſa occurrent, ſuppleréque poteris ex
duabus regulis, quas cū de nauigatione tractabimus,
ſubiungemus, & ex his, quæ habentur in. l. pignus. C.
de pigno. actio.

# QVARTA PARS.

1 *Culpa ubi agendo, uel excipiendo obijcitur, uagandum non eſt,*
*ſed certa deſignari debet.*
2 *Culpa quomodo deducenda, & probanda ſit.*
3 *Culpa tunc afficit cum caſus propter illam euenit, qui alias*
*non eueniſſet.*



BENE eſt ut in propoſita materia cliē
tulis in diſceptationibus forēſibus re
cta cōſilia demus, quomodo deducē
b da, atque probanda ſit culpa hic ſub-
iungere. Sciendum eſt igitur ubi uel
1 agendo uel excipiendo ✝ alicui culpa
obiicitur uagandum non eſſe, ſed cer-
tam culpam deſignari debere, & ſpeciatim dici. l. præ-
tor ait in prin. ff. de iniu. c. ut circa de elec. in. vj. Bar.
conſ. cxciij. cōmune lucignani. &c. in. iij. dubio. Alex.
conſi. iij. uiſo proceſſu col. ij. uol. iij. & in cōſi. cxxxvj.
uiſo proceſſu &c. uolu. vij. Dec. in conſil. ccccxxx. in
princi. quod ſupra, & in conſi. Dlxij. numero. ij. uiſo
puncto, & in conſilio. Dcxxxij. numero. ij. & Aymo.
conſi. viij. Aymo leyrardi &c. maxime nu. 26.
Item illud ſciendum eſt (diximus enim ſi culpa nau
tarum caſus euenerit, eos teneri) neceſſarium eſſe de-
ducere culpam illam ad caſum qui euenit diſpoſitam
ſeu (ut noſtri dicunt) ordinatam fuiſſe, & ni fuiſſet illa
culpa caſus ille non eueniſſet. l. non omne. ff. de ſtatu
2 lib. l. is qui. ff. de act. & obli. c. ✝ quia diuerſitatem de
conceſ. præb. Bar. in. l. ij. in. §. ſi ff. ſi quis cau. & in. l. ſi
ut certo. §. ſed interdum. ff. commo. quem omnino ui-
deas, admonet enim aduocatum in forenſibus diſcep-
tationibus. Alex. in conſi. lxxiiij. col. fi. uer. quarto cō
firmatur lib. vj. nā ſi in culpa aliquo ex prædictis mo-
dis nautam finxerimus, & tamen caſus eueniſſet etiā
culpa exiſtente quæ caſui cauſam non dediſſet, nauta
non teneretur, ut eleganter notauit Pau. de ca. ex. l. ſi.
in. §. ſi ea conditione. ff. ad. l. rhod. inquiens limitat iſte
§. omnes leges dicentes quem teneri de caſu quando
culpa præceſſit, ut. ff. com. l. in reb. & l. ſi ut certo. §.
ſed interdum quia intelliguntur quoniam caſus eue-
3 nit propter culpam qui alias non eueniſſet, ✝ ſubdit
uerum eſſe etiam ſi culpa in faciendo admitteretur dū
modo in delictū non cadat. hæc ille qui citat. l. ſi alius
in. §. eſt & alia. ff. quod ui aut clam. l. is qui. ff. de act. &
obli. addo quod idem inquit Pau. conſi. cxxxvj. colū.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ij. uiſis, & cōſideratis omnibus ſuperius enarratis uol. j. & idem Pau. in materia de qua agitur ex facto conſultus idem reſpondit ut patet in conſi. cccclxxj. uiſo &c. eadem par. Alex. in. l. ij. §. quod diximus nume. 6. ff. ſi quis cau. & uidebis Dec. in. c. ex ratione nume. 19. extra de appel. & Lau. ſylua in trac. de feu. recog. qo. lxxxj. nume. iij. to. vij. & ſecundum prædictas auctoritates primo loco relatas concludendum puto, quib. addes Dec. in reg. contractus in fi. ff. de reg. iu. & Aymo. conſi. viij. paulo ſupra relato.

# QVINTA PARS.

1 *Nauta ſi cum ad nauigandum proſperior flatus inuitaret, uocatis loci publicanis obtulerit uectigal ſolitum ſecundum pondus mercium alibi eſtimatum, & publicani recuſauerint recipere, an ſi e portu diſceſſerit naui onuſta mercibus merces cecidiſſe in commiſſum dicantur.*

POSTQVAM quomodo deducenda, probādaque ſit culpa breuiter diſſeruimus complures quæſtiones prout in initio polliciti ſumus proponemus, & primo occurrit quotidiana illa quæſtio in qua eleganter quidem ex facto conſultus reſpondit Rapha. cuma. in conſi. v. non reuocando in dubium &c. Cum quidam nauta naui mercibus onuſta Venetias nauigaret, & in ipſa nauigatione portui alicui ſe applicuiſſet, uocatis loci publicanis obtulit eiſdem uectigal ſolitum ſecundum pondus mercium alibi æſtimatum, publicani uiſis mercibus recuſarunt accipere iuxta pōdera alibi æſtimata, & affirmantes merces maioris eſ-
1 ſe ponderis e naui receſſerunt. ✠ Nauta cum ad nauigandum proſperior flatus inuitaſſet e portu anchoram ſoluit, cumque a portu parum abeſſet uocatus publicanis acceſſit qui in commiſſum merces incidiſſe aſſe-



rebant. Defendit idem Rapha. & ſubtiliter, & eleganter nautam ex pluribus, & maxime quia profeſſus, & obtulerat ſoluere (ut ſupra) et ex ſolitis publicanorum factionibus pro quo. l. quantæ. ff. de publ. et quia parum proceſſerat, et a loco parum diſtabat, et uocatus iuit, ſubditque ubi ex facto nautæ res in commiſſum cadunt, uerum eſſe quoad res ipſius, domini enim rerum abſentes, et conſequenter iuris præſumptione ignorantes dominio rerum ſuarum minime intelligūtur priuati. l. cotem ferro in. §. dominus. ff. de pub. & ſi ſtatuto uel conſuetudine ciuitatis caueretur, quôd cuiuſcunque res ſint in commiſſum incidant non noceret forenſibus, et ignorantibus niſi huiuſmodi ſtatutū uel conſuetudo communiter in alijs locis uigeret adeo ut ignorantia prætēdi non poſſet, et cum nauta ſoluendo non eſſet, domini mercium ſoluto uectigali reſtituendi ſunt ad merces. ff. de eo per quem fac. erit. l. fi. in princ. & ibi notatur, probaturque optime. ff. quā. appel. ſit. l. j. in fi. & ibidem glo. et Bar. facit etiā quod notatur. ff. ſol. mat. l. ij. §. quod ſi in patris in glo. ſuper uerſi. ſui iuris, et de leg. j. l. plane. ij. §. j. hactenus ille. Ad quæ uide Bertac. in trac. de gab. in. vij. q. princ. nume. v. et in ultima parte nu. 7. et ſeq. nu. 13. et ſeq. & ad id quod de reſtitutione in integrum ait uide quę apud Bar. notanter in citat. l. cotem ferro in. §. dominus ſuper uerſi. ſtatuto cauetur.

1 *Nauta an poſſit eſſe teſtis in cauſa domini.*

ITEM quæritur an nauta poſſit eē teſtis in cauſa dñi, Nic. boe. dec. lvj. in fi. & ſimiliter &c. refert Anto. baue. in. §. pater numero. lij. inſti. de teſta. ſenſiſſe teſtimonium dicere non poſſe, & motum autoritate Baldi in conſi. cccxxxvi. punctus infraſcripti conſilij uol. ij. cuius ſententiam improbat per. l. quoties. C. de nauf. lib. xj. et. l. conſenſu. C. de repub. ſubdens Bal. non loqui in nauta ſed in alio ſubdito, ego uero conſi. Bald. ſub cita. nume. non reperi, et reſpondendum puto ad

Universidad de Deusto Biblioteca



probandum naufragium nautas admitti, et idoneum eorum teſtimonium eſſe dubitari non poſſe, cum id clare ca.l.quoties caueatur, et ex ca.l.habes in magiſtris nauium pleniorem eſſe ſcientiam in qua.l.& Dynus, et Bar.reſpondere generaliter nautas idoneos teſtes eſſe ad probandum ea quæ in naui geſta ſunt, et uera eſt eorum ſententia cum non facile eorum quæ in naui geruntur per alios ſcientia haberi poſſit.l.con ſenſu.C.de rep.quas leges eleganter declarauit Soci. in conſil.xvij.ſupra dicta cauſa &c. intelligendas ubi exercitori, et domino nulla poteſt culpa aſcribi quare alios non adhibuerit, fueritque caſus in quo non potuerit alios adhibere, uel communis conſuetudo ſit uiatorum prudentum quòd ſuper eo quo deponitur alii non adhibeantur. Cum enim uerſamur in his quę nõ poſſunt probari niſi per nautas contra extraneos teſtimonium eorum eſt legitimum. Adde quæ ſcribit Fely. in.c.in literis nume.8.extra de teſti.et uide Alex.conſilio.cxlviij.in cauſa appellationis in ſi col.ij.uerſic. nec obſtat ſi diceretur uol.v. Addo etiam ad.l.quoties aliquas ex limitationibus cumulatas per Granſ. in cõſilio.xlv.aptari poſſe in illa regula teſtes inhabiles admitti ubi aliter ueritas haberi nõ poteſt, de qua in ſexcentis locis doc.noſtri ſcripſere ſufficiat grammatici citatum conſilium auctoritatibus ſatis refertum.

1 *Mercatores ſi nautæ ſarcinulas ligatas ſeu ſignatas tradidere, & uel apertæ uel reſignatæ reſtituũtur quibus remediis mercatoribus iiſdem dominis conſulatur relatiuè.*

VVLGARIS eſt illa quæſtio ſi mercatores nautæ ſarcinulas ligatas, ſeu ſignatas tradidere, et uel apertæ, uel reſignatæ reſtituuntur, quomodo quibusue remediis mercatoribus iiſdẽque dominis conſulatur, de qua uide Bar.in.l.in actionib.circa ſi.ff.de in litem iu. et eundem qui tamen aliter loquitur in.l. uni.ff.furt. aduer.nau.et in.l.j.in.§.ſi ciſta, ubi etiam Bald.ff.de po.et in.l certi iuris nu.ij.C.loc.Iaſ.in.l.ſi quãdo nu.



48.& ſeq.C.unde ui, & eun.in.l.in actionib. nu.39. & ſeq.ubi, & plenius, & melius ſcripſit. & latiſſime omnium præcep.meus Pau.par.tractat reſponſorum.li.j. ſub nu.74.inficiari, qui reſpondit in facto mercatoris, & quidem quotidiano, & uidebis eun.in conſi.ſeq.ex quibus locis quid plerique probauerint, quidque receptum ſit facile colliges. quibus addes quod proxime ad materiam de mercatore ſeu numulario Par.;de pu. ſcripſit in trac.de ſind.in ult.q to.xiiij.& quæ Anch. ſcripſit.conſi.cclxxxvj.ex prædicta facti narratione.

1 *Nauta an cogi poſſit nauigare ueluti hoſpes hoſpitari.*

QVAERI poſſet an quemadmodum caupones, & ſtabularii poſtquam hoſpitium aperuere, & hoſpitãdi munus ſubiere hoſpites recipe regulariter cogi poſſunt ut notat Bar.in.l.j.§.j.ff.nau.cau.ſta.& in.l.licitatio.ff.de pub.& Bal.in auc.omnes peregrini.nu.4.C. com.de ſucceſ.& Cyn.in.l.j.C.de epi. aud. & de quo uidebis Anch.in conſi.clvij.ſummæ, & tex.in.l. uni. in.§.fi.ff.fur.aduer.nau.cau.in illis uerbis caupo, uel ſtab.repellere non poteſt iter agentes, ubi Bart.idem probat a cuius ſententia recedendum non eſt propter relata iuriſc.uerba quæ immutanda non ſunt, eodem modo nauta nauigare compelli poſſit, in qua facti ſpecie Par.de put.reſpondit poſſe, in trac.de ſind.in uerſ. aduocati nu.23.motus.l.cum nauargorum.C.de nau. li.xj.ſed iudicio meo propter publicum frumentũ publicasue ſpecies in ca.l.commẽdatur, & quod ratione publicę utilitatis receptum eſt ad priuatos trahendum non eſt.l.uni.in fi.C.de cad.tol.et quia ad ſummã reipub.nauium exercitium pertinet.l.j.§.ſi is qui nauẽ ff.de exer.unde ſi quis naues ſuas aliquot tit.a publi. neceſſitatibus quęſierit excuſare ſcire debet naues ipſas fiſco ſociandas.l.j.C.de naui.non excu.a publicarum.n.ſpẽrum trãſuectione, priuilegio, aut religionis intuitu naues ultra.ij.milliũ modiorum capaces excuſare nemo põt.l.iubemus.C.e.ti.quæ ẽ aduerbũ in ti.

Universidad de Deusto Biblioteca



c. de ſac.ſan,ecc.puto tamen ſententiam Par.de put.
defendi poſſe propter comparationem factam per iu-
riſcon.nautarum,cauponum,& ſtabulariorum in titu
lis.ff.nau.cau.ſtab.&.ff.fur.aduer.nau.& in caupone
clare probatur in ca.l.uni.ut ſupra diximus.Nec quiſ
quam putet grauius aduerſus eos hoc conſtitutũ,nam
in nautarum erat arbitrio ab initio huiuſmodi exerci-
tio ſe dedere,& hanc ſententiam puto etiam ex men-
te doc.nec tamen quiſquam ſit qui inuitis nautis labo
ret nauigare cum uix quidem ipſis uolentibus nauigã
tes improbitatem factioneſue eorum ferre queant.
Peſſimum enim eſt genus hominum.l.iij.§.ex hoc e-
dicto.ff.nau.cau.ſtab.

1 *Nauta ſi merces unius Marani archigubernio Cæſaris indicaue
rit, ut cæterorũ Maranorũ occultaret an cõtributioni ſit locus.*
2 *Incendium ſi ſit in uicinia,& arcendi incendij cauſa ne uage-
tur ignis unius uicini ædes interciſæ ſint quod damnum ab
omnibus uicinis ſit ſarciendum.*

SED nec eſt quotidiana illa quæſtio ſilentio præ-
tereunda. Imperatoria maieſtas Caroli V. Maranos
quos uocant peſſimum genus hominum cum religio-
nem,et fidem nunquam coluit iſta natio ab omnibus
imperii locis iam diu expulit,et oblatis pluries inæſti-
mabilib.muneribus,et conditionibus nõ ſolum reuo-
care recuſauit,uerum merces & res ipſorum omni dili
gentia per loca imperii perquiri, & inuentas proſcribi
edicto pub.mandauit finge igitur magiſtrum nauis o-
1 nuſta naui ‡ mercium Maranorum impetu uentorum
et fluctuum ad portum imperio ſubiectum,aduectum
uel inter nauigandum in archigubernium Cæſaris in-
cidiſſe,quod uel præſes prouinciæ,uel Archigubernius
præſentiens omnes merces auferre quæſierit, At calli-
dum magiſtrum nauis,ut perquirendi diligentius om
nes merces remoueretur cura,cuiuſdam tantum Ma-
rani merces indicaſſe,cæterorum uero merces quodã
colore occultaſſe,num Maranus qui merces perdidit,



iure petat contributione omnium damnum ſibi ſarci-
ri?quia merces ſuæ pro omnibus datæ ſunt,et quia ſuæ
manifeſtatæ ſunt cæterorum ſaluæ factæ ſunt, in pro-
poſita quæſtione reſpondi Pau.ca.in.l.j.ff.ad.l.rhod.
de iac.quæſtionem non abſimilem tractaſſe in qua le
ex facto conſultum ait,et eſt talis,cum quidam pluriũ
mercatorum merces certa mercede conſtituta in Gal-
liam exportaſſet,præſenſit certis de cauſis regem mer
ces auferre decreuiſſe, qua de re requiſitus ut merciũ
dominos indicaret,unius tantum domini res manife-
ſtauit,cæterorũ uero occultauit,idq; caute fecit,ne di
ligentius perquirendi cauſa præberetur,quo cõmento
res,ex ſententia ſucceſſit,unius.n.solũ merces amiſſæ
fuere,aliorum aũt ſaluæ factæ,qui merces perdiderat
contribui petebat, obiicitur uero amiſſarũ mercium
periculum ad ſe tantũ ſpectare arg.l.pignus.C.de pig.
ac.et.l.ij.in.§.ſi nauis in uer,quod uero prædones.ff.
ad.l.rh.de iac.reſpõdit Pau.contributioni locum eſſe
pp.d.l.j.& idem plenius probat in conſi.ccxx.propo
nitur in facto in.j.par.æquiſſimum nanq; eſt cõmune
detrimentũ fieri eorum qui pp amiſſas res aliorum cõ
ſecuti ſunt,ut merces ſuas ſaluas haberẽt.l.ij.§.æquiſ
ſimum.ff.ad.l.rho.de iac.et utrobiq; idem Paul.citat
Guig.qui dictis iurib.reſpondit ſi incendium ſit in ui-
cinia, ‡ et incendij arcendi cã ne uagetur ignis,uicino
rũq; ædes cõburat unius ædes interciſæ,et diruptæ sũt
damnũ domino ædiũ diruptarũ ab omnib. uicinis ſar
ciendum eſſe,cũ ſi interciſæ ædes non fuiſſent omni-
bus uicinis ignis nocere potuiſſet ar.ff.quẽad.ſer.ami.
l.ſi locus.§.ſi.ubi Flor.uide,et.C.de om.agro deſer.l.
quicunq; in fi.ff.ne quid in lo.pub.l.ij.§.uirrũ,& uide
l.ſi alius.§.eſt & alia ubi optima lex,& ibidẽ Bar.ff.qđ
ui aut clã.ſubdit idem eſſe in oratore alicuius ciuitatis
capto,& redẽpto,ut uniuerſi ciues ad cõtributionem
uocẽntur,de quo elegãter Bart.in.l.ſi ſeruus in.§.qđ
uero mandati.ff.de fur.& apud eũ Alex.tractauit, &
ſcdm Pau.ſniam in propoſita.q.reſpondendũ putari,
quibus adiicies Bal.conſi.441,quidã nominis in.iij.li.

Universidad de Deusto Biblioteca



1 *Exercitor quando ex his, quæ geſta ſunt cum magiſtro nauis, & recepta quando nauta reſtituere teneatur, & quando in exercitorem detur iudicium ex delictis eorum, qui in naui ſunt, relatiue.*

2 *Interpretatio ad.l.primam.in.§.magiſtrum. & l.fina.ff.de exer.relatiue.*

1 ✝ SCIO alienum non eſſe a propoſita materia di
ſputare quando exercitor ex his, quæ geſta ſunt cum
magiſtro, aut præpoſito naui, ( quem patronum nauis
uulgo appellamus ) & recepta quando nauta reſtitue-
re teneatur, & ex delictis eorum, qui nauigandi cauſa
in naui ſunt in exercitorem quando iudicium detur,
& his ſimilia. Sed quoniam ueteres Iuriſconſulti hæc
adeo eleganter, copioſe, ac appoſite tractarunt, ut uix
quicquam addi poſſe uideatur, ut patet ex titu.ff.&.C.
de exer.ff.nau.caupo.ſtabu.ff.fur.aduer. nau.caupo.
ſtabu.iuris interpretum loca quædam tantum addere
contentus ero. Bal.in rub.C.de exer.& inſti.qui quan
do, & quomodo exercitores per magiſtros nauis obli-
gentur.plene diſputat materiam hāc, & utilem, & opu
lentam, inquiens, & ad inſtitoriæ, ac exercitoriæ mate-
riam uidebis Alex.in conſil.xliiij.uiſo, & diſcuſſo.uol.
2 ij. ✝ qui.l.fi.de exer.ff.non ineleganter interpretatur,
Pau.ca.conſi.xx.in.ij.par.& in conſil.cccxlv.ſea.par.
Deci.in conſil.ccccx.in caſu.Pau.par.in conſil.xciij.
col.fi.uol.j.Et an ex delicto magiſtri nauis, ſeu nauta-
rum exercitor teneatur, & præcipue ad interpretatio-
nem.§.magiſtrum poſitorum.in.l.j.ff.de exerc. Vide,
quæ copioſe Matth.ab affl.notauit deci.lxxxij.dubi-
tatur an dominus nauis. Ro.cōſil.lxxiiij.& in materia
proxime dicta confugito ad Spec.in tit.de fur.uer.alia
quoque actio.Innoc. extra quod met.cau.c.ſuper eo,
Iaſ.in.l.in actionibus.nu.40.& ſeq.de in lit.iur. Nico,
boer.deci.lvj.& ſimiliter Alcia.in tracta.de præſump.
reg.iij.uer.xl.



1 *Nautæ, qui operas ſuas in nauis miniſterio præſtitit, an in ipſa nam tacita pro ſeruitio competat hipotheca.*

2 *Interpretatio ad.l.interdum.et.l.ſeq.ff.qui pot.in pig.ha.*

1 ✝ ET illud in dubium aliquādo uenit, num nautæ,
qui operas ſuas in nauis miniſterio præſtitit in naui
ipſa tacite pro ſeruitio competat hypotheca, & compe-
tere uidebatur. Mouet.l.interdum. ff.qui potio.in pig.
hab.in illis uerbis, ſi in rem iſtam conſeruandam im-
penſum eſt, & reliqua. Ruſus mouet Iuriſconſ.uerba
in.l.ſeq.huius enim pecunia ſaluam fecit totius pigno
ris cauſam, & paulo infra et ſi in cibaria nautarum fue
rit creditum ſine quibus ſalua nauis peruenire non po
terat. Si igitur mutuantibus in cibaria nautarum com-
petit hypotheca, fortius ergo & nautis, cū ab ipſis nau-
tis nauis conſeruetur.aut.multo magis.C.de ſac.ſanc.
eccle. Contra uero, quia certi ſunt caſus in quibus taci
ta inducitur hypotheca, & qui exprimuntur in titu.ff.
&.C.in quib.cau.pign.taci. contr. inter quos caſus de
quo quæritur non eſt enumeratus, nec legi aliquem id
dicētem, & præſertim Neg.in trac.de pig.in.iiij.mem.
ij.par.non enumerat. Dicendum eſt ergo tacitam eis
non competere hypothecam, & hoc argu. uidetur uti
Iuriſcon.in.l. patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui, uel
alie.iur.& in.l.obligationū ferē.in.§.placet.ff. de acti.
& obliga.facit tex.in.§.actionum.inſti.de actio.& hoc
met arg.utitur Aymon in conſi.vj.nu.xcvij.& in ma-
teria propoſita idem Neg.ubi ſupra ſub nu.ccxj. & cū
leges non dixerint, nec nos dicemus.l.ſi ſeruum.§.nō
dixit prætor.ff.de acqui.here. Si enim uoluiſſet, expreſ
ſiſſet.l.uni.§.ſin autem ad deficien.ff.de cadu.tollē. &
ſcribit Deci.in conſi.cccexlij.num.8. & hæc ſententia
ex his, quæ ſcripſit Bal. confirmari poteſt in.l.certi iu-
2 ris.nu.7.C.loca. ✝ Eſt & pro hac ſententia conſideran-
dum.l.interdum.& ſeq legem procedere in mutuante
ad refectionem nauis, edificiue, ſeu rerum, ut faluæ fi-
ant, & probatur in.l.j.ff.in quib. caſib.pig. taci.contr.
& ſcribit Alex.in conſi.ccxvij.nu.2.uolu.vij.quod eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca



ultimum. & Neg ubi ſupra ſub num 102. & leges illas locum habere in mutuātibus ad reficiendum, non autem ad faciendum, ut ſcribit Accur. ibidem in glo. fi. & Deci. in. l. creditor. ff. ſi cer. peta. Nec mutat, quòd contra hanc ſententiam diximus a nautis naues conſeruari, et ſi nautæ ſaluam nauim faciunt, & mutuantibus in cibaria ipſorum hypotheca conceditur, ergo multo magis nautis, quoniam non ipſorum cauſa eſt conceſſa hypotheca, ſed cauſa inſpecta in quam itur in creditum, quod ſi quis abſurde a nobis ita conſtitui putet, cogitet longe abſurdius eſſe, ut fabris, qui domus faciunt, ſeu reficiunt, denegetur tacita hypotheca, cū ipſorum operis edificia conſeruentur, argu. l. iij. in uer. niſi forte. ff. nau. cau. ſtabu. & hanc ſententiam puto uerā, licet ſecundum priorem ſententiam obſeruatum uiderim. Res autem inuectas pro uectura nauis tacite obligatas eē, certi iuris eſt, ut dicemus in trac. de nauibus. uer. illud etiam notum eſt. & nautis alias actiones non denegamus. iuxta. l. primam. in. §. non autem. ff. de exer.

# *VLTIMA PARS.*

1 *Nauta quibus actionibus conueniendus ſit, relatiue.*
2 *Electio datur dominis mercium agendi, uel contra magiſtrum nauis, uel dominum, iuxta propoſitionis legem.*
3 *Merces ubi ſunt amiſſæ, uel deteriores reddita culpa nautæ actio conductoribus datur, uel contra magiſtrum nauis, uel dominum nauis.*
4 *Dominus nauis ſi culpa nautarum condemnatus ſoluerit, ab eis poteſt repetere.*



1 NOVISSIME quibus actionibus agēdum ſit, breuiter uideamus, † & ex uariis, & diuerſis figuris factorū, & cauſarum uarie, ac diuerſis modis agendum eſt, ſecundum ea, quæ retulimus in. iij. parte huius trac. et paulo ſuperius in uer. ſcio alienum. ubi complura iuris interpretum loca citauimus, & præſertim Spec. in tit. de fur. uer. alia quoque actio. in quo loco libellum concepit in actione, quę ratione furti datur in nautam ſi a nauta, uel aliquo homine libero cuius opera utatur, ſeu eius familia furtum factum fuerit, et in actione in factum ex illo ædicto nau. cau. ſtab. aſſumes etiam, quæ dicemus infra in ult. par. tract. de nauib. ad hunc enim locum ualde pertinent. In exercitoria autem illud diſpice, an is, qui nauem exercet in poteſtate ſit. iuxta. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exer. et uidebis Paul. par. in conſi. xciij. uolu. j. dicendum uidetur. Et dic, ut eleganter Iuriſcon. proſequitur in. l. j. et ſeq. ll. ff de exer. qui additione non eget. et ſolum addam loca quædam quæ in citato uer. retulimus.
2 † Et illud dn̄is mercium electionem dari, uel contra magiſtrum nauis, uel dominum, iuxta præpoſitionis legem, et hoc amplius, licet præpoſitio certam legem det contrahentibus. l. j.
3 §. igitur præpoſitio. ff de exer. † Nihilominus ubi merces ſunt amiſſæ, uel deteriores redditæ culpa nautæ actionem dandam puto, et aduerſus magiſtrum nauis, et dominum nauis, et in poteſtate, ac manu conductoris eſſe aduerſus quem uelit experiri, ut enim ex quaſi maleficio tenetur exercitor propter dolum, uel furtū, ut in tit. ff. nau. cau. ſtab. et titu. ff fur. aduer. nau. et in §. item exercitor. inſti. de obliga. quæ ex quaſi delic. et ſecūdum plene notata per Matth. ab affli. et Nic. boe. in citatis deciſioni. Ita et pari modo ex culpa, quoniā, ut illud ſtatutum eſt, quia culpæ reus eſt exercitor, qui opera malorum hominum utitur. d. §. item exercitor. et. ff. fur. aduer. nau. l. j. §. penul. et. l. j. §. familiæ. ff de publi. et. l. ſi ſeruus ſeruum. in. §. proculus. ff. ad legem

Universidad de Deusto Biblioteca



aqui. item ſimili, & eadem ratione dominus nauis teneri debet ſi minus idoneos miniſtros in naui poſuerit. l. utique. §. culpæ. ff. de rei uen. pro qua sententia facit tex. in. l. j. in. §. magiſtrum nauis. ff. de exer. in illis uerbis, exercitor curare debet nautas culpa, et dolo carere, et qui nautas minus peritos in naui ponit ſibi imputare debet ut eo. loco dicitur. et ea. l. §. non autem, idque admittendum eſt propter neceſsitatem atq; nauigandi utilitatem, et ne conductores decipiantur argu. eiusdem. l. §. magiſtrum autem, et hæc ſẽtentia cõprobatur ex. l. quemadmodum. §. ſi nauis iuncta gl. in uerbo Gubernatorem et his quæ Flor. ibidem ſcripſit ff. ad l. aqui. et ex. l. j. §. eſt autem nobis electio. ff. de exer. facit. l. licet in. §. poſſumus. ff. nau. caup. ſtab. nec quemquam moueant. l. j. ff. de præs. uerb. et. l. itẽ quęritur in. §. ſi magiſter. ff. loc. vbi iuriscon inquit in magiſtrum dari actionem quoniam non negat iuriscon. etiam aduersus dominum actionem dari, et minus ẽt moueat. §. igitur præpoſitio in initio citatus quoniam hoc eſt ex culpa domini qui imperitos adhibuit, et minus idoneis eſt usus nautis ex qua proponendo conſequenter tenetur. Plane ſi ex nautarum culpa domi-
4 nus ꝗ condemnatus ſoluerit ab eis poſſet repetere, et ita Aret. poſt Io Fab. respondit in. §. item exercitor nume. iij. inſti. de obli. quæ ex quaſi delic. idque argu. l. ſi colonus. ff. de aqua plu. arcen. et. l. ſi uero. §. cum aũt. ff. de his qui deic. quæ sententia et uera, et probabilis eſt, et pro qua. l. licet in. §. poſſumus supra relata. exercenti autem nauẽ aduersus eos qui cum magiſtro cõtraxerunt actionem non dari clari iuris eſt, sed aut ex locato cum magiſtro ſi mercede operam ei exhibeat, aut ſi gratuitam mandati ager poteſt. l. j. §. eſt autem nobis. ff. de exer.

FINIS TRACT. DE NAVTIS.



# CLARISS. IVRIS. CONSVLTI BENVENVTI STRACCHAE ANCONITANI DE NAVIBVS TRACTATVS.

## EPITOME.

1 *Nauis exercitium utile, & neceſſarium eſt, & ad ſummam reipublice pertinet.*
2 *Nauis appellatione omnia nauigiorum genera continentur.*
3 *Sinedria genus nauis ſpaciundi cauſa facta.*
4 *Naues embiractæ ebipate ſeu embatæ quæ ſint, & declaratur. l. i. in. §. quædam. ff. de exer.*
5 *Statutum in naui, & in nauicula locum habet.*
6 *Nauis maritima eſt rates fluuiatilis ſecundum Accurſium quod reprobatur.*
7 *Nauigium generale uerbum eſt quod & pro nauigatione ponitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

# DEI OPT. MAX.

## IMPLORATO AVXILIO.

### DE NAVIBVS.

POSTQVAM de nautis uidimus,
bene eſt, ut noſtra diſputatio iam ad
naues referatur ( ut in initio polliciti
ſumus. ) Non enim exiſtimes uelim
me de inuẽtoribus nauium, ipſarum-
que generibus, partibus, armamentis,
materia conficiendarum nauium, eorum, qui in naui
ſunt uocabulis, & aliis huiuſcemodi uerba plene factu
rum, ſed quædam, quæ in iure noſtro sparſim haben-
tur, breuiter tractaturum, & præcipue quæ ad utilitatẽ
pertinebunt. Sunt enim qui iam dicta dilgẽter, ac ele-
1 ganter tractarunt, quos ſi malueris, legito. ✝ Admonet
nos, quia nauis exercitium utile, & neceſſarium eſt, &
ad ſummam reipub. pertinet. l. j. in princ. &. §. ſi is qui
nauem. ff. de exer. ac naues ipſas ad mercaturam exer
cendam neceſſaria inſtrumenta eſſe, nemo eſt qui ne-
ſciat, & hac diſpoſitione, ſeu hoc ordine procedẽdum
duximus.

Primum enim de ſignificatione uocabuli, uariisque
nauium generibus breuiter diſputabimus.

Deinde multa, & uaria ad naues pertinẽtia permixte
referemus, quæ quoniam breuia in ſeparatis ſedibus
non putauimus eſſe collocanda.

Tum de locationibus, nauiumque conductionibus
ſeparatim differemus.

Nouiſſime de libellis, actionibusque nauium cauſa
competentibus quàmbreuiſſime uerba faciemus.

2 ✝ Inſcripſimus de nauibus, ſub quo uocabulo om-
nia nauigiorum genera contineri diximus, & probaui-
mus ſupra in tracta. de ſponſionib. in illa parte in qua
quæſtiones ſubiecimus. uer. item quæritur Alexãder.



Licet non me lateat nõnullos ex Græcis autoribus in-
ter naues, & nauigia differentiam autoritate Ariſtotelis
conſtituiſſe, ut nauigia quidem rotunda, illæ autem re
migabiles, & militares, ſed in iure noſtro non eſt rece-
ptum, idque liquet tum ex autoritatibus citatis in lo-
co proxime adducto, &. l. j. in. §. ait prætor. ff. de flumi.
tum ex. l. ij. ff. de capti. & poſtli. reuer. ubi Iuriſcon. in
hæc uerba, nauibus longis, atque onerariis propter
uſum belli poſtliminiũ eſt, non piſcatoriis, aut ſi quas
actuariis uoluptatis cauſa parauerunt. Item in titu. de
exer. l. j. §. magiſter. uer. nauem ait accipere debemus,
ſiue maritimam, ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo ſtagno
3 nauiget, ſiue ſynedria ſit. ✝ Eſt enim genus nauis ſyne
dria, quę ſpaciandi cauſa facta ſit, & in qua ſint ſedilia,
& licet ibidem Bud. loco ſynedria ſchedia legat, & ait,
ſchediam eſſe nauigium temere factum, & incõditum,
ut trabes connexæ, & in fabricam compactæ, quæ ui-
cem nauigii præbent. Ego uero Alciato aſſentior, qui
uerbum legis non immutat. Item in ead. l. in. §. quæ-
dam Iuriſcon. ait, quædam naues onerariæ, quædam
4 ( ut ipſi dicunt ) emphatę ſunt. ✝ Quem locum etiam
obiter ſcias a Budeo reſtitutum, ut loco emphatæ ebi-
patæ, ſeu embatæ legat, quaſi uectoria nauigia, & na-
ues, quæ uectoribus traiciendis aptæ ſunt, ſed melius
legendum puto emphractæ. ſunt enim naues tectæ a
uerbo græco ἐμφράττω obturo. Vide in dictionario
nuper reſtituto in uer. emphractæ. & Nico. boer. deci.
clxxvij. nu. 16. & uidetur. Et addes Alcia. in parerg. lib.
j. c. xliij. ubi quid ſignificet uerbum epibates declarat.
Ex quibus habes uerbum nauis, ut generale merito
electum eſſe. Vnde Bal. in. l. j. in. §. de exercitoribus. ff.
5 nau. cau. ſtab. ✝ ſtatutum in naui, & in nauicula locum
habere reſpõdit, quod & Aſten. probat in trac. de con.
decre. ſtat. in uer. nauis. & uide. l. ſcapham. ff. de euic.
&. l. uulgaris. in. §. ſed & ſi quis. ff. de fur. ubi Iuriſcon.
de naui uinaria meminit. Et prædicta ad complures iu
ris articulos aptare poteris, & uide quæ ſcripſimus in ci
tato loco de ſponſionibus, & quæ ad hunc locum atti

Universidad de Deusto Biblioteca



6 nent illinc aſſumes. ✝ Nec me latet Accur. in.l.ſolent, ff.de feriis.ſenſiſſe nauem maritimam eſſe, ratem uero fluuiatilem, cuius ſentẽtiam non probo, quoniam uerbum nauis generale eſt, & tum quia eſt contra dictas leges, & maxime.l.j.in.§.magiſtrum.ff.de exer.in uer. nauem. Tum maxime, quia rates propriè dicũtur connexæ, & recte compactę inuicem trabes, quæ per aquã trahuntur, de quo uerbo crebra eſt mentio in titu. de incen.rui.& nauf.ex quibus legibus in tit.prædicto ſatis id uerum eſſe liquet, & ratibus in fluminibus nos uti ſolere, quod & uerum eſt, unde ratiarius de quo in l.qui ratiario.ff.de pigno.actio.

7 ✝ Nauigium etiam generale uerbum eſſe nemo ambigit, quod & pro nauigatione aliquando accipitur, ut in.l.qui Romæ.in.§.calimachus.ff.de uerbo.obliga. & in.l.cum proponas.C.de nauti.fœno.& in.l.j.in.§. ait prætor.& in prin.ff.de flumi.in illis uerbis, Nauigium pro nauigatione poſitum eſt, imo nauigium ſolemus dicere etiam ipſam nauem, & nauigii appellatione etiam rates continentur.



# *SECVNDA PARS.*

1 *Nauis partes quæ ſint.*

2 *Priuati naues habere non prohibentur exceptis ſenatoribus, & qui prouinciam ad miniſtrant in ea nauim fabricare non poſſunt.*

3 *Naues ſub titulis alienis ſeu inſignibus, ut neceſsitates publicas euitent excuſare non licet ſub pœna proſcriptionis earum.*

4 *Anconitani ciues qui in maginarias emptiones pecudum forenſium faciunt, ut a publicis oneribus ſubtrahant damnantur, & quod pecudes ſint publicandæ.*

5 *Lex plerique.ff. dei in ius uocand. quod in naui et iam locum habeat.*

6 *Nauis paratur, ut nauiget, & naui ſiue alia re ſocius ſocio inuito uti poteſt ſi utiliter agit.*

7 *Nauis ſi ſit plurium, & non conueniant in eligendo magiſtrum preferetur is qui magis idoneum elegit.*

8 *Nauis ſeu alterius rei ſi duo ſint domini, & refectione res egeat, alter negligens eſt in reficiendo ſi alius communi nomine refecit, et ceſſans intra quattuor menſes ſumptus erogatos pro portione non reſtituit cum uſuris centeſſimis qui reficit ius dominij obtinet.*

9 *Nauis ſi diſſoluta, & refixi, & iiſdem tabulis compacta uel refecta ſit an eadem uel alia nauis dicatur.*

10 *nauis ſi ex alienis tabulis refecta uel facta ſit an maneat facientis ſeu reficientis, & quid ſi ex aliena materia.*

11 *Nauis ſi tempore quo recedit ex aliquo loco aget refectionem, & cum ad deſtinatum locum peruenit tantundem, & medio tẽpore quo nauigauit refectione indiguiſſe præſumitur.*

12 *Naui empta cum inſtrumentis ſcapha non debetur, & publicã naui ſcapha non cenſetur publicata.*

13 *Nauis traditio ex conſequenter nauis dominium quibus modis tranſlatam dicatur.*

14 *Naui quadam exercuit titius artem piraticam uendidit deinde eandem nauim nũ his qui deprædati fuerunt a titio cum dicta naui aliquo iuris remedio conſuli poſſit aduerſus nauis emptorem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

15 *Nauis ſeu res alia inanimata non delinquit.*

16 *Piratæ res licet unicuique occupare, quia hoſtibus comparantur, et ſunt ipſo iure diffidati, et quomodo intelligatur.*

17 *Bona delinquentis ſunt tacite obligatæ ad ſatisfactionem de iure pontificio, et quomodo procedat.*

18 *Emens ſeu redimens nauim a piratis, et latrunculis exteræ gentis precium, quod ſoluit a domino recuperare poteſt.*

19 *Scapha quæ exonerandæ nauis cauſa fuit onuſta mercibus ſi ſūmergatur non eſt locus contributioni contra uero ſi nauis pereat, et ſcapha ſalua ſit.*

20 *Naui ſeruitus imponi nequit, ut ſemper merces alicuius deferat. conuentio tamen iure pacti, et perſonalis obligationis circa id defenditur.*

21 *Nauim uenalitiarum merciū perforās aquilia actione tenetur.*

22 *Nauis tua ui fluminis in agrum meum delata tolli non poteſt niſi de præterito quoque damno caueatur.*

23 *Naues omnes ſua habent uocabula, et quare.*

24 *Inſtruentes, et docentes hoſtes in fabricandis nauibus capite plectuntur.*

25 *Nauium, et plauſtrorū præſtationes inter regalia annumerātur*

26 *Nauis ſi tempeſtate ad portum relata ſit ſeu ſi hoſtium uel piratarum timore portui ſe applicuerit, quod uectigal non debeatur, et circa. l. cæſar. ff. de publi. quædam alia.*

27 *Nauis diuiſionem non patitur, et locus caſſelij refertur ac quintum Fabium labeonem damnatum qui naues ſecuit diuidendo cum rege Antiocho.*

28 *Promittēs per ſe nauim fabricare per aliū faciens nō liberatur.*

29 *Sylua ſi pignori data ſit nauis ex ea constructa non intelligitur pignori ſubiecta.*

30 *Prohibitum ſi ſit uendi, et exportari lignum an ſit prohibitū uendi, et exportari nauim.*

31 *Laudemium ſi debetur regi ex uenditione rerum immobilium, quod non debeatur naui uendita quoniam inter mobilia non autem immobilia annumeranda eſt.*

32 *Extranei ſi lege municipali acquirere immobilia prohibentur. non cenſentur prohibiti naues acquirere.*

33 *Naues ex portu dimittendæ non ſunt niſi nauclerij deponant in quam prouinciam ſunt profecturi.*



HABENT & naues quaſi mēbra ſua
ueluti gubernaculum, malum, anten
nas de quibus in. l. ſcaphā. ff. de euict.
& in. l. malum. ff. de uerb. ſig. & de ar
1 mamentis ✝ nauis uide. l. marcellus
in. §. armamenta. ff. de rei uend. & ad
de ad prædicta. l. naue. ff. de euict. &
Bud. in. l. ij. in. §. j. ff. ad. l. rho. de iac. & l. expugnatur
ff. de incen. rui. & nau. quæ ſcire expedit tum propter
ea quæ in citatis. ll. habentur, tum etiam ut intelliga-
mus quæ ſint partes nauis, & in notabili quæſtione ex
his argumentum ſummit Soc. ut poſſeſſio nauis tradi
ta cenſeatur conſi. lv. nu. v. & viij. uol. iiij. uiſo inſtru-
mento.

Et ſciendum eſt priuatos naues habere nō eſſe pro
hibitum, ut in. l. j. C. de naui. non excu. lib. xj. ſenato-
ribus enim tantum ex. l. iulia repetūdarum naues ha
bere non licebat ut dicit iuriſcon. in. l. his qui naues.
2 ff. de uaca. & exc. mu. ✝ & in eadem prouincia in qua
quis adminiſtrabat nauem edificare prohibebatur. l.
aufertur in. §. quod a præſide. ff. de iure fiſ. uerum il-
lud mercatores non ignorēt quòd licet imperator pri
uatos naues habere non prohibuerit, ſi tamen nomi-
nibus, & titulis alienis, ſeu inſignibus naues proprias
excuſare uoluerint ut publicas neceſſitates euitent na
ues ipſas fiſco proſcriptas intelligi, ut probatur ea. l. j.
C. de naui non excu. quam. l. ualde nota, & uide Mar.
Lau. in trac. de fiſco. q. clxx. & Franc. luc. in eo trac. de
fiſco par. ij. nu. ix. to. vj. Vidi enim plerumque naues
mercatorum ſub potentiorum titulis, & inſignibus fal
ſo nauigare idque præcipue ex eo mercatores faciunt
ut publicis non ſubſint oneribus. & quam. l. primam
in nauibus loquentem ibidem Bar. generaliter intelli
git in qualibet re quæ ſubtrahitur a publica neceſſi-
tate, & inducit contra comitatenſes qui ſub titulo ci-
uium rem aliquam eius procurāt, ut oneribus res em-
4 pta non ſubiiciatur, ✝ & tu poſſes inducere contra ci-
ues Anconitanos, qui pecudum forenſium imagi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



narias emptiones contra decreta Anconitana faciũt,
ut pecudes ipſas a publicis oneribus ſubtrahant, ſunt
enim pecudes publicãdæ. quæ adeo uera ſunt, ut nec
religionis intuitu, & ſic naues eccleſię a publicis utilita
tibus excuſentur. l. iubemus. C. eo ti. quæ. l. eſt ad uer
bum ſub tit. C. de ſacr. ſan. eccle. adde quæ infra dice
mus uerſic.

5 ✝ Item ſciendum eſt quod legitur in. l. plerique. ff.
de in ius uoc. & in regula nemo de domo ſua. ff. de re
gu. iur. inuitum domo ſua extrahi neminem poſſe cũ
ſit tutiſſimum refugium, & receptaculum, & in naui
locum habere receptum eſſe, ut ſcripſit Alb. de roſ. in
l. pen. in. §. fi. ff. de his qui deie. idque ex eo probatur
quod Bal. inquit in. l. certi iuris col. ij. nu. vij. C. loca.
nauim urbano prædio, & non ruſtico comparatam
eſſe de quo uide late per Vero. in tra. de ſer. urb. præ-
dio. c. xj. col. j. uer. quid de naui, Neg. in tract. de pig.
in quarto memo. ij. par. prin. nu. 169. & uide Iaſ. in cita
ta. l. plerique & in. l. quominus nu. 115. ff. de flumin. in
quo loco codex Iaſo. mendoſus habetur cum contra
Bal. referat, Adde eun. Iaſ. & Alex. in. l. inter ſtipulan-
tem in. §. ſacram. ff. de uerb. obli. & licet aliter ſenſerit
Ro. in. l. j. in. §. domini appellatione. ff. ad ſille. motus.
l. j. in. §. ſi quis de naui. ff. de ui & ui ar. ego tamen Al-
be. & cæteris aſſentior, & in eadem opinione eſt Deci.
in citata regula nemo de domo ſua. & reſpondet ad
§. ſi quis de naui illud eſſe, quoniam iterdictum illud
ad res ſoli pertinebat, & inſcriptum erat. Cuius reſpõ-
ſum probabile eſſe demonſtratur ex ea. l. j. in. §. hoc in
terdictum conſiderando principium uerſi. & generali
ter, & uerſi. plane et alias leges. ff. de ui, & ui arma. nõ
tamen omitto quod Nico. boe. q. clxxvij. ſub nu. 7. in-
quit interdictum illud contra deiicientem de naui nõ
competere, nam quidam dicunt maritima caſtra eſſe
claſſem, dicuntque alii nauibus ſe uti quaſi aquatico
elephanto quem ſuis frænis moderantur, & uide quæ
late circa prædicta ſcripſit And. tiraq. in co. de utroq;
retrac. pag. c. numero. 89. & ſeq. & quæ nos in hac ipſa



parte dicemus in pen. quæſtio.

Illud clariſſimi iuris eſt nauigatum nauim mitten-
6 dam licet naufragii periculum ſit. ✝ Nauis etenim ad
hoc paratur ut nauiget, gloſ. in. l. ſi nauis. ff. de rei uẽ-
di. & iuriſ. inquit in. l. utiq; in. §. culpa. ff. de rei uen.
in. l. arboribus in. §. nauis. ff. de uſufr. ex quibus uer-
bis ſumpſit argumentum Accur. ſocium inuito ſocio
reus communem ad uſum inquem parata eſt uti poſ
ſe, & ego fingo tibi quæſtionem duos eſſe dominos na
uis, alterũ uelle congruo tempore ad nauigandum ip
ſam nauim nauigatum mittere, alterum uero malle in
portu permanere, & pręferendum illum exiſtimo qui
rem ad uſum paratam uti uelit, et utiliter agere recuſã
te ſocio, ut tradunt Bar. & Pau. in. l. hæc diſtinctio. §.
cum fundum. ff. loc. & idem Bart. in l. ſerui electione
§. labeo. ff. de leg. j. ubi latiſſime Iaſ. et doct. ſcribunt
in. l. duo fratres. ff. de acqui. hære. & uide quæ haben-
tur in. l. ſabinus. ff. comu. diui. Adde Iaſ. qui Bart. ubi
ſupra comendat in. l. quominus nume. 159. ff. de flum.
& late et eleganter idem Iaſ. ſcribit in conſi. xcviij. co
lum. ij. accedo, uol. j. & et copioſe Soci. in conſil. lviij.
in cauſa, per totum uolu. iiij. ex quibus auctoritatibus
habes ubi negocium eſt tale, ut ex parte expediri nõ
poſſit ſocium inuito ſocio, ſi utiliter agit, re communi
uti poſſe ad rem paratam facit tex. in. l. hæredes in. §.
ſi unus. ff. fami. herc.

Poſſe modo conuenire ſocios ut nauis nauiget diſ
ſentire tamen in magiſtro nauis et unum tantum uel-
7 le (nihil enim prohibet ✝ plures magiſtros nauis pro
poni poſſe) ſed ſibi domini, et exercitores præcaueãt,
ut admonet iuriſcõ. in. l. j. in. §. ſi plures ſunt magiſtri.
ff. de exer. alter enim imperito, et nauigatiõis prorſus
ignaro, & culpatæ forſan uitæ nauim uult cõmittere.
Alter uero ualentiſſimo nautæ, et honeſtæ famæ, pu-
to hunc præferendum qui peritiſſimnm nautã elegit
tum ex his quæ habenter in. l. nõ aliter ff. de uſu, & ha
bi. & Ang. in l. j. C. qui teſta. fac. poſ. et ibidem Iaſ. ſub
nume. 24. et Soc. ubi ſupra cõſi. lviij. quem uideas pro

Universidad de Deusto Biblioteca



pter naulum, ſeu uecturam nauis diſcordia durante,
tum maxime quia æquum eſt eum, qui magiſtrum na-
uis prepoſuit teneri, ut dicitur in. l. j. in prin. ff. de exer.
& ſibi imputare debet, qui minus idoneũ impoſuerit.
Naues plerunque refectione egere, nemo eſt, qui ne
ſciat, & innuit Iuriſcõ. in. l. ſi. ff. de exer. nec etiam lon-
go tempore durant, licet nouis tabulis reficiantur, ut
ſcribit Ang. in. l. foramen. ff. de ſerui. urb. prædio. Vn-
de proxime accedit ad propoſitas quæſtiones illa du-
8 bitatio. ✝ Duos fingito exercitores, ſeu eiusdem nauis
dominos, Alterum ceſſantem, & negligentem reficere,
Alterum uero nauim, quæ uitium fecerat, cõmuni no-
mine refeciſſe. Puto ſi intra quatuor menſes ſocius ceſ
ſans nummos pro portione erogatos cum centeſimis
uſuris non reſtituerit conſocio, qui refecerit ex oratio
ne Diui Marci reficienti ius dominii pro ſolido uendi-
care, uel obtinere decretum ſſe. l. ſi fratres. §. idem re-
ſpondit. uer. idem reſpondit ſocius, qui ceſſantis. ff. pro
ſocio. l. ſi ut proponis. C. de edifi. priua. quæ iura ſingu
lariter notanda inquit Are. inſti. de actionib. §. ſeques.
nu. 13. cõtra ſocium ceſſantem reficere rem cõmunem,
Si enim alter reficit, & ceſſans intra quatuor menſes
non reſtituit partem impẽſarum cum uſuris perdit do
minium ſuæ partis, & reficienti acquiritur. Probat, &
commendat ibidem Iaſon ſub num. 48. & Idem Iaſon
in repe. l. quominus. ff. de flumi. nu. 112. & in. l. creditor
nu. 7. ff. ſi cer. peta. Hoc idem placuit Veron. in tracta.
de ſerui. urba. prædio. in tit. de refec. rub. lix. uer. quar
to quæritur. ſubdens id ualde notandum eſſe, & uide
Mar. ſing. cclxix. mille.
9 ✝ Sed dubitari poſſet ſi nauis diſſoluta, & refixa, &
iiſdem tabulis compacta, uel refecta ſit, an alia nauis
dicenda ſit, uel eadem eleganter reſpondit Iuriſconſ.
in. l. inter ſtipulantem. in. §. ſacram. ff. de uerbo. oblig.
& in. l. quod in rerum. in. §. ſi. ff. de lega. in. l. qui res. in
§. aream. ff. de ſoluti. in. l. quid tamen. in §. in nauis. ff.
quib. mod. uſuſru. amit. Ex quibus iuribus habes, ſi na
uis ea mente reſoluta eſt, ut in alium uſum tabulę de-



ſtinarentur, ſi mutato cõſilio nauis reficiatur, nõ prior
nauis ſed alia dicenda ſit, quod uerum ſi carina nauis
diſſoluta, et mutata ſit, item uerũ ſi nauis penitus ſeu
in totũ uno contextu diſſoluta fuerit ſecus ſi per par-
tes diſſoluta, et per partes refecta tũc enim eadem na
uis dicitur, et adde Alex. in. d. §. ſacram ſub num. xj.
quæ nota ad quæſtiones quæ in legibus habentur, et
aliis aptare poteris, et adde ad prædicta philoſophicã
l. proponebatur. ff. de iud. et quæ plene Fel. ſcripſit in
c. cum acceſſiſſent nu. lvj. de conſti. et. l. mutius, & ibi
dem Bal. ff. de rei uend.
10 ✝ Item quæſitũ eſt ſiquis nauem ſuam ex alienis ta
bulis refeciſſet an nihilominus nauis reficientis mane-
ret? Et manere iuriſconſ. reſpondit in. l. mutius. ff. de
rei uen. contra uero ſe habet ſi ex alienis tabulis ad
uſum nauis paratis nauem quis edificaſſet, ſit enim na
uis domini materiæ, nam proprietas totius nauis cari
næ cauſam ſequitur, ubi uero quis ex aliena materia
finge cupſſu fecit tabulas, & ex tabulis edificauit nauẽ
nauis eſt facientis. l. ſed ſi ex meis. ff. de acqui. rer. do.
l. ſi conuenerit. §. ſi quis ſic cauerit. ff. de pign. act. quæ
iura a gl. & doc. hanc interpretationem receperunt, cu
ius rei ratio redditur quia altero caſu ad priorem, et
rudem materiam res reduci poteſt, altero uero nõ po
teſt. §. cum ex aliena inſti. de rerum diui. & nota obi-
ter in. l. mutius iuncta gl. uerbum nauis aliquando ac-
cipi pro tabulis in naui poſitis quibus etiam adiicies.
l. tigni. ff. de exhiben.
Et in materia refectionis non eſſe ſilentio prætereũ
dum duxi quod belliſſime Sig. ſcripſit in conſil. cxcv.
in quæſtione, ait enim ſi nauis tempore quo aliquo lo
co recedit refectione eget, et cum ad deſtinatum locũ
peruenit ſimiliter refectione egere patet, et medio tẽ-
11 pore ✝ quo nauigauit refectione induguiſſe præſumi,
citat. l. pe. C. de apo. pub. et. l. ſicut in. §. ſuperuacuum
ff. quib. mod. pig. uel hip. ſolui quod nota quia naues
plerunque uitium facere ſoleat, et merces oneratæ ma
defactæ, deteriores redduntur, et magiſtri nauium in-

Universidad de Deusto Biblioteca



tegras in locationibus promittunt;
Illud etiam clarum eſt, ſi nauim emiſti cum inſtru-
mentis ſcapham nauis tibi præſtandam non eſſe. Ete-
12 nim † inſtrumentum nauis non eſt. In mediocritate
enim non genere ab ea differt, & non uideri nauis eſſe
nec quicquam coniunctum habere iuriſcon. reſponde-
re. eſt enim per ſe parua nauicula. l. fin. ff. de fund. in-
ſtruc. l. ſcapham. ff. de euic. l. marcellus. in. §. armamen-
ta. ff. de rei uen. & ſcripſit Bal. in rub. quæ ſint rega. un-
de idem Bal. in. l. cum proponas. C. de nau. fœno. ſub
numer. vj. ſenſit publicata ſeu proſcripta naui ſcaphã
tanquam ſeparatam proſcriptam non intelligi. Cum
etiam in penis mitius, & Auguſtius procedamus, quod
Bertach. etiam probat in trac. de gab. in ulti. par. num.
xvij. his addes quod inquit Cicero de inuc. li. ij. uer.
definitio, lex eſt inquit qui in aduerſa tempeſtate na-
uim reliquerint omnia amittunto eorum nauis, & one-
ra ſunto qui in naui remanſerint, et reliqua. naſcitur
controuerſia ex ui nominis nam relinquere nauim, &
remanere in naui, et denique nauis ipſa quid ſit quæri-
tur, & illud in dubium uenit de eo qui in ſcapham cõ-
fugiſſet, & funiculo regeret, an nauim reliquiſſe cenſe-
retur.
13 Hic ſubiungi poteſt illa quæſtio quam de naui uen-
dita eleganter Soc. tractat conſi. lv. lib. iiij. uiſo inſtru-
mento, de eo enim quæritur apud eum cum ſolo em-
ptionis titulo dominium non transferatur ſed traditio-
ne. l. traditionibus. C. de pac. quibus modis nauis tra-
ditio, & conſequenter dominium translatum dicatur.
& ait ex propoſitione cuſtodum facta ab emptore uẽ-
ditore conſentiente, & animum ad transferendũ poſ-
ſeſſionem habente. l. quemadmodum. ff. de acq. poſſ.
& notant glo. & doc. in. l. iij. in princ. ff. de acqui. poſſ.
item ait ex appoſitione ſigni emptoris rei ſignatæ do-
minium transferri. l. quòd ſi neq; in fi. ff. de peri. & cõ.
rei uendi. quam. l. in. ij. parte latius declarauimus, ſub-
dit deinde ex traditione partis rei totam rem traditam
cenſeri. l. iij. ubi notatur. ff. de acquir. poſ. ſed uela, &



alia gubernacula ſine quibus nauis inutilis redditur
dicuntur pars. l. malum. ff. de uer. ſig. l. ſcapham. ff. de
euic. ex traditione ergo huiuſmodi rerum tanquã par-
tis nauis poſſeſſio dicitur tradita. probat ẽt arg. ſi trado
inſtrumentum in quo continentur res mihi donatæ il-
larũ rerum poſſeſ. uideor tradere. l. j. C. de don. & not.
in. l. iij. ff. de acq. poſ. eodem ergo modo ſi trado inſtru-
menta nauis ſine quib. eſt inutilis, & ſine his nauis du-
ci non poteſt. rurſus probat eo qđ Acc. ait in. §. interdũ
inſt. de rer. diui. ex traditione fræni, & ſellæ quibus du-
citur, et gubernatur equus dominium equi translatũ
cenſeri. ſubiicit deinde ſatis eleganter ſi nauis uendita
ſit in portu emptoris, & ſic in loco domini ſine traditio-
ne dominium transferri quia res dicitur eſſe penes em-
ptorem. §. uenditæ inſti. de rer. diu. comprobat deniq;
in eod. cõſil. ex alijs nauim traditã cenſeri, ſufficit ta-
men nobis q̃ ad rẽ pertinent breuiter retuliſſe, & his ad-
des Iaſ. in cõſ. clxx. co. iiij. uo. ij. de quo ſtari dicemus.
Cõmodiſſime etiã hic frequens, & quotidiano quæ-
ſtio tractari põt cum quidam per aliquos annos quadã
14 naui piraticam artem exercuiſſet complurium † mer-
catorum merces, & naues deprædatus extitit, uendi-
dit deinde nauimmet qua deprædationes, & direptio-
nes fecerat Amerigo. quæſitum fuit num mercatorib.
qui direptiones, & dãna paſſi ſunt conſuli aliquo iuris
remedio poſſit aduerſus Amerygũ piraticæ nauis em-
ptorẽ, ac detentorẽ, dicet aliquis. q. propoſitam hæſita-
15 tione probabili carere cũ nauim † delinquere nemo ſa-
ni capitis diceret. is. n. delictũ, et culpam admittit qui
rem poſſidet ut inquit Imper. in auc. de man. prin. §.
oportet, et Gan. in tit. de reb. non por. contra de. nu. 7.
nec. n. proprie dici poteſt deliquiſſe, aut damnum de-
diſſe ſeu feciſſe quod ſenſu caret. l. j. ff. ſi quad. pau. fe.
di. Cõtra uero mouet qđ Bal. Pau. et Sal. notarunt in
auc. nauigia. C. de fur. inquiunt. n. res piratæ unicuiq;
occupare, & deprædari licere nam hoſtibus piratæ cõ-
parantur, & ſunt ipſo iure diffidati facit auc. caſſa & ir-
rita. C. de ſacro ſanctis eccleſijs. et quod notatur in

Universidad de Deusto Biblioteca



c. j. de mili. uaſ. qui con. & in tit. hic finitur lex Cor. do
mino guerram in uſib. feud. Et propius ad rem, quod
17 idem Bal. ait in. l. furti. C. de fur. † Iure Pontificio oĩa
bona delinquentis ad ſatisfactionẽ tacite obligata cen
ſeri. arg. extra de ſepul. c. parrochiano. unde mercato-
res ad nauim tãquam tacite obligatam agere poſſe ui
debatur, idque uidetur Neg. in tracta. de pignor. in. 4.
mem. 2. par. prin. nu. 143. & ſeq. Sed nobis uerior ſentẽ-
tia Iaſo. uiſa eſt, qui in conſil. clxx. nomine magnifici.
&c. uol. ij. negat contra Amerygum nauis emptorem
agi poſſe, Quod enim dicitur bona piratarũ unicuique
impune apprehendere, & occupare licere intelligendũ
eſt, donec, & quouſque ipſorum ſunt piratarum, Qua-
litas enim adiuncta uerbo intelligi debet ſecundum
tempus uerbi cui adiicitur. l. in delictis. §. ſi extraneus
ff. de noxa. l. ſi titius. ubi Bar. ff. de teſt. mili. Vnde An-
ge. in. l. ſiue manifeſtus. in. §. tam diu. ff. de con. fur. ait
ſi lege municipali cauetur bannitum impune offendi
intelligendam eſſe ſi offenſionis tempore bannitus eſ-
ſet, & ſubiicit, quod diximus. arg. c. parrochiano. conce
dendum eſſe in hærede piratę, non autem in ſingulari
ſucceſſore, ut innuit. c. parrochiano. & ſcribunt doc. in
c. tua nos. de uſu. & maxime Abb. nu. 3. &. 7. & ſeq. Et
18 uidebis Bal. in. l. uni. C. ex delic. defun. nu. 13. † Sed &
his addes, ſiquis nauem, ſeu rem aliam a piratis, & la-
trunculis exteræ gentis captam emiſſet, ſeu redemiſſet
precium, quod ſoluit a domino recuperare poteſt. l.
mulier. ff. de cap. & notauit Vero. in tract. caut. cau. x.
ſiquis emit.

In maritimis locis ubi portus natura non ſunt, ſed
arte hominum facti exiſtentibus forſan fluminibus ex
onerandæ onuſtæ nauis cauſa, quæ intrare cum onere
flumen non poteſt merces in ſcapha exponi plerũque
19 contingit. † Vnde quæritur quid ſi ſcapha ſummerga
tur, an contributioni locus ſit, perinde, ac ſi iactus fa-
ctus eſſet. Iuriſcon. in. l. nauis. ff. ad leg. Rhodi. de iac.
contributioni locum non eſſe reſpondit, contra uero
ſi nauis pereat, & ſcapha ſalua ſit, quam legem merca-



tores non ignorent.

20 † Notãdum eſt etiam ſeruitutem naui imponi non
poſſe, ut cũ portui ſe applicuerit merces meas ſemper
deferat, & illis oneretur, Quoniam ſeruitutes perpetu-
as cauſas habere debent, & ideo neque ex lacu, neque
ex ſtagno concedi aquæductus poteſt, cum aliquãdo,
maxime æſtiuo tempore, exareſcãt, ut inquit Iuriſcõ.
in. l. foramen. ff. de ſerui. urba. prædi. qua. l. motus ibi-
dem ſenſit Ange. Nauis enim breui tẽpore durat, licet
nouis tabulis reficiatur, cuius ſententiam probauit Ve
ro. in tract. de ſerui. ruſti. prædio. in tit. de naui. rubri.
xxix. ſubdens Ang. ſententiam intelligendam, ut ſerui
tus naui iure propriæ ſeruitutis imponi non poſſit iu-
re tamẽ pacti, & obligationis perſonalis ualere conuen
tionem defendi poſſe. iuxta nota. in. l. ut pomum. in
princ. ff. de ſerui. Et uide quæ ſcripſit Accur. in. l. peco-
ris. in fi. ij. glo. ff. de ſer. ruſt. præd. & in. l. mella. in. §. fi.
ff. de ali & ciba. leg. & refert, & probat Andre. tiraq. in
trac. de utro. re. §. j. nu. 91.

21 † Si uænalitiarium merciũ nauim perforaſſet, quis
iure cauetur Aquiliæ actionem eſſe quaſi ruperit. l. ſi
ſeruus ſeruum. §. ſi mulier. uer. ſi nauem. ff. ad. l. aqui.

22 † Si nauis in agrum meum ui fluminis delata ſit, nõ
aliter tibi tollendi facultatem faciendam, quàm ſi de
præterito quoque damno mihi caueris. l. hoc amplius.
§. j. uerſi. neratius. ff. de dam. infec. ff. de incend. rui. &
nau. l. ratis. l. celſus. §. item celſus. uer. ſed ſi ratis. ff. ad
exhi. & uide. l. ſi quis nec cauſam. in fi. ff. ſi cer. pet.

23 † Vſitatiſſimum eſt, naues omnes ſua habere uoca-
bula, idque ſcripſit etiam Barto. in. l. quod in rerum. in
§. ſi nauem. ff. de leg. j. Et id ex eo inductum eſt, ut cer
ta nauis demonſtretur, & ne erretur in corpore. arg. l.
labeo. ff. de ſup. leg. & l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de
lega. j.

24 † Nec tacendum eſt capite plectendos eſſe, qui ho-
ſtes inſtruunt in fabricandis nauibus, illoſque docent.
l. fi. C. de pœ. & probat Io. de ana. in. c. ita quorundam.
de iud. in. ij. col. & refert Boc. dec. clxxviij. nu. 17.

Universidad de Deusto Biblioteca



25 ꝑ Et illud non eſt iuris ambigui plauſtrorum, et na-
uium præſtationes inter regalia annumerari, ut in tit.
quæ ſint rega.

26 ꝑ Et pulchram quæſtionem de naui quæ cotibus o-
nuſta ex portu cretę profecta erat, et uento ac tempe
ſtate in portum eundem relata fuit uide in.l.cæſar.ff.
de pub.quam.l.nota ex illa enim complures quæſtio-
nes quæ in ſingulos dies occurrunt ſolui poſſunt, ex
habes quæſtionẽ per Bar.in.l.j.C.de nauf.li.xj.Mar.
laud.in tract.de fiſco.q.clxxj.& Marſi.in.l.j.in.§. præ
terea. ff.de quæſtio.nu.xxxij.& ſeq.inquiunt enim ſi
tempeſtate ſeu ui uentorum nauis ad portum relata
fuerit uectigal, ſeu portorium non deberi, et idem iu
ris eſſe ſi hoſtium uel piratarum timore portui alicui
nauis ſe applicuerit facit.l.fi.§.ſi propter neceſſitatem
ff.eodem.et aliam quæſtionem habes ex conſil.Bald.
cxcviij.ſtatutum ciuitatis Tergeſti libr.ij.de quo dixi
in.iiij.par. uer. ſimiliter nu.48.& aliam quæſtionẽ ex
ea.l.cæſar ſoluit Alex.in conſi.vii.uiſo themate uol.
iij.quam etiam uti quotidianam no.hunc pertinet qd
Cicero lib.ij.de inuentione ait, lex eſt apud Rhodios
ut ſi qua roſtrata in portu nauis depræhenſa ſit, publi
cetur cum magna in alio tẽpeſtas eſſet ius uentorũ in
uitis nautis Rhodiorũ in portũ nauim coegit quæſtor
nauim populi uocat, nauis dominus negat publicari
oportere et reliqua & his adde quæ diximus in trac.de
nautis in.iij.par.nu.vj.et ſeq.

27 ꝑ Nec illud ſilencio prætereundum eſt Flor. in.l.ſi
familiæ quæ eſt.l.antepe.ff fam.hær.improbat quod
feciſſe dicitur Q. Fabium labeonem, qui cum a rege
Antiocho quem bello ſuperauerat ex fœdere inito
dimidiam partem nauiũ accipere deberet medias om
nes ſecuit, ut eum tota claſſe priuaret, ut eſt autor Va
le.lib.vj.c.iij.mouit Flor.res ipſa quæ diuiſionem nõ
patitur, et citat.l.nam et ſi fur.§.ultima.ff.ſi certum
petatur.. Vnde illud Caſſellij iuriſconſulti locus qui
mercatori cuipiam interroganti quo nam modo naui
cum ſocio diuideret, reſpondit, nauem ſi diuidis, nec





tu, nec ſocius habebis. Autor Macrobius Saturnalium
libro.ij.c.vj.& refert Andr. tiraq.in trac.de utro.re.§.
j.pa.cclxxxij.nu.15.

28 ꝑ Item quæro ſi nauim a ſe fabricandam quis pro-
miſerit, & hoc specialiter actum ſit, ut ſuis expenſis id
perficiat, an per alium faciens liberetur non conſenti-
ente ſtipulatore? & non liberari inquit Iuriſconſ.in.l.
inter artifices.ff.de ſolu.& uide Dyn.in reg.qui per ali-
um.de reg.iur.in.vj.

29 ꝑ Fuit quæſtionis, ſiquis cauerit, ut ſylua ſibi pigno
ri eſſet, num nauis ex ea materia facta pignori eſſe in-
telligatur, in qua specie Iuriſcon. in.l.ſi conuenerit.§.
ſiquis ſic cauerit.ff.de pigno.actio.non eſſe respondit,
quia aliud ſit materia, aliud nauis, & ideo nominatim
in dando pignore adiiciendum eſſe ait quæque ex ſyl
ua facta nataue ſint.

Nic.boe.q.clxxvij.& uidetur. Duas tractat quæſtio
nes, quę ad hunc locum spectant, Altera eſt num ligni
appellatione cõtineatur nauis, ita quòd prohibiti uen-
dere, & extrahere lignum extra territorium naues uẽ-
dere non poſſint. Altera eſt ſi ex uenditione rerum im
mobilium laudemium debetur regi, an naui uendita
30 debeatur, ꝑ Et in.q primo loco propoſita putat prohi-
bitum uendere, & exportare lignum cenſeri etiã pro-
hibitum uendere, & exportare naues, atque triremes,
Mouet eum.c.ita quorundam.de iudæ.& quod ait re-
ceptum ſi materia uendi nõ poteſt extra territorium,
nec quidem materiatum licebit, ut ſcribit Bar.in.l.quę
ſitum.§.illud.ff.de lega.iij.& Gui.pap.q.ccclxxiij.&
Alex.conſi.cxxx.ſuper eo.col.j.uol.vj.Ego uero non
eſſe ſine maxima dubitatione Nic.boe.ſententiam pu
to. Vide igitur quæ ſcripſi in.iiij.parte huius tract.uer.
ſunt & aliæ.nu 32.& ſeq.& conſidera.l.ligni.&.l.pali.
ac.l.ſeruus, quæ ſubſequitur.ff.de leg.iij.Et cum hoſti
bus tam naues uendi, quàm ligna ad eas conſtruendas
exportari expreſſe prohibeatur, propterea.c.ita quorũ-
dam.&.c.ad liberandum.præpoſitæ quæſtioni non
conueniunt.

Universidad de Deusto Biblioteca



31 ✝ In ſecunda quæſtione laudemium proculdubio
non deberi puto, licet ipſe cõtra ſenſerit. Nauim enim
non inter res mobiles, ut ait, ſed inter mobiles connu-
merandam puto, et hoc uerum eſſe ſcribit Andr. tiraq.
in trac. de utro. recto. §. j. nu. 88. et ſeq. et inter mobilia
numerari ait ſenſiſſe Bar. et Alex. in. l. inter ſtipulantẽ.
§. ſacram. ff. de uerbo. obliga. et Iaſ. ibidem col. penul.
citat etiam And. de pis. Pet. Ray. & Alb. in. l. ſciendum.
ff. qui ſatisda. cog. tractare an naues, et cæteræ res mo-
biles, quæ multum molis, ac ponderis habent, excuſa-
tionem præbeant a ſatisdatione ueluti res immobiles
et And. ſenſiſſe excuſationem præſtare, cæteros uero
negaſſe, quia non ſint immobiles. Citat etiam et Iaſ.
in cõſi. clxx. col. ij. uol. ij. qui id aperte ſenſit, et in. vj,
col. ſub nu. 4. Mouit etiam me quoniam nauis moue-
tur, et ad mouendũ eſt apta, ergo mouentium, ſeu mo
bilium appellatione continetur. l. mouentiũ. ff. de uer.
ſigni. de quo uerbo plene alibi diximus, nec immutat
quòd domus appellatione etiam domus lignea ueniat
L. j. §. hoc interdictum. uer. plane. ff. de ui et ui ar. quo-
niam cohæret ſolo, et mobile immobili cohęrẽtes cen
ſetur immobili, ut in aut. de non alie. §. hæc ergo. ubi
Accur. et Ang. et probatur in eo. §. hoc interdictũ. uer.
hoc generaliter. ubi Iuriſcon. ait generaliter illud inter
dictum ad omnes res cohærẽtes ſolo pertinere. Et hæc
ſententia, quòd nauis mobilium, non autem immobi-
lium appellatione cõtineatur, expreſſe probatur in. d.
l. j. §. hoc interdictum. uer. illud utique. iuncto uer. ſi
quis de naui. legitur enim in uer. illud in dubium non
uenire interdictum illud ad res mobiles non pertinere
deinde ſubſequitur uer. ſiquis de naui, ubi Iuriſconſ.
probat ei, qui de naui deiectus eſt, illud interdictum
non competere, arg. eius, qui de uehiculo deiectus eſt.
Et ſi ( prout et nos probauimus ſupra ) fateamur na-
uim magis urbano prædio, quàm ruſtico comparan-
dam, non enim ſequitur urbani prædii appellatione
contineri. Nec etiam moueat. l. penul. in §. fi. ff. de his
qui deie. uel effu. nam, ut Barb. ait, in rep. rub. de reb.



eccle. nõ alie. col. vj. uer. quinimo appellatione. Ius eſt
ſingulare in caſu illius legis, ſed et illud animaduertẽ-
dum eſt, ſi de naui deiectum ſit, utilem actionem da-
ri, quoniam proprie uerba ædicti aptari non poterant,
ex æquitate uiſum eſt Iuriſcon. uerba prætoris exten-
dere, licet re ipſa utraque actio, ſcilicet, utilis, & directa
32 utranque uim habeat. l. actio. ff. de neg. geſt. ✝ Vnde ſe
quitur ſi lege municipali extranei immobilia acquirere
prohibentur, naues acquirere nõ prohibeantur, quod
& Barb. & And. tiraq. in relatis locis ſenſere, & recte. Il
lud tamen uerisſimum non nego ſi aſſentiamus Boe.
ut inter immobilia nauis annumeretur (quod nuſquã
concedendum eſt) ex contractu cum rege, ſeu fiſco
inito laudemium ſoluendum non eſſe, at ſi cum aliis
ſoluendum, idque tum propter autoritates per eum
relatas, tum propter. l. fi. C. de fide inſtrum. ubi eſt ex-
preſſum.
33 ✝ Et quòd naues ex portu non dimittantur, niſi nau
clerii deponant in qua prouincia ituri ſint, lege ſanci-
tum eſt. Videbis ergo. l. uni. C. de lit. & iti. cuſt. lib. xij.
& quæ ibidem adnotauit Luc. pen.

# TERTIA PARS.

1 *Locare uerbum promiſcue accipitur.*
2 *Magiſtri nauium, et Nautæ qui merces uehendas accipiunt, & ex hoc mercedem locatores dicuntur. Mercatores uero qui pecunias uehendarum mercium cauſa dant conductores appellantur.*
3 *Verbum locare promiſcue ueteres utebantur Valla defenditur, & damnantur* Budeus.
4 *Locationes nauium per quos fieri ſoleant.*
5 *Interpretatio ad. l. fi. in. §. fi. ad. l. Rho. de iac.*
6 *Venditio prædij ſi facta ſit. & dictum eſt eſſe tot iugerum non propterea dicitur facta iuxta menſuram, ſed tunc cum pre-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cium pro numero menſura ſeu iugerum imponitur, & declaratur Oldra. ſententiam locum non habere in locationibus nauium, & uaſorum.

7 Vectura nauium debentur iuxta conuentiones.

8 Nauis aduerſione conducta non adiecta certa uectura debetur uectura tamen ſecundum conſuetudinem, et ita conueniſſe cenſentur.

9 Contractus a conſuetudine contrahentium, et loci interpretationẽ recipiunt, et an ſubſtãtialia ſuppleãtur a conſuetudine.

10 Conducens fundum aut domum penſione certa non conſtituta, quòd debeatur penſio ſecundum preteritam conſuetudinem.

11 Vectura nauis ſi pro numero impoſitarum amphorarum conſtituta ſit pro tot amplioris merces debetur quot portauerit.

12 Nauis ſi fuit conducta pro uectura mille, et ductum fuit in lege locationis eſſe duo millium amphorarum locator praſtare tenetur ſi minus capiat.

13 Locans nauim ſi differis eſſe duo millium amphorarum in circa. quomodo illud uerbum intelligatur.

14 Nauis ſi fuit conducta certa, et expreſſa uectura relata ad nauim, et non adiecto numero amphorarum integra uectura debetur nauis capacitate non inſpecta.

15 Nauis ſi fuit conducta, et uectura relata non ad corpus nauis, ſed ad amphoras, et ſarcinulas uectura debetur pro ſarcinulis, et amphoris impoſitis.

16 Interpratatio ad l. ſi. in prin. ff ad l. Rho. de iac.

17 Vectura nauis ſi conſtituta fuit pro impoſitis mancipijs in naui ſi aliqua deceſſerit antequam ad deſtinatum locum exponãtur, et pro mortuis uectura debetur.

18 Locans operas ſi prohibetur eas praſtare ſine ſui culpa, et ex caſu contingente ex parte conductoris uel rei conſequitur mercedem ac ſi praſtitiſſet idque declaratur nu. 20.

19 Vectura ſi pro deportatis mancipijs ad certum locum eſt conſtituta, et aliqua deceſſerint antequam ad locum ſint deportata, pro mortuis non debetur.

20 Caſus ex qua parte euenerit in promiſſione pura diſtinguitur non in conditionali.

21 Vectura ſi ignoratur an pro impoſitis mancipijs uel deportatis ſit conſtituta debetur pro impoſitis licet animalia uel mancipia ſint demortua antequam ad locum deſtinatum ſint deportata.



22 Conducens mulierem uehenda naui, quod uectura non debeatur pro infante in naui nato.

23 Nauta certa uectura conuenta promiſit titium in naui ſua ponere, et in loco aliquo exponere num ſit neceſſarium nautam probare titium in naui poſuiſſe uel ſufficiat in naui fuiſſe, et expoſitum in loco conuento conſequendæ uecture gratia et quid in rebus in animatis quattuor facti ſpecies conſiderantur.

24 Locator nauis ſi propter amiſſam nauim, uel caſum qui in ea contigit munere uehendi non ſit functus non ſolũ uecturam petere non poteſt uerum ſoluta repetetur, pro parte tamen itineris debetur.

25 Nauis onerata ſi conductoris culpa detenta ſit quia forſan illicitas merces impoſuerit locator nauis uecturam poteſt exigere.

26 Interpratatio ad. l. in naui ſaufbelli ff. locati relatiue.

27 In mandato non ſolum id, quod expreſſum eſt uenit uerum et id, quod negocij ſequela eſt, et ideo requirens aliquem num contentas ſit, ut iiſdem conditionibus quibus proprias pecunias in naui aliqua transmiſiſſet, et ſuæ cenſeantur tranſmiſſæ eo aſſentiente, et ad conducendum nauim mandatum datum cenſeri.

28 Nauim conducens a prædonæ ei recte ſoluit, contra uero ſi a domino, prædoni enim non recte ſoluit, et ibidem declaratur.

29 Res in uectæ, et illatæ in naui conducta pro uectura nauis tacite, ſunt obligatæ etiam cum priuilegio prælationis aliorum creditorum etiam anteriorum.

30 Mutuans in cibaria nautamen uel ad armandum uel reficiendum nauim uel in merces ut ſalue fiant uel inſtruendã quia priuilegium habeat, et quod.

31 Vecturæ nauium inter acceſſiones ſeu fructus ciuiles annumerantur.

32 Merces ſi dubitetur an ſint magiſtri nauis, uel alterius ad coniecturas confugiendum eſt.

Universidad de Deusto Biblioteca



POSTQVAM de nauibus quædã,
ut res patiebatur, permixte tractaui-
mus, bene eſt de locationibus nauiũ,
quæ in uſu frequenti ſunt, & quotidia
na, & utilia, nec omnibus iuris inter-
pretibus cognita, pauca referre. Et ut
præpoſitæ materiæ euidentior habea
tur intellectus, ſciẽdum eſt uerbum locare promiſcue
1 accipi, † uerum quoad ea quæ dicturi ſumus magiſtri
nauium, & nautæ qui merces uehendas accipiunt, &
2 ex hoc mercedem locatores dici, † uel quia operas ad
exportandas merces locant, uel quia nauium uſum
præſtant. Mercatores uero qui pecunias uehendarum
mercium cauſa dant conductores appellari. l. j. in. §. ſi
quis. ff. depo. Barto. in. l. ſi uno in. §. item cum quidam
in prin. & nume. ij. ff. loca. & in. l. opus quod in aduer-
ſione. ff. eo. & ſcribunt Bar. & Iaſ. in. l. j. ff. de præſcrip.
uerb. & uide Bal. in. l. certi iuris. C. loc. addo Accur. in
l. ij. in prin. in uerſi. ex locato. ff. ad. l. rho. de iac. & ibi-
dem Bar. in illis uerbis domini ſi merces uehendas lo
cauerint, ubi Bud. inquit apud iuriſc. & alios ſcripto-
res uſitatam ſignificationẽ eſſe, ut uerſa uice locator ſit
qui pretium det, & conductor qui accipit. Dum tamen
idem Bud. quærit textum emendare in. l. fi. in. §. idem
3 iuris. ff. eod. † ut pro locaſſet, legatur locaſſes ſecunda
perſona, & ait ſe non recipere quod a Laurentio Valla
ſcriptum eſt eleg. li. j. c. xxix. huius uerbi loco promiſ-
ſcuam ſignificationem eſſe, uerbi gratia locare ſepultu
ram faciendam tam ſignificare dare alicui faciendam
quàm ſe ad faciendum eam locare, ſubdens ſe nec exẽ
plum nec rationem huius dicti inueniſſe. Pro ſentẽtia
Lau. Vallæ refero tibi uerba iuriſconſultiſsimi Gaii in
l. ueteres. ff. de act. emp. & ſunt hæc ueteres emptionũ
uenditionumque appellationibus promiſcue uteban-
tur ſubdit in. l. ſeq. idem eſt in locatione, & cõductiõe.
4 † Et primum illud notãdum eſt ſolere dominos na-
uim aliquando præponere magiſtros nauibus locãdis
l. j. §. magiſtrum nauis. ff. de exer. aliquando eoſdẽ do



minos aduerſione uel ad tempus, uel in perpetuum na
ues locare conſuetos; & hi qui per aduerſionem con-
duxere exercitores etiam appellari, ut in ea. l. §. exer-
citorem. Quod tum primo loco diximus in regionib.
noſtris magis frequentatur. abſentibus enim dominis
magiſtri locant his uero præſentibus in locando tota
annorum cura eſt.

Item illud mercatores, atque magiſtros nauium ſci-
re ualde expedit quod iuriſcon. inquit in. l. fi. in. §. fin.
ff. ad. l. rho. de iac. ſi uectura nauis pro numero impoſi
tarum amphorarum conſtituta ſit pro tot amphoris
naulum deberi, quot portauerit. ſi uero nauis ipſa con
ducta ſit duorum millium amphorarum aduerſione
ita quòd periculum ſit in conducentem nauim tranſ-
latũ, id eſt ſiue minoris, ſiue maioris ſit capacitatis pro
duobus millibus amphoris mercedem deberi, etiam
ſi tot amphoræ in naui impoſitæ non fuerint, & notat
ibidem Pau. caſt. factum proponendo eſſe in. §. prædi-
5 cto † quòd naues locabantur ſecũdum numerum am
phorarum quarũ erãt capaces, quòdq; naulum conſti-
tuebatur ſecundum magnitudinem nauis, aliquis cõ-
ducant nauim certa quantitate non expreſſa, & non
omnes amphoras quarum capax erat nauis impoſuit
pro omnibus uectura petebatur quarum erat capax
quia per conductorem ſtetit quo minus eam onera-
ret, diſtinguitur ergo ut ſupra dixi. Si enim fuiſſet ex-
preſſa tota quantitas non haberet dubium quia illa tã
tum debetur. Hæc Pau. quid autem ſi ſimpliciter na-
uis conducta ſit, & dubium eſt quid contrahentes ſen
ſerint putat Acc. in citata. l. fi. in. §. fi. in glo. fin. penſio
nem pro impoſito tantũ onere deberi, idque arg. eiuſ-
dem. l. fi in prin. Guig. uero diſtinguendo inquit. Si na
uis adiecta quantitate, uel ſimpliciter ſit conducta ue-
cturam pro numero amphorarum ſeu ſarcinularum
quarum eſt capax deberi, ſi uero in locatione dictum
eſt ad rationem tantæ quantitatis pro qualibet ſarci-
nula, ſeu amphora cenſeri uecturam promiſſam pro
his tantum ſarcinulis, & amphoris quæ imponentur,

Universidad de Deusto Biblioteca



argumen.l.qui inſulam in.§.qui eodem.ff.de con.em.
l.ſi debitor.§.j.quæ ſententia Guig.a Pau.caſ.& Ang.
in eodem.§.ſi.probatur.Bal.uero ibidem Accur.ſenté
tiæ aſſentitur.Ego uero in huiuſmodi iuris articulo nó
inſubtili,in quo,ut uides,iuris interpretes interſe diſſen
tiunt,& minus clare loquuntur præmitto nos in loca
tione atque conductione uerſari quæ proxima eſt ué
ditioni,& emptioni iiſdemque regulis conſiſtit. ut.n.
emptio,& uenditio contrahitur ſi de pretio conuene-
rit,ſic et locatio,et conductio ita contrahi intelligitur
ſi merces,& quidem certa cóſtituta ſit.l.ſecunda.ff.lo-
ca.inſti.eo in princ.item præmitto quod legum. Pater
Old.non minus uere quam eleganter ſcripſit conſilio
cxcvij.in conceſſione, ait enim multum intereſt an
quod mente quis agitauerit,explicare incipiat a nomi
nibus ſignificantibus ſeu demóſtrantibus numerum
et menſuram an a nominibus ſignificantibus certam
ſpeciem uel corpus determinatum. Altero enim & pri
mo loco non plus in actum deductum cenſetur quã
6 demonſtretur ex præcedenti numero,† uel menſura.
ff.de leg.j.ſiquis teſtamento in prin. Altero & ſecun-
do loco adiectio menſuræ eſt loco demóſtrationis fal-
ſæ quæ nec uitiat nec minuit id cui adiicitur.ff.de le
ga.i.l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinque de leg.iij.l.his
uerbis.§.pater.ff.de condi.& demonſtra.l. demonſtra
tio eodem titulo ſubditque id uideri expreſſum.ff.de
act.empt.& uend.l.ſi uenditor in princip.quod etiam
notauit Bar.in.l.iulianus in.§.ſi titius.ff.de actio.em-
pti.inquit enim ſi uenditum fuerit prædium millibus,
& dictum eſt eſſe tot iugerum uenditionem iuxta mé-
ſuram factam eſſe dici non poſſe,tunc autem eſſe factã
iuxta menſuram cum pretium pro numero menſuræ
ſeu iugerum imponitur ſeu decernitur,quam Oldra.
ſententiam cunctis doctor,ſuffragiis eſſe receptam te-
ſtatur Alex.conſi.viij.uidetur fortaſſe in princ.lib.iiij.
& Iaſo.in conſi.lxxiij. aggredior uol.j.& quæ Oldra.
opinio declaratur per eundem Iaſo.conſil.lxxix. mo-
tiua,eo.uolu.& Deci.in conſilio.cccxlvij.prima fron-



te,quorum declarationes conſidera. Ex qua ſenten-
tia Oldra.primum caput diſtinctionis Guiglielmi per-
uerti uidebatur,ut ſi conducta ſit nauis duo millium
amphorarum millibus ſcutis pro uectura ſiue fuerit
nauis maioris capacitatis ſiue minoris ex quo uectura
eſt relata ad nauim, & non ad amphoras, & contra-
hentes quod mente agitarunt uerbis corpus, & ſpe-
ciem certam deſignantibus exprimere cæperunt mille
nihilominus peti poſsint cum illa falſa demonſtratio
non minuat, nec uitiet,ego tamen puto,licet me præ
dicta ualde mouerint, ſententiæ Guiglielmi Pauli, &
Auguſtini inhærendum. Pro qua occurrit notabilis
textus in.l.tenetur in.§.ſi uas.ff.de actione empti.in-
quit enim Iuriſconſultus in hæc uerba ſi uas aliquod
mihi uendideris, et dixeris mihi certam menſuram ca
pere, uel certum pondus habere ex empto tecum a-
gam ſi minus præſtas. Vnde ſentio Oldrad.ſenten-
tiam declarandam in naui, et uaſe locato locum non
habere ſecundum quod infra dicam, & cur tam ua-
rie rationem quære. Et declarationis, ac ueritatis in-
ueſtigandæ cauſa referendæ ſunt a nobis complures
ſpecies quas in propoſito artic.conſiderauimus.

7 † Prima eſt ſi nauis duo millium amphorarum ad-
uerſione mille ſcutis conducta ſit clarum eſſe mille
deberi, etiam ſi nauis capax non fuerit tot amphora-
rum legem enim conuentionibus contrahentes dant.
l.prima,in.§.ſi conuenerint.ff.depoſiti uectura enim
nauis iuxta conuentiones quibus conductio facta fuit
ſoluenda eſt. Vnde Paulus Parmenſis in conſilio qua
drageſimo, uolumine primo, vidi proceſſum in fine,
ex facto reſpondit pro uoto, & ſtallia ( ut utar uer-
bis ipſius ) uecturam deberi quoniam ita conuene-
rant.

8 † Secunda facti ſpecies eſt,ſi nauis duarum millium
amphorarum aduerſione ſimiliter conducta ſit,& non
eſt adiecta certa uectura, tamen conſuetudo erat in lo
co notoria,ut uectura præſtaretur ſecundum magnitu
dinem nauis,& iuxta eius capacitaté, & forſan ( ut eſt

Universidad de Deusto Biblioteca



Anconæ) ex aduectis,ſeu uehendis ſarcinulis ad ciui-
tatem Conſtantinopolitanam ad rationem duorum
ducatorum pro qualibet ſarcinula,tunc ſecundũ Pau.
in citato.§.fi.Ex quo nauis aduerſione locata fuit pro
duobus millibus merces debetur , ex qua facti ſpecie
notabilis,ſequitur declaratio ad.l.ij.ff.loc.&.l.j.in.§.
ſiquis ſeruum.ff.depoſi. ut ualeat locatio non adiecta
certa mercede , ſi tamen illa a conſuetudine notoria
9 ſubintelligitur. ✝ Cõtractus enim a conſuetudine con
trahentium,& loci interpretationem recipiunt.l.quòd
ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædi.ædic.l.ſi fundus.ff.de
euic.c.cæterum.extra de dona.l.ſemper in ſtipulatio-
nibus.ubi late Deci.ff.de reg.iur. Et omnis diſpoſitio
a conſuetudine interpretationem recipit, & ſecundum
illam partes contraxiſſe dicendum eſt,ut eleganter in-
quit Inno.in.c.olim.de uerb.ſig.Feli.late in.c.cum M.
nu.8.& ſeq.extra de conſti.Soci.conſi.cxj.abunde,&
ſubtiliter.uer.nec in tali.lib.j.Obſtat tamen prædictis
unum quemadmodum enim pretium eſt de ſubſtãtia
emptionis,ac uenditionis.§.pretium.inſti.de emptio.
& uendi.Ita & merces in locatione,& conductione, ut
in citatis iuribus, ſubſtantialia autem a conſuetudine
non ſupplentur,ut notat Io.an.in tit.de inſtru. edi.§.
inſtrumentum.col.iij.uerſic.quòd ſi a contractibus.&
plene Deci.& Felin.ſcribunt ubi ſupra. Vnde uides ſi
hoc ſenſit Pau.quod ait, expeditum non eſſe. Verum
ſententia Pau.defendi poteſt ex.l.excepto.C.loc.quæ
10 lex ſingularis eſt ſecundum Ange. & Sal.probans ✝ ſi
quis fundum,aut domum conduxerit , mercede , ſeu
penſione certa non conſtituta illam præſtare debere,
quæ pro domo,ſeu fundo præſtari conſueuit. Penſio
enim debetur ſecundum præteritam conſuetudinem,
& ſi certa dicta nõ ſit conductionis tempore,quam ſen
tentiam & Feli.probauit in.d.c.cum M nu.10.& in eo
dem loco Deci.ſub nu.6.non improbat. Etſi Pau.in il-
lis uerbis conduxit nauim non expreſſa certa quantita
te uolueris referre ad amphoras, ſcilicet, non expreſſa
quantitate amphorarum factum propoſitum per ſe in



citato.§.fi.eſt cõtra uerba legis, quia expreſſus fuit nu
merus amphorarum in facto propoſito per Iuriſconſ.
& ſuper facto reſpondit.
11 ✝ Tertia ſpecies eſt , ſi nauis duorum millium am-
phorarum conducta ſit,& uectura pro numero impoſi
tarum amphorarum conſtituta ſit , pro tot amphoris
merces debetur quot portauit,ut probatur in.§.fi. ſu-
pra citato, quòd pro duobus millibus amphoris , qua-
rum eſt capax nauis non debeatur uectura , ſed pro
impoſitis tantum.
12 ✝ Quarta facti ſpecies eſt,ubi cõducta fuit nauis pro
uectura mille,& dictum fuit in lege locationis nauim
eſſe duo millium amphorarum ex quo certam menſu
ram dixit locator nauis ipſam capere , propterea præ-
ſtare debere ſi minus capiat.l. tenetur.§. ſi uas.ff. de
actio.emp.Et in hoc recidit Gui.ſententia,Nec ad lo-
cationem uaſis,ſeu nauis Old.ſententiam paulo ſupe-
rius relatam referendam puto.
13 ✝ Quinta ſpecies eſt,ſi nauis conducta fuit,ut ſupra
proxime,& in.l.locationis numerus amphorarũ adie-
ctus eſt,quarum eſt capax nauis addita dictione in cir
ca,quid ſignificet illa dictio uide Alexã.in conſi.xxix.
nu.5.uol.v.& in conſi.lxxxij.eo.uol.et in conſil.ulti.
nu.8.eo.uol.& de hac dictione uide.c.fi. de ſpon.im-
pub.et Pau.par.in conſi.ciiij. in præſenti. &c.nu.35.&
ſeq.uol.primo.
14 ✝ Sexta ſpecies eſt,ubi conducta fuit nauis certa et
expreſſa uectura relata ad ipſam nauim, & nõ adiecto
numero amphorarum, quas capit nauis puto uecturã
integram deberi , neque nauis capacitatem inſpicien-
dam, idque ex relatis in ſententia Oldr. puto probari,
& quia contrahentes ſe ad corpus retulere,& de capa-
citate nauis non meminere, et ſi aliter innuerit Guig.
arbitror male ſenſiſſe . quibus adde quod Paulus ca-
ſtrenſis ait in lege prima.ff.de præſcript. uerbis,& quæ
in calce huius tractatus dicemus.

Vltima ſpecies eſt ubi uectura non ad ipſum cor-
pus nauis,ſed ad ipſas amphoras,uel ſarcinulas , quia

Universidad de Deusto Biblioteca



15 cõducta fuit nauis, † & promiſſa uectura ad rationem
duorum ſing. ſcutorum pro qualibet ſarcinula, nec
eſt dictum impoſitarum in naui tunc etiam credo pro
his tantum amphoris, uel ſarcinulis quæ imponentur
uecturam deberi, & me non ſolum mouent autorita-
tes, & iura Guig. Pau. & Angeli, uerum etiam Barto. &
aliorum de quibus ſupra, & ut uides refert an uectura
ſit relata ad ipſam nauim non adiecta capacitate ip-
ſius, uel ad amphoras, & ſecundum diſtinctiones præ-
dictas Accur. & Bal. ſententia poteſt eſſe uera, & proba
ri. Et quoniam Accur. citat. l. ſi. in prin. ff. eo. ad. l. rhod.
16 de iac. in qua. l. eius ſententiã probari exiſtimat, † illa
lex eſt ſingularis ſecundum Roma. ſing. ccccclv. con-
duxi mullionem &c. & ibidẽ colligit tres caſus ex uer-
bis iuriſcon. quos elegantius Sig. de homo. de quo nõ
meminit prius notauerat conſi. cxcv. in quæſtione, nu
mero. 7. ſi igitur quæritur cum nauim conduxi uehen
di gratia familiam, ſeu mancipia, aut animalia, & mãci-
pia aliqua, uel animalia in naui conducta mortua ſint
an uectura pro mortuis debeatur ex ea. l. conſidera
tres caſus, & conuentionem initam.

17 † Primus eſt quando uectura nauis cõſtituta fuit pro
impoſitis mancipiis in naui ſi aliqui deceſſerint, & pro
mortuis in naui, & non ad deſtinatum locum deporta
tis uectura debetur, cuius rei ratio reddi poteſt quia
lex contractus impleta eſt. l. ſi quis. C. de inſti. & ſubſt.
& quia qui locat operas ſi prohibetur eas præſtare ſine
18 ſui culpa, † & ex caſu contingente ex parte conducto
ris, uel rei, earũdem, mercedem conſequitur ac ſi ope-
ras præſtitiſſet. l. qui operas. ff. loca.

Secundus caſus eſt ubi uectura pro deportatis man
cipiis ad certum locum eſt conſtituta ſi aliqua deceſ-
9 ſerint antequam ad deſtinatum locum † ſint deporta
ta uectura pro mortuis non debetur quia non imple-
ta eſt conuentio, & ex quo uectura pro deportatis fuit
impoſita pactum uidetur adiectum in fauorem domi-
ni mancipiorum, pro mortuis ergo, & non deportatis
naulum non debetur argumen. l. ſeio. ff. de ann. lega.



& l. illis libertis in fine. ff. de condi. & demonſt. & quia
cenſetur promiſsio uecturæ conditionalis ſi deporta-
ta fuerint mancipia cum ergo deportata non ſint licet
per nautam non ſteterit non per caſum cõtingentem
in eius perſona non debetur merces, & in promiſsione
20 † pura diſtinguitur ex qua parte caſus eueniat, ut ſcrip
ſit Pau. in princ. d. l. ſin. non in conditionali quæ adde
ad infra dicenda.

21 † Tertius caſus eſt quando non conſtat quid ſit ac-
tum utrum. ſ. uectura ſit conſtituta pro impoſitis, uel
pro deportatis, tunc uectura pro impoſitis in naui de
betur licet animalia, uel mancipia mortua in naui fue
rint antequam ad locum deſtinatum ſint deportata ra
tio autem eſt quia cum non conſtet quid ſit actum, &
appareat per nautam non ſtetiſſe inhærendum eſt re-
gulæ, ut integra, & tota uectura præſtetur. l. qui ope
ras. l. ſi ædes. §. cum quidam, & §. finali. ff. locati. ſen-
titque idem Signorolus ſi conſtaret uter obſcuram le-
gem dixiſſet contra illum interpretandam l. ueteri-
bus. ff. de pactis. Hic ſubiungi poteſt quod iuriſcon-
ſultus ait in. l. ſed & addes in. §. ſiquis mulierem. ff. lo.
22 † ubi in hæc uerba, ſi quis mulierem uehendam na
ui conduxiſſet, deinde in naui infans natus fuiſſet pro
bandum eſt pro infante nihil debere cum neque ue-
ctura eius magna ſit, neque his omnibus utatur quæ
ad nauigantium uſum parantur.

Vetus fuit dubitatio in qua eadem. l. finali. in prin
cipio. Citari ſolet, & eſt talis nauta certa uectura con
uenta promiſit Titium in naui ſua ponere, & in loco
23 aliquo exponere, † Repertus extitit Titius in naui, &
expoſitus fuit in loco conuento, Petit nauta uectu-
ram, non tamen probat Titium in naui poſuiſſe,
Aiunt Bartolus reſpondiſſe in lege ſecunda. ff. de con
ditione & demonſtration. nautam non poſſe petere
quoniam potuit eſſe Titius facto poſit. & conſequẽde
actionis gratia non ſuffi. it fato aliquid fieri, ſed ex pro
poſito fieri oportet, ut per Dy. & alios in. l. cum ſeruus.
ff. de condi. & demon. Paul. autem ca. in citata. l. ij. mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ratur Bar. ita ſenſiſſe in præpoſita.q. & cauillatum eſſe
ait. Et uere ſi hoc ſenſit Bar. ab euidenter ueris ſubdo-
la argumentatione receſſit, Nam putat ſufficere Titiũ
in naui fuiſſe ſciente, & patiente nauta quoniam con-
tra eius uoluntatem ſtare non potuiſſet, unde ex hoc
ipſo cenſetur ab eo poſitus. Nec enim uerba captanda
ſunt, ut nautam Titium in humeris portare debuerit,
cum per ſe ire potuiſſet.l.pen.ad exhi. ubi Iuriſcon.in
hæc uerba non oportere ius ciuile calumniari, neque
uerba eius captari, ſed qua mente id diceretur, animad
uertere cõuenit. Subdit idem Pau. etſi in rebus inani-
matis conuentio facta eſſet, ut ſupra, diſtinguẽdum eſ-
ſe, aut nauta ſciuit res in naui eſſe, & idẽ iuris eſſe, aut
ignorauit, & præter propoſitum exportauit nauta, &
Bar. ſententia poſſit eſſe uera. Non enim nauta expa-
ret ſua contractus legem impleuit, ut poſſit promiſſam
uecturam petere. Alia tamẽ uia nautæ conſulendum
eſt ne rerum dominus lucrum ſentiat, & nauta merce-
de careat. Vel enim conſuetudini, uel arbitrio boni
uiri ſtabitur. Hæc Paul. qui in ead.l.ſi uehenda. idem
ſenſit. Soci. autem in ead.l.ij. quatuor facti ſpecies in
propoſita.q.conſiderauit. Prima eſt, ſi nauta promiſit
aliquam in naui ponere, ad uecturam conſequendam
ſufficit in deſtinato loco exponat, & cum in naui fuerit
ſciente nauta fuiſſe, & ab eo poſitum præſumendũ eſt.
arg.l.neque natales.C.de proba. & argu. eius quod ha-
betur in.l.ij.C.de acquir. poſſeſ. Secunda eſt ſi nauta
promiſit portare res inanimatas in naui, quę tamen ab
alio ſciente, & patiente nauta delatæ fuerunt, & idem
hoc caſu iuris eſt, ut uectura debeatur propter rationẽ
l.ij.C.de acqui.poſſeſ. & ſat eſt promiſſionem impleri
a promittente, uel eius uoluntate ab alio.l. cũ ſeruus.
ff.de uerb.oblig.ubi Accur.quod & Dy. Nic.de neap.
& Paul.probant. Tertia facti ſpecies eſt, ubi merces in
naui poſitæ fuerunt ignorante nauta tunc uirtute con
tractus, ſeu promiſſionis nulla debeatur uectura, quia
non dicitur impleta promiſſio a nauta, ut in.d.l.ij.&
ſcripſit eod. in loco Nic.de neap.ubi addit Pau.quem



retulimus, ex æquitate hoc caſu uecturam deberi.l.ſi
uehẽda.§.j.ad leg.Rho.de iac. & probatur ex his, quę
tractat Bar.in.l.ſi in arca.in fi.ff.de condi.inde. Quar-
ta facti ſpecies eſt, ubi non conſtat, an res fuerint in na
ui poſitæ a nauiculario, uel eo ſciente, uel eo ignoran-
te, & hoc caſu ex promiſſione ad uecturam agi poteſt,
quia ex quo factum reperitur, præſumitur ex præcedẽ
ti cauſa factum, arg.l.quædam mulier.ff.de rei uendi.
& eorum, quæ Bar.ſcripſit in.l.cum ſolus.de uſu.& in
l.triticum.ff.de uerbo.oblig. Et cum nauta portare te-
neretur ſuis expenſis, illud in dubio factum cenſetur
ab eo, cuius expenſis fieri debebat, iuxta doctrinã Bar.
in.d.l.cum ſeruus.ff.de uerbo.oblig. Hæc ille, qui plu
ribus utitur, quibus addes Caro. Ruy.in conſil.cxxij.
nu.7.uol.iiij.qui Soc.ſententiam probat.& tex.in.l.j.
in.§.magiſtrum autem.ff.de exer.in illis uerbis, Cæte
rum ſi ſcit, & paſſus eſt cum in naui magiſterio fungi,
ipſe eum impoſuiſſe uidetur.

14 ✝ Agitata eſt & illa quæſtio de locatore nauis, qui
propter amiſſam nauim, uel caſum, qui in ea contigit
munere uehendi non ſit functus, ut non ſolum uectu
ram petere non poſſit, uerum ſi ſoluta ſit ab eodem re
petatur, ut in.l.ſi uno.in.§.cum quiam.ff.loca. & belliſ
ſime ſcribit Signo.de homod.conſil.cxcv. nu.6 quod
intellige ubi munere uehẽdi in parte non ſit functus,
pro parte enim itineris, qua merces aduectæ ſint uectu
ram deberi æquitas ſuggerit, & conſequenter pro rata
mercedis exonerationẽ fieri, ut ſcribit Paul. ubi ſupra,
qui citat eand.l.§.ubicunque. Et uidebis in materia re
latum Signor. reſponſum, quod breuitatis cauſa non
refero.

15 ✝ Si conductoris culpa onerata nauis detenta ſit, &
impedita, quia forſan illicitas merces impoſuerit, loca-
torem nauis uecturam nauis poſſe exigere certi iuris
eſt. Equitas enim ſuadet, ut conductori, qui culpam ad
miſit, ſua culpa noceat.l.pen.§.nauem.ff.loca.&.l.prę
dictam hanc interpretationem recepiſſe ex comment.
doc.in eadem ſatis liquet.

Universidad de Deusto Biblioteca



26 ✝ Non eſt etiam ſilentio prætereũda ſubtilis illa quæ
ſtio quæ tractatur per iuriſconſultum in.l. in nauis ſau
phelli.ff.locati. de pluribus mercatoribus qui nauim
exercitoris ſauphelli frumento onerarunt ſi immixtũ
fuerit, uel in naui tabulis, ſeu erroribus, aut beronib.
ſeparatim poſitum, an in exercitorem dominium trãſ-
latum intelligatur, & facta traditione uni ex mercato-
ribus in parte, ſi reliquum frumenti perierit, ſeu amiſ-
ſum ſit, et uide ibidem Pau. qui ſubtilius, clarius, & ele
gantius quam alius legem illam eſt interpretatus.
Quæritur etiam apud Paul. Par. præceptorem meũ
conſi. xc. uol. j. cum quidam Trifonius tritici compa-
randi gratia ut Biſantium finge nauigaret, nauim con
duxiſſet, pactuſque eſſet (prout moris eſt) ut per. xx.
dies magiſtro nauis cum naui in portu Biſantii mora-
retur, quibus elapſis ex mora in ſingulos dies decẽ præ
ſtaret, ac etiam pro non impoſito frumento, et (ut uul-
gari uerbo utar) pro uoito uectura deberetur, a Meuio
ducenta recepit nauigationis eiuſdem, & emptionis ſi-
militer frumenti gratia, cumque dubitaret forſan ne
meuius pactionibus, conditionibuſque quibus nauim
conduxerat, pecuniaſque proprias tranſmiſerat ſtare
recuſaret, requiſiuit eum num contentus eſſet, ut iiſ-
dem conditionibus, & qualitatibus quibus proprias pe
cunias transmiſiſſet, etiam ſuæ tranſmiſſæ intelligeren
tur, quo aſſentiente Par. reſpondit mandatum cenſeri
datum a meuio Trifonio, ut nauim conducat quoniã
in mandato non ſolum id quod expreſſum eſt uenit,
27 ✝ ſed et id quod negocii ſequela eſt l. quicunque. §. ſi
ci. ff. de inſti. et hac ratione, et aliis, & præſertim ex re
quiſitione facta ſi emendi frumenti cauſa ultra con-
uentionis dies mora in onerando facta ſit, et minus iu
ſto nauis onerata fuerit quoniam pecuniæ non ſuffice
re, cum carius uenderetur frumentum in ea ciuitate
quam in opinione eſſet, pro rata contribuere meuium
debere, ſubditque culpæ annumerari non poſſe Trifo
nio ſi nauim dictis conditionibus conduxiſſet, cum de
more, et conſuetudine naues ita conduci ſoleant. l. pi-





gnus. & l. ſi creditor. ubi Pau. & Bal. C. de pigno. actio.
idque aliis autoritatibus probat, & placet præceptoris
ſententia, quæ magnam habet æquitatem.
28 ✝ Illud certi iuris eſt, ſi prædo nauim locauit uectu
ram nauis eidem prædoni recte ſolui, nec dominus na
uis ſi ab eo, qui ſoluit, petet, audiẽdus eſt, quoniam ex
locatione prædonis domino actio nõ competit, eſt ta-
men domino obligatus prædo. Contra uero ſi uectu-
ras nauis quam dominus locaſſet prędoni conductor
ſoluerit, non liberabitur, condicet tamen a prædone,
ut indebitum. tex. eſt ſingu. in. l. ſi urbana. ff. de condi.
inde. ubi Pau. ca. quod primo loco diximus, uecturam
prædoni, qui locauit recte ſolui, admittendũ ait, ſi con
ductor bona fide ſoluit ignorans ipſum eſſe prædonẽ,
& putans uerum dominum, uel hæredem, ſi uero præ
donem ſciuiſſet non liberari, citat. l. filiæ. in fi. ff. de ſo-
lu. quibus addes Deci. in conſi. cccevij. uiſis, & diligen-
ter. in prin. & Bald. in conſi. ccccl xxvj. factum tale eſt.
nu. 4. uol. j.
29 ✝ Item illud non eſt iuris ambigui res inuectas, & il
latas in naui conducta pro uectura nauis tacite obliga
tas eſſe etiam cum priuilegio prælationis aliorum cre-
ditorum etiam anteriorum quaſi merces debita ſit pro
neceſſaria cõſeruatione dictarum rerum, de quo uide
Bald. in. l. certi iuris. in. iiij. q. in uer. quid ergo. C. loca.
& late deducit, ac probat Neg. in trac. de pigno. in. iiij.
memb. ij. par. prin. nu. 169. & ſeq. & ſubdit notandum
eſſe, quoniam in locis maritimis frequenter contingit,
ad quæ uide. l. interdum. cum l. ſeq. quæ incipit huius
ff. qui pot. in pigno. habe. & ex ead. l. nota quàm ſit fa-
uorabile in cibaria nautarum credere, uel ad armandã
uel reficiendam nauim, uel in merces, ut ſaluæ fiant.
30 ✝ Adde. l. qui in nauem, & l. quòd quis. ff. de priui. cre-
di. ubi qui in nauim extruendam, uel armandam, uel
inſtruendam crediderit, priuilegium habere cauetur,
& uide, quæ utrobique notantur, & Neg. in trac. de pi-
gno. in. iiij. mem. ij. par. prin. nu. 202. & Alex. in conſil.
ccxvij. uiſo quodam. nu. 2. uol. vij. & eundem Neg. in

Universidad de Deusto
Biblioteca



citato trac. in.ij. mem. v. par. nu. 24.

31 † Notandum eſt etiam, uecturas nauis inter acceſ-
ſiones, ſeu fructus ciuiles annumerari, quia ueluti uſu
ræ non natura proueniunt, ſed iure propter rem perci
piuntur, ut notat Bar. in. l. ex diuerſo. in princ. ff. de rei
uendi. & eſt optimus tex. in. l. ſi nauis. ff. eod. qua. l. ca-
uetur, ſi nauis a malefidei poſſeſſore petatur, fructus
etiam percipiendos eſſe, quoniam periculum nauis poſ
ſeſſor petitori præſtare non debet, & uide ſubtilem, et
elegantem. l. & adde glo. et Barto. in. l. ſi urbana. ff. de
condi. inde.

32 † Plerunque etiam euenit, ut dubitetur, an merces
ſint magiſtri nauis, uel alterius, unde Bal. in. l. cũ pro-
ponas. nu. 10. C. de nau. fœno. & Saly. ibidem ſub nu. 5.
ad coniecturas confugiendum ſcripſere, inſpicique de
bere aduectarum rerum, et aduehentium qualitates.
arg. ff. loca. l. cum in plures. §. uehiculum. et. l. colonus
in. §. nauem. ff. loca. Inſpiciendas etiam literas, quas af
ferunt magiſtri nauium, ſeu afferre cõſueuerunt, item
et ſcribæ, quem uocant, librum.

# *VLTIMA PARS.*

1 *Libellus in uendicandis armamentis, et ſcapha nauis quomodo concipiendus ſit.*
2 *Vecturæ nauium ueniunt in rei uendicatione.*
3 *Interdictum poſſeſſorium pro naui non competit, et quæ remedia poſſeſſoria competant relatiue.*
4 *Actio utilis in eum qui naui præpoſitus ſit competit ſi de naui deiectum, quid ſit.*
5 *Lege iulia de ui publica tenetur, qui hominibus armatis de naui ſua quem deiecerit concuſſerit expugnauerit ue.*
6 *Domino mercium ex conducto actio competit qui nauim conduxit ex locato magiſtro nauis.*
7 *Interpretatio noua ad. l. 1 ff. de pres. uerb.*
8 *Libellus defendi põt in quo diceretur peto ex cõducto cũ dici debuiſſet ex locato uel contra quia ueteres his uerbis promiſcue utebantur et in. ij parte. nu. 1.*



NOVISSIME de libellis, actionibuſ
que nauium cauſa competẽtibus bre
uiter tractandũ eſt, in rei uendicatio-
ne libellum concipere nos oportet,
ut admonet iuriſcon. in. l. marcellus.
1 in. §. armamenta. ff. de rei uend. † ubi
in hæc uerba ſcriptum eſt. armamen-
ta nauis ſingula erunt uendicanda, ſcapha quoque ſe-
paratim uendicabitur, non ergo ſufficeret uẽdicare ar
mamenta nauis non enim eſt uniuerſitas quædam ſi-
cut grex, & libellus non procedit peto nauim cũ ar-
mamentis, ſed ſpeciatim armamenta ſunt exprimenda
ut ibidem ſcripſit Bar. quod in armamentis a naui ſe-
paratis, non autem in affixis, ſeu iniunctis admitten-
dũ eſt, ut eo. in loco adnotauit Ang. & ſenſit Accur.
quem uidebis, ac Dec. in. c. cum uenerabilis col. ij. ex-
tra de excep. & relata per eum loca. Huic rei eſt & il-
lud adnotandum uecturas nauium in rei uendicatio-
2 ne uenire, † & ideo ſi nauis a malefidei poſſeſſor peta-
tur, etiam fructus æſtimandi ſunt, ut eleganter iuriſc.
inquit in. l. ſi nauis. ff. de rei uen. quæ lex notanda eſt,
& de qua paulo ſuperius meminimus ſub nu. 31.

Aſſumes etiam quod paulo ſuperius diximus ſub
numero. 29. & ad hunc enim locum attinet res inue-
ctas, & illatas in naui conducta pro uectura nauis taci
te obligatas eſſe.

3 † Et illud notãdum eſt interdictum poſſeſſorium pro
naui non competere. l. j. §. ſiquis de naui. ff. de ui & ui
arma. de quo textu meminimus in ſecunda parte hu-
ius tractatus in pen. q. nume. xxxj. & in principio eiuſ
dem partis ſub nume. v. & hanc ſententiam probat Ia
ſo. in conſi. clxx. nomine mag. &c. colum. ij. & ſub nu-
me. iiij. uol. ij. refertque alia remedia ad poſſeſſionem
nauis recuperandam competere, quæ latius habes ex
locis ab eo relatis, & quæ plenius Soc. retulit in. l. rem
quæ nobis. ff. de acqui. poſſ.

4 † Item ſi de naui deiectum ſit dabitur actio utilis in
eum qui naui præpoſitus ſit. l. pen. §. fin. ff. de his, qui

Universidad de Deusto Biblioteca



dele.uel effuder.de quo textu mentionem fecimus in
principio ſecundæ partis uerſiculo.item ſciendum eſt
numero quinto.

5 †.Item ſciendum eſt lege iulia de ui publica teneri
eum qui hominibus armatis de naui ſua quem deiece
rit,concuſſerit,expugnaueritue.l.iij.ff.ad legem iuliã
de ui publ.

Denique prætermiſſa exercitoria actione de qua
plene quidem in titulo de exercitoria iuriſcon. tracta-
6 runt,†.& nos non nihil diximus in calce tractatus no
ſtri de nautis,illud explorati iuris eſt ex conducto ac-
tionem competere domino mercium qui nauim con-
duxit ex locato autem magiſtro nauis.l.fi.§.fi.ff.ad.l.
rho.de iac.l.& ita in prin.&.§.j.ff.nau.cau.ſta. quæ iu
ra ad id citauit Neg.in tract.de pignor.in.iiij.membro
ſecundæ par.numero centeſimo ſexageſimonono , &
ſcripſit Accurſius in lege prima.ff.de præſcriptis uer-
bis ſed huic rei illud adiiciendum eſt quod iuriſcon-
ſul.ait in dicta.l.j.ff.de præſcriptis uerb.in uerba iun-
cta,Domino mercium in magiſtrum nauis ſi ſit incer-
tum utrum nauim conduxerit,an merces uehẽdas lo
7 cauerit ciuilem actionem †in factũ eſſe dãdam labeo
ſcripſit,quo in loco obiiciens Bar. contra text.inquit
de iure conductor eſt ille qui dat pecuniam,& alius di
citur locator.l.j.§.ſi quis ſeruum.ff.depo.eſt ergo cer
tum quòd dominus nauis eſt locator,& dominus mer
cium eſt conductor,ſoluendo ait fac eſſe,tamen incer
titudo eſt circa contractum.ſ.an nauim locauerit, an
locauerit operas ſuas , ſeu rem , & operam,& propter
hanc incertitudinem circa factum euenit,ut deſcẽda-
tur ad actionem quæ in factum appellatur ſeu præſcri
ptis uerbis.hæc ille,Baldus uero eodem met utitur ar
gumento contra tex.& reſpondit incertitudinem fuiſ-
ſe in facto,ut puta quia ſeruus meus ponit merces in
naui,& ignoratur an ipſe nauim conduxerit , an mer-
cator conduxerit merces portandas,conſtat tamẽ mer
ces in naui eſſe merito ad dictam actionem confugien
dum eſt,hucuſque Baldus,quod exemplum nota,pau



lus autem Caſtrenſis in commẽtariis ſuis ita ſcriptum
reliquit,in textu ibi utrum nauim conduxerit an mer
ces uehendas locauerit dic tunc dicitur conduxiſſe na-
uim,quando nauis ad eius inſtantiam proficiſcitur ,
ſed tunc dicitur locaſſe merces quando ad eius inſtan
tiam non proficiſcitur,ſed ipſe merces tradit nautæ ,
ut una cum aliis in naui portet & ſi eſſet certum quid
horum eſſet geſtum,non recurreretur ad hanc actio-
nem præſcriptis uerbis,ſed daretur actio ex conducto
in primo caſu,ex locato in ſecundo , cum uero eſt in
certum non debet actor ſe reſtringere ad aliquod iſto
rum,ſi non credit ſe poſſe probare,ſed ſufficit quòd di
cat ſe tradidiſſe merces tali,ut cum naui ſua portaret
ad talem locum, nam hoc poterat contingere altero
de dictis duobus modis,nec poterit aduerſarius exci-
pere declara per quem modum , ut ſciam an debeam
cedere uel contendere,quia poterit actor reſpondere
non teneor declarare,quia per quemcunque modum
proceſſerit habeo contra te actionem,& in hoc dubio
actionem præſcriptis uerbis,ſed ſi iſta actio non eſſet
prodita hoc caſu teneretur actor ſpecificare,& ſi ſpeci-
ficaret uerum modum,& non probaret ſuccumberet,
ideo fuit utilis hæc prouiſio,non dico quòd in libello
ſit exprimendum nomen actionis,licet iſte textus pri-
ma facie innuat contrarium ſecundum communẽ opi
nionem in.l.edita.C.de eden.ſufficit enim quòd nar-
ret factum taliter quòd ex eo reſultet actio, et ex nar-
ratione poteſt intelligi quæ actio,iſto igitur caſu quia
factum narratur in confuſo intelligitur quòd intenta-
uerit præſcriptis uerbis,ſed ſi dixiſſet ſe conduxiſſe na
uim colligeretur per actionem ex conducto , ſi uero
quòd locauit merces colligitur per actionem ex loca-
to ideo ſe aſtringeret ad probandum in illa , & ſi pro
probaret in altera non in illa ſuccumberet , ut.l.ha-
bebat in principio.ff.de inſtitu.ff.ſi pars hæred. pet.l.
non poſſum,& quod notat Innocent. in capitulo pri-
mo.de conſuetu.hactenus ille in uerba ſupraſcripta,
quem ad uerbum non ab re uiſum eſt referre , Addis

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iaſo. eodem in loco Bartolum textum non conſideraſ
ſe, & ſolutionem ad argumentum defendi non poſſe,
Non enim ſecundum cum lex dicit incertum eſſe an
magiſter nauis nauim locaſſet, an operam, non utrum
que, ſed dicit incertum erat utrum nauim conduxerit,
an merces uehendas locauerit, incertitudo ergo erat
an eſſet conductio, uel locatio, unde ſenſum ac Pauli
ſententiam literæ congruere exiſtimat, ſubdit dein-
de ſe non uidere quomodo in caſu Pauli ex locato
actio domino mercium poſsit competere, quoniam ob
ſtat textus relatus a Bartolo in dicto. §. ſiquis ſeruum
utroque enim caſu domino mercium qui pecuniam
dat ex conducto actio competit, & licet ualde cogita-
uerit quid dici, quid ue recte reſponderi poſsit non ui-
dit, mihi autem in caſu iſto indiſficili cogitanti in quo
(ut uides) iuris interpretes in diuerſas ſententias diſtra
huntur, prima fronte Pauli caſtrenſis ſententia defen
di poſſe uidebatur ex textu claro in lege ſecunda. ff.
ad legem rhodiam, de iactu. vbi iuriſconſultus iiſdem
ferè uerbis utitur ait enim ſi laborante naue iactus fa-
ctus eſt, domini ſi merces uehendas locauerint ex lo
cato cum magiſtro nauis agere debent, competit ergo
ex locato actio domino mercium ſi merces uehendas
locauerit, item eadem lege in. §. finali. dicitur quòd ſi
iam contributio facta ſit, tunc hi qui ſoluerint, agent
ex locato cum magiſtro nauis, ut is ex conducto ex
periatur, Veriorem tamen, ac probabiliorem illam
ſententiam puto ut in caſu lege prima. ff. de præſcrip.
uer. incertum non eſſet an ex conducto uel ex loca-
to actio competeret, ſed in facto ipſo eſſet incertitudo
ut ſenſit Bartolus, non tamen in facto ea eſſet incer-
titudo quam Bartolus propoſuit, ſed illa quam Pau
lus conſiderauit, adeo quòd ex uerbis Pauli & Barto-
li uerus ſenſus elicietur; & declarandæ materiæ gra-
tia præfari libet, quod in principio tertiæ, partis hu-
ius tractatus diximus. Veteres locationum, & condu-
ctionum appellationibus promiſcue uſos fuiſſe. l. uete
res cum ſequenti. ff. de actione empti quod & Accur-



ſius animaduertit in lege ſecunda. ff. ad legem Rho-
diam, de iactu & in pleriſque locis ſtatim referendis.
Vnde uerum eſt quod dicebat Bartolus ei qui pecu-
niam dat ex conducto actionem competere, & ubi iu
riſconſultus inquit dominum mercium ex locato age
re debere, exponendum eſt ex conducto, ut opti-
mus iuris interpres animaduertit Accurſius ubi ſupra
quia ueteres his uerbis promiſcue utebantur, & in plu
ribus locis idem Accurſius ita expoſuit præſertim in
dicta lege ſecunda, & in lege ſi eum. ff. de exercitor. Et
hæc ſententia probatur in lege ſecunda, in. §. cum in
eadem. ff. ad legem rhodiam de iactu, iuncto princi-
pio legis dum iuriſconſultus ait, ex conducto domi-
nos rerum amiſſarum cum nauta, ideſt cum Magi-
ſtro acturos, et in principio legis dixit dominum ex
locato, quod non alia ratione euenit, niſi quia uete-
res promiſcue his uerbis utebantur, et clare etiã pro-
batur in lege finali, in. §. idem iuris. ff. ad legem Rho-
diam de iactu, Sed ut ad legem primam, de præſcriptis
uerbis, redeamus uerus ſenſus illius legis eſt (ni fal-
lor) quod incertum erat in facto ſecundum Paulum
utrum dominus mercium totam nauim conduxiſſet
quę profectura erat ſecundum uoluntatem conducto
ris, uel merces uehendas locaſſet, ut ad certum lo-
cum cum aliis mercibus exportaret, ita quòd condu-
ctio ad nauim relata non eſſet, ſecundum ea quæ in
tertia parte huius tractatus diximus; & hanc incertitu-
dinem innuunt iuriſconſulti uerba, & in hoc Paulus
recte, Hæc enim incertitudo magis uerbis Iuriſcon-
ſulti congruit quam ille quas Bartolus, et Baldus fin-
xere. Dum uero Paulus dixit altero caſu ex condu-
cto, altero ex locato agendum eſſe, in hoc minus re-
cte, ſed quod Bartolus, et Baldus aiunt ex conducto
domino mercium qui pecunias dat ſemper compete-
re uerius eſt dicto Paragrapho ſiquis ſeruum, propter
ergo illam facti incertitudinem competit actio præſcri

Universidad de Deusto Biblioteca



ptis uerbis, nec moueant quæ conſiderabantur a Ia-ſone quoniam ſi iuriſconſultus hic expreſsiſſet domino mercium actionem ex locato competere pro ut in dicta. l. ii. ff. ad legem rhodiam de iactu expreſſit, exponendum eſſet ex locato, ideſt ex conducto ſecundum ea quæ diximus, ex quibus illud etiam ſequitur contra Paulum Caſtrenſem et ut puto, uerisſi-
8 mum ſi in libello actor, ☩ etiam exprimeret peto ex conducto dum dicere debuiſſet ex locato, ut contra defendi poſſet libellus autoritatibus ſupra relatis, et præcipue ex dicta lege ueteres et lege ſecunda. ff. ad legem rhodiam de iactu.

FINIS TRAC. DE NAVIB.

# TABVLA AD
## TRAC. DE NAVIGATIONE.

1 *Nauigatio neceſſaria, periculoſa ac in certa et ſeq. nu.*

2 *Nauigantes nec inter uiuos nec inter uita functos cenſentur ſecundum Biantem philoſophum.*

3 *Cato pro tribus rebus per omnem uitam pœnitentiam egiſſe dicitur, ſi quod arcanum mulieri crediſiſſet ſi per aquam traiciſſet quo poterat terra proficiſci. Si aliquis dies per incuriam ſine ſtudio tranſiſſet.*

4 *Socius in culpa eſt ſi merces mari aduehere uoluerit cum potuit terra niſi aliter ſit conſuetum.*

5 *Naufragis leges conſulunt, et fauent.*

6 *Nauigare in mari ac in flumine publico unicuique licet prohiberi tamē poteſt ab eo qui iura regalia habet in illo territorio*

7 *Ciuitas Peruſina poteſt ſtatuere, quod aliquibus liceat nauigare per lacum Peruſinum, & aliquibus non liceat.*

8 *Veneti, quod habeant ius prohibendi ne quis in Adriatico ſinu. Nauiget.*

9 *Diſtrictus ſeu territorium in mari quomodo cognoſcatur.*

10 *Aggeres ſeu aliæ munitiones in fluminibus an liceat facere quādo curſus aquæ immutatur.*



11 *Præpoſitus recipiendis mercibus qui uulgo ſopracharico appellatur non poteſt diem conuentum ad nauigandum inter magiſtrum nauis, et dominum proferre niſi in mandatis habeat.*

12 *Mandatū præpoſiti ad recipiēdū merces eſt diligēter inſpiciendū*

13 *Promittens nauigare Raguſium a Portu Anconæ intra duos menſes, quod ſatiſfecerit promiſsioni ſi inceperit nauigare licet Raguſium non peruenerit, et idem in conuentione de nauigando, & in eo qui promiſit Romam proficiſci.*

14 *Interpratatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rub. de fide danda lib. et ſcrip. ſcriba.*

15 *Nauigatio una uel plures quando dicantur.*

16 *Commeatum, et remeatū pro unica nauigatione accipi debere.*

17 *Interpretatio ad quædam ſtatuta Anconitana circa formā eligendi ſcribam nauis, ut contractibus ab eo factis et teſtamentis habeatur fides.*

18 *Condemnatus ad conficiendum quaſdam literas ſtatim & incontinenti, ita quòd pro primo paſſagio tranſmitti poſsint, aliàs ad centum, an in mora per requiſitionem cenſeatur conſtitutus, uel ſit neceſſe, ut ſit paſſagium.*

19 *Mandans Cornelio, ut cum naui Biſantium proficiſcatur, et conueniens quòd in loco dabuntur a Titio pecuniæ onerādi cauſa nauim, ſi Titius pecunias non numerauit, & naui uacua Cornelius reuertatur ad damna, et id, quod intereſt, tenetur.*

20 *Venditor frumenti promittēs illud exportare ad certum locum omni exceptione remota ſub pœna, & iuramento, an excuſetur a periurio, & pœna conuentionali ſi iuſſu Regis frumentum alibi exportauerit, etiam ſi omnes caſus fortuitos duobus tantum exceptis in ſe ſuſceperit.*

21 *Scholaris promittens cum iuramento non recedere de Bononienſi territorio ſine uenia creditoris ſi receſſerit iuſſu patris, uel ſuperioris, quòd in periurium non inciderit.*

22 *Autoritas ſuperioris liberat a periurio, & a pœna quomodo.*

23 *Magiſter ſeu dominus nauis nō præſumitur a nautis quibus imperare poteſt, inuitus ad aliquid dicēdū uel gerendū cōpulſus.*

24 *Conſuetudo nautica ſpectāda eſt, dūmodo a lege nō reprobetur.*

25 *Nautis peritis in negocijs nauticis ſtandū eſt, & quomodo.*

26 *Teſtamentum factum a mercatore Anconitano in Portu alicuius ciuitatis barbarorum, ſeu ſaracenorum, uel apud barbaros, an ualeat, relatiue.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

# DEI OPT. MAX.

## IMPLORATO AVXILIO.

## DE NAVIGATIONE.

1 RELIQVVM eſt de nauigatione
pauca referre, † quæ quàm ſit neceſ-
ſaria nemo eſt profectò, qui neſciat,
& merito Iuriſcon. in. l. j. ff. de exerc.
nauigandi neceſsitatem appellat,
quámque etiam periculoſa ſit, norũt,
qui nauigarunt. Vnde Anacarſis Scytes Nauigãtes tan
tum abeſſe a morte dicere conſueuerat, quantum di-
gitorum nauis eſſet craſsitudo. Cuius ſententiæ Satyri
cus aſſenſit, dum ait, Digitis a morte remotis, quatruor
2 aut ſeptem ſi ſit latisſima teda. † Et Bias ille Prienenſis
philoſophus, Nauigantes nec inter uiuos, nec inter ui-
ta functos cenſebat. Et his addo Iaſon. in. l. j. nu. 9. ff. ſi
3 quis cauti. † Plutarchum in uita Catonis referentem,
eundem Catonem dicere cõſueuiſſe, pro tribus rebus
per omnem uitam pœnitẽtiam egiſſe, ſi quod arcanum
mulieri crediſſet, ſi per aquam traieciſſet, quo pote-
rat terra proficiſci, ſi aliquis dies per incuriam ſine ſtu-
dio tranſiſſet. Et Iuriſcon. maris periculum iudicans in
l. cum duobus. in. §. damnum. in fi. ff. pro ſocio. in cul-
4 pa ſocium eſſe ait. † Si mari merces aduehere uoluc-
rit, cum terra potuiſſet, ni tamen aliter ſit ſolitum. Ver-
ba Iuriſcon. ſunt hæc. Proinde ſi naufragio quid perie
rit, cum nõ aliter merces, quàm mari ſolerent aduehi,
damnum ambo ſentiant, & propius ad rem legitur in
l. iij. ff. de don. cau. mor. ei qui nauigat propinquę mor
tis imminere periculum, & periculoſam, & incertam na
uigationem appellat Imperator in. l. ciuitas. C. de offi.
rec. prouin. & Bal. in conſi. cccxcv. pro domino Arnal-
do. &c. col. fi. uol. ij. dicitque gl. in. c. nouimus. xvij. q.
ij. in illis uerbis tex. Nauigaſti, ideſt, uxorem duxiſti, ut



enim nauigans ſe uariis periculis ſubiicit, nec proprio
motu regitur, ſed uentis, ſic uxorem habens. Aduerſæ
namque maris procellæ ſunt inexorabiles, & nemini
parcunt, ut Bal. & ſaly. ſcripſerunt in. l. ij. C. de nauti.
fœno. qui homini potenti, & crudeli comparabant ma-
5 re. † Cum igitur nauigantibus naufragium immineat,
ſitque nauigatio neceſſaria, merito prudentisſimi uiri,
legumque latores, agreſtem eorum uitã miſerati, quo
ad eius fieri potuit, naufragiis cõtulere ſtuduerunt, ut
in tit. ff. de incen. rui. & nauf. in aut. nauigia. C. de fur.
extra de rap. c. excommunicationi. c. rhodiæ. ij. diſtin.
ubi glo. & docto. Quod & Phocylides in admonitorio
poemate admonet. Naufragos miſerare, quoniam na-
uigatio eſt incerta. Spec. etiam noſter nauigantes tan-
quam miſerabiles perſonas de foro eccleſię eſſe ſcribit
in tit. de compe. iudi. adi. §. j. uer. xxviij. de quo in. ij.
parte principalis tracta. meminimus. uer. ſciendum eſt
etiam mercatores. &c. nu. 38.
6 † Sciendum illud in primis eſt in mari nauigare pro
hiberi poſſe neminem. l. ij, §. ſiquis in mari. ff. ne quid
in loco pub. §. & quidem. inſti. de rerum diui. & in flu-
mine publico nauigare licere. ff. ut in flu. pub. nauiga-
re liceat. l. uni. ubi Bar. in rub. eleganter inquit, Intelli-
go iſtud interdictum, ut quis a priuato nauigare impe-
diri non posſit, ſed ab eo, qui habet iura regalia in illo
7 territorio poteſt prohiberi. † Vnde uera ciuitas iſta po
teſt ſtatuere, quód aliquibus liceat nauigare per lacum
Peruſinum, & aliquibus non liceat. Ratio quia curſus
aquarum, & flumina, & lacus pertinent ad eum ad quẽ
regalia pertinẽt, quæ ſint reg. c. j. colla. x. & facit, quod
not. in. l. ij. in prin. ff. ne quid in loco pub. in glo. in uer
bo lege. Hactenus Bar. cuius ſentẽtiam probat Aſten.
in. iij. uol. de decre. & conſti. in uerbo nauigare. Qui-
bus addes, quæ plene, & eleganter ſcripſit Ang. in con
8 ſi. ccxc. thema tale eſt. † Apud quem, & illud quęritur,
num Veneti Ius prohibẽdi habeant ne quis in Hadria-
tico ſinu nauiget, & reſpondit habere, idque ex tempo
re, cuius origo hominum memoriam exceſſerit, acqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſitum fuiſſe, excipit tamen nauicularios delegatas ſpe-
cies annonarias ad principem ſeu rempubli. Romano-
rum transferentes, de quibus in titulo de nauicu. libro
xj. & probat ſententiam ſuam ex.l. ſane et ſequen. ff.
de iniur. ubi Rainerii, et aliorum ſcripta uidebis & Ve
ronen. in trac. de ſerui. ruſtic. prædio. in rubr. de mari.
c.xxvj. uerſicu. ſed an poſsit, & Franc. bal. in tracta. de
præſcriptis. in quarta parte, quintæ par. principa. uerſi
culo ſexto quæro, numero. vj. et ſequen. tomo. xvj.
Bertach. in trac. de gab. in prima parte, numero. 19. et
ſeq. tomo. vj. & quoniam Ang. in citato conſilio ſuper
conuentione inita inter Venetos, et Ianuenſes belliſ-
ſime diſputat, notent Anconitani Angeli reſponſum
qui et ipſi cum Illuſtri Senatu Veneto ad pactiones de
uenere.

Tractare hic non ab re eſſet multa, et uaria de Mari
et ad ipſum mare pertinentia, uerum quia Veronen-
ſis non leuis iuris interpres, & plene et eleganter diſſe-
ruit conſulto prætereo, ne aliorum labores uidear de-
ſcribere, locus Veronenſis eſt in relato tractatu de ſer
ui. ruſtic. prædio. in titulo de mari, et ſeq. & in ea parte
in qua diſſeruit quomodo territorium ſeu (ut ipſi di-
9 cunt) diſtrictus † in mari cognoſcatur iuxta glo. in. c.
ubi periculum in. §. porro de elect. in. vj. adde Bald. in
conſi. liiij. quæritur, uolumine quarto, & Pau. caſtren.
in. l. deprecatio. ff. ad legem rhodiam de iactu. & nota
reſponſum Bal. fuit enim ex facto conſultus, in quo
quid iuris eſſet in ciuitate noſtra dubitabatur, de indu
ſtria etiam prætermittimus quæ ad flumina, et nauiga
tionem ipſorum pertinent, quoniam iuriſconſulti in
10 titulo de fluminibus, † & ſequentibus titulis copioſe,
& eleganter tractarunt, ſolum quo ad aggeres, aut
quam aliam munitionem, quibus curſus fluminis ad
aliquid ſit immutatus addam præceptoris mei Paul.
parmen. reſponſum numero centeſimoquinto in pri-
mo uolumine. circa &c. & quædam ad nauigationem
pertinentia nec paſsim tractata perſequemur.

Notauimus ſupra in tractatu de nautis in tertia



parte uerſiculo item in culpa &c. numero tertio nau-
tam poſt tempus conuentum nauigantem in culpa eſ-
ſe lege qui Romæ. §. calymacus. ff. de uerborum obli-
gatio. nunc ex eodem. §. unum inter mercatores uſita
tum nota ſolẽt mercatores cum nauim aliquam mer-
cibus onerant Raguſium aut Biſantium forte perferẽ
dis, mercibus recipiendis iiſdem in locis aliquem præ
ponere, quem uernacula lingua ſuprachæricum ap-
11 pellant, † finge modo mercatorem cum magiſtro na
uis conueniſſent, a portu Anconæ Raguſium intra
dies quinque et uiginti nauiget, et oneratas merces
in dicto die, et eodem in loco exponat, et Titio re-
cipiendis mercibus præpoſito tradat, eundemque Ti-
tium præſtitutum diem ad nauigandum protuliſſe, ſi
magiſter poſt diem in conuentione dictum enauigaue
rit, ſubmerſa naui et amiſsis mercibus mercatori ei-
demque domino tenetur, nec ex eo quòd Titius reci
piendis mercibus tantum præpoſitus diem protulit,
actio domino adimitur, ut patet ex prorogatione fa-
cta per herotem ſeruum ſticchi, cui nihil amplius
quam ut pecuniam receptam Romam perferret, man
datum erat. Quod temperandum eſt ex uerbis iuriſ-
conſulti in eodem. §. niſi Titio præpoſito arbitrium
datum eſſet recipiendi merces, in quocunque tem-
pore, et in quocunque loco, ſed & ſi Titio oneri præ
poſito plena, et libera poteſtas in adminiſtrandis mer
cibus tributa eſſet idem iuris eſſet. Vt ibidem iuris in-
terpretes, et præcipue Iaſo. ſcripſere. Tene igitur me-
moria dictum. §. ad materiam eius, ut dixi, qui oneri
12 præponitur, † et uulgo ſoprachargo appellatur quid
enim is in mandatis habeat diligenter ſpectãdum eſt,
eſt & notabilis idem. §. in materia nautici fœnoris, &
traiectitiæ pecuniæ, et conſequenter ad conuentiones
inter mercatores conſuetas, quas aſſecurationes uul-
gus appellat.

13 † Eſt & alia quæſtio agitata, quæ ex eodem. §. ſolui-
tur Magiſter nauis promiſit nauigare intra duos men-
ſes a Portu Anconæ Conſtãtinopolim, uel in hæc uer-

Universidad de Deusto Biblioteca



ba conuentionem initam finge, de nauigando a Portu
Anconæ Conſtātinopolim intra dictum diem, an con-
uentioni ſatisfecerit magiſter nauis ſi intra dictũ diem
nauigare inceperit, licet Conſtantinopolim non perue-
nerit, & Ang. Alex. & Iaſ. in eod. §. ſatisfeciſſe probant.
Paul. uero eodem in loco ſcribit id uerum eſſe, ubi ad
nauigādum ſtatutus dies adeo breuis eſſet, ut propter
loci diſtantiam nauigatio ratione temporis perfici non
poſſet. Vbi uero dies in conuentione adiectus ad com-
plendam nauigationem ſufficeret, conuentionem in-
terpretandam, ut nauta in ſtatuto die nauigationem
perficiat. Verum & Alex. & Areti. ac Iaſ. idem iuris eſſe
putant, etſi conuentum tempus ad perficiendam naui-
gationem ſufficeret, quoniam conuentio in ſupraſcri-
pta uerba facta de nauigando, uel per infinitum naui-
gare actum perfectæ nauigationis non ſignificat, ſed
ipſam nauigationem. Probant etiam Pau. erraſſe ex Iu-
riſconſ. uerbis in ea parte proficiſcatur, &c. & in uerbo
nauigaſſet. Et idem responderunt in eo, qui a ciuitate
Anconæ intra Cal. Maias Romā proficiſci promiſit, ut
ſat ſit in præſtituto die iter arripiat, quæ & ipſe probo,
& cautos uelim mercatores reddere, ut ſi uoluerint
magiſtrum nauis obligari ad perficiendam nauigatio-
nem in præſtituendo die, uerbis claris utantur, quibus
perfecta nauigatio ſignificetur.

14 ✝ Comperimus a peritioribus aliquādo dubitatum
circa interpretationem ſtatuti Anconitani ſub rub. de
fide danda libris, & ſcripturis ſcribanorum nauigiorũ.
in ea parte, ſcribanus alicuius nauigii antequam incipi-
at ſuum officium teneatur, & debeat in principio cu-
iuslibet uiagii, & reliqua. Fuit enim quæſtionis quādo
una, uel plures nauigationes dicantur, & ſcio ex facto
conſultum Maria. Soci. & lib. j. respon. respon. xxxiij.
15 aſſumo primam. respondiſſe, ✝ unicam nauigationem
dici, ubi finge a Portu Anconæ Conſtantinopolim ma-
giſter nauis nauigat, & inter nauigandum, ſeu in ipſo
itinere portui Raguſino, aut alii ſe applicuerit. Vna. n.
eſt nauigatio, licet aliquo tēporis interuallo fiat, dum-



modo ad extraneos actus non deueniatur, & continu-
us ſit actus non interuenientibus extraneis interuallis,
probat ex eo, quod dicitur unicum furtum eſſe factum
ab eo, qui continuato tempore plures res furto ſubtra-
xerit, ut iuris interpretes teſtantur in aut. ſed nouo iu-
re. C. de ſer. fug. citat etiam Bar. & alios in. l. nunquam
plura. ff. de priua. delic. l. continuus ff. de uerbo. obli.
& pleraque alia. Vnde ſecūdum eum ſi nauigatio eſt,
finge inſulā Rhodos uſque, & in ipſa nauigatione (ut
uernacula lingua dicimus) ſi faci ſcala, in aliquibus lo-
cis, unica dicetur nauigatio, cōſuetudini tamen Anco-
nitanorum in hoc ſtandũ eſſe ſubiicit, & recte, pro qua
ſententia ſuccurrit mihi tex. in. l. fi. C. de nauicul. lib.
16 xj. ✝ Hoc amplius Benuenutus tentat dicere, Cōmea-
tum, & remeatum pro unica nauigatione in lege mu-
nicipali propoſita accipi debere. Vnde ſequitur ſi iuxta
legis prædictæ municipalis formam ſcriba nauis iuraſ-
ſet in ciuitate Anconæ in nauigatione peragenda Ra-
guſium uſque, & in reditu ſcriba nauis inter nauigātes
contractum ſcripſiſſet, aut teſtamentum, ſecũdum for-
mam dicti ſtatuti huiuſmodi ſcripturis plena habere-
tur fides. Tunc enim quantum intelligo perfectum na-
uigium, ſeu nauigationem, & mercatores, & nauigātes
appellāt, cum magiſter nauis iuit, & rediit. pro qua ſen-
tentia facit tex. in. l. relegati. ff. de pœ. & l. ultimur. ff. de
ſepul. uiol. Huic rei eſt & illud adiiciendum, cum quæ-
ritur, an una, uel plures nauigationes dicantur, præter
ea, quæ de lege municipali prædicta retulimus, cōuen-
tionum uerba diligenter inſpici debere, & conſuetudi-
nem spectari. Et in re dubia, ubi ex conuentione magi-
ſter nauis littora deuia ſectari debet, putarem ex hoc
debere dici plures nauigationes cenſeri. arg. eorũ, quæ
Maria. in relato loco ſcripſit, & l. qui fiſcales. C. de naui-
cul. lib. xj. & l. cum proponas. C. de nau. fœn. & in ma-
teria notabis text. in. l. qui Romæ. in. §. calimachus. ff.
de uerbo. oblig.

17 ✝ Idem Maria. in citato loco tractat, lege nautica An-
conitanum cautum eſt, ſi ſcriba nauis extra ciuitatem

Universidad de Deusto Biblioteca



Anconæ eligatur, eundem ſcribam officium, & fide geſturum iurare debere coram Conſule. Item lege municipali poſtea lata eiusdem ciuitatis cauetur, de qua paulo ſuperius meminimus, ſcribam nauis in pricipio cuiuslibet nauigationis coram prætore, uel iudice ciuitatis Anconæ officium ex fide geſturum iuramento affirmare debere, præſente, & uolente maiori parte mercatorum, qui nauigaturis ſunt cum mercibus, & his nõ exiſtentibus pręſentibus nauclero, & tribus nautis Anconitanis nauigii prædicti. Num iuramentum præſtitũ a ſcriba extra ciuitatem Anconæ coram Conſule, non interuenientibus mercatoribus, uel nautis ſufficiat, ut eius ſcripturis fides habeatur, & putat ſufficere, quoniam ſtatutum ſecundo loco factum loquitur, cum eligitur ſcriba nauis in ipſa ciuitate Anconæ, & lex nautica prius facta, de mercatoribus, & nautis, ut p̃ſentes ſint, dum iuramentum præſtatur a ſcriba nauis coram Conſule extra ciuitatem non dixit, ſed in ea ſimpliciter cauetur ſcribam iurare debere coram cõſule, ſubiicit tamen interpretationi a cõſuetudine factæ ſtari debere, & quid per longum tempus obſeruatum ſit ſpectandum, quæ ſententia probabilis eſt, licet quędam occurrant, quæ huic ſententiæ aduerſari uideantur. Sed & ipſam confirmabis ex his, quæ ſcripſit Deci. in cõſi. iij. et in conſi. ccxxij. uiſo. et Lud. Goz. in conſi. lxxij. nu. 10. in cauſa ex ciuitate Anconæ.

18 ✠ Item quæritur apud eundem in cõſi. xcix. lib. iiij. cum quidam arbitri ſententia, ad conficiendum quaſdam literas ſtatim, et incontinenti cõdẽnatus eſſet, ita quòd pro primo (ut ipſe ait) paſſagio tranſmitti poſſent aliàs ad ſummam centum, et non ſemel requiſitus, literas tamen non conſcripſiſſet, num is uere morator dici poſſit, et ad centum cõueniri, mouet quoniam adiectum eſt, ita quòd pro primo paſſagio, &c. putat tamen, in facto propoſito, et rite, et recte cõuentum, et captũ in moraque legitime conſtitutum. Tum propter illa uerba geminata, ſtatim et incõtinenti, tum ẽt quia relata uerba, ita quòd pro primo. &c. fauore illius adiecta





ſunt, cui literæ fieri debent, quod ergo fauore alicuius eſt conſtitutum ad læſionem eius, dictum, uideri non debet. l. quod fauore. C. de leg. & ſecundum Ang. poſt Guig. in. l. nulla. ff. de legi. quæ ſentẽtia Soc. (ni fallor) rationabilis eſt, et uidebis duo ſequentia reſponſa, quibus hæc ſententia confirmatur.

19 ✠ Apud Alex. in conſi. lij. uol. vj. uiſo, &c. ſpecies talis proponitur, Calimachus, Cornelius, et Lucas ſocietatem coiuerunt, conuenerũtque, ut tribus triremibus in Britanniam Lucas, et Cornelius proficiſcerentur, quibus Calimachus (cui triremium tota cura, et adminiſtratio commiſſa erat) mandauit, ut cum in Britanniam perueniſſent, ſi integrum onus a mercatoribus dicto loco non inuenirent, emerent lanas, mercesque alias, quibus iuſto onere triremes onerarent, eaque de re cuidam Leonardo mercatori ſe ſcribere, et mãdare ait, ut pecunias ad id neceſſarias perſoluat, et ita ſcriptura quadam cautum, conuentũque erat. Iidem Cornelius, et Lucas in Britãniam profecti, cum merces perferendas non inueniſſent, requiſiuerunt prædictũ Leonardum, ut pecunias iuxta Calimachi literas, et mandatum ſolueret, quo Leonardo recuſante, nilque ſibi mandatum aſſeuerante. Reſpondit Alexander Calimacum dãna omnia, et id, quod intereſt, Cornelio, et Lucæ præſtare debere, nec de iure Cornelium, et Lucam obſtrictos eſſe probare Calimachum literas non ſcripſiſſe, tum ex his, quæ proponũtur, tum etiam ex ſcriptis Bar. in. l. in illa ſtipulatione ſi Calend. ff. de uerb. oblig. Hoc amplius ſubiicit aſtringendos non eſſe probare in Britannia non inueniſſe mercatores, qui mercibus uehendis integre triremes onerarent. Sed id deducere, et allegare ſat eſſe, ſcilicet, ſarcinulas, utputa centum tantum inueniſſe. l. cum de lege, cum gl. ff. de proba. l. fi. §. licentiam. ubi Bar. C. de iure delibe. quæ ſententia Alexã. ſane rationabilis eſt, et quam ſententiam comprobabis ex his, quæ Pau. par. ſcripſit in conſ. xcj. uiſo copioſo. uol. j. & nos diximus in tit. mandati circa finem.

Universidad de Deusto Biblioteca



20 ✝ Conſultus ex facto Bald. cum quidam Arnaldus
Barchinonenſis mercatori Florentino quendam fru-
menti Siculi numerum uẽdidiſſet, & illum mari ad cer
tũm locũ, omni exceptione remota, ſub pœna expor-
tare iuramento promiſiſſet, cuiuſcunque generis for-
tuitos caſus in ſe ſuſcipiens, duobus tantum exceptis,
ſcilicet, ſi diuino caſu, mariſque tempeſtate nauigium
21 piret, uel a claſſe ( ut ipſe ait ) sforzata caperetur, ✝ Nũ
Arnaldus a conuentionali pœna excuſandus ſit, ſi Ar
chionis Regis nomine mãdatum eidem fuerit ſub pœ
na æris, & perſonæ, ut cum onuſto nauigio frumento
prædicto Archionem proficiſcatur. & in conſi. cccxcv.
pro domino Arnaldo, uol. ij, nõ inſubtiliter ( ut ſolet)
argumentationibus hincinde propoſitis, putat nõ poſ-
ſe abſolute reſponderi, ſed ſi culpa aliqua Arnaldo
aſcribi non poſſit à pœna eũ excuſandũ innuit, hanc
tamen rem, hisquæ proponeretur diligenter inſpectis,
boni uiri arbitrio dirimendam putauit. l. continuus in
§. cum ita ff. de uerb. ob. l. Meuia in. §. fi. ff. de annu. le
ga. quo uero ad id, quòd mercatoris florentini intereſt
propter frumentum non loco traditum, num precium
frumenti inſpiciendum ſit eius loci quo tradere Arnal
dus promiſerit? Reſpondit ſi in obligatione genus
erat Arnaldum teneri, quia caſus non liberat eum. l.
incendium. l. uinum. C. et. ff. ſi cert. pet. l. fi. ff. de triti. ſi
uero ſpecies contra ſe habet, refert igitur an mercator
Florentinus frumentum in genere, ut puta tot corbes
frumenti ſiculi emerit an demonſtratum corpus, & ſpe
ciem, ſed & ſi ſpecies in obligatione fuerit, & mora uel
culpa caſum preceſſiſſet idem iuris eſſet, quòd in obli-
gatione generis ut Arnaldus liberatus non cenſeatur:
uerum idẽ Baldus parũ ſibi cõſtans in conſi. cccclviij.
eo. uol. ij. ex eodem facto conſultus a pœna conuen-
tionali Arnaldum excuſandum nõ eſſe probat, quòd,
ut uidi, mecum ſtomachatus ſum ego autem in caſu
hoc indifficili meliorem illam ſententiam priori loco
relata puto, ubi Arnaldus omni prorſus uacaſſet cul-
pa. Nam, & ſi plene ſibi cauit mercator florentinus de-



fendi tamen à pœna Arnaldus poteſt, mouet, quód
Guigl. Pau. Rom. Alex. & Iaſ. ſcripſere in. l. fi. ff. qui ſa-
tis. cogan. ſi ſcolaris abſque uenia, & permiſſu credito-
ris a bononienſi territorio non recedere iureiurando
promiſerit, donec nõ ſatisfecerit, & uiſus ab epiſcopo
uel alio ſuo iudice uel patre receſſerit in periurium nõ
incidit dummodo iuſſum non procurauerit, quód,
& Feder. ſenen. probat in conſi. cxcj. quæſtio talis eſt,
& in hac ſententia Io. And. Imol. But. Geminian. et
Abb. fuere, quos Iaſo. in citato loco retulit quicquid
Card. ſcripſerit in. c. cum quidam de iureiu. & pro hac
ſententia in duci poteſt. l. mercatores. C. de comme. et
Merca. rex enim ſibi ſubiecto præcipere poteſt ne ad
certum locum proficiſcatur, ut que pareat, quod præ-
ceptum in omni promiſſione exceptum intelligitur:
dicendum eſt ergo, Arnaldum in periurium non inci-
diſſe; in pecuniariam uero pœnam de iure ſtricto inci-
22 diſſe, ſuccurendum ✝ tamen eſt ei per exceptionem,
uel in integrum reſtitutionem, cuius rei ratio illa red-
ditur, quoniam periurium non eſt ſine dolo. l. qui iu-
raſſe. ff. de iur. Si ergo Arnaldus omni culpa uacauit in
periurium non incidit. At in pœnam pecuniariam inci
dere quis poteſt mero iure ſine dolo, & culpa, ut patet
in. l. ad diem. ff. de uer. obli. ſuccurritur tamen hic per
exceptionem. l. ij. §. ſiquis in iudicio. ff. ſiquis caut. Eſt
& alia ratio non inſubtilis, quia licet pœna pecuniaria
committatur, non tamen executionem ſecum trahit,
ideo ei qui in culpa non eſt, non nocet, ſed ſi incideret
in periurium executionem ſecum traheret, animamq;
ligaret, ut in. c. paſtoralis. de appel. ſecundum Paul ca.
in citata. l. fi. ff. qui ſatisd. cog. Nec moueant, quæ Bal.
ait poſteriori loco, ſcilicet, in conſil. cccclviij. Bal. enim
( ut aiunt ) erit haſta pelias. Ex his enim, quæ idẽ Bal.
ſcripſit in conſi. cccxcv. reſponſa colliges. Item ex rela
to conſi. Feder. ac his, quæ nos addidimus. Et ex eod.
23 conſi. Bal. cccclviij. illud notandum eſt, ✝ Magiſtrum,
& nauis dominum a nautis, quibus imperare poteſt,
ad aliquid gerendum, dicendum ut inuitum compul-

Universidad de Deusto Biblioteca



ſum non præſumi arg.l.moueor.C.ſi ſeruus expor.ue
ne.poſtquam hæc ſcripſeram incidi in reſpon. Angeli
ccxix.arbitror &c.qui ex eodem facto conſultus reſpõ
dit lector perlege ego autem nihil immutandum pu-
taui,ſed ſolum placet admonet ut uideas quæ in rub.
de contrac.diximus numero.

Denique duas hic ſubiungo regulas ad tractatum
de nautis,nauibus,& nauigatione,utiles & neceſſarias
altera eſt nauticã conſuetudinem pręcipue ſpectandã
eſſe,dummodo legi non aduerſetur hoc eſt a lege non
24 ✝ reprobetur.l.deprecatio.ff.ad legem rhodiam de ia-
ctu.§.fi.in auc.de uſu.naut.ubi Accurſius,& maris cõ
ſuetudinem ſeruandam ſcribit Bal.in.l.obſeruare in
§.antequam.ff.de offi.procon.& probat Veron.in tra-
cta.de ſer.ruſt.præd.in rub.de mari,col.pen.& Albe.
bru.in trac.de conſti.in uerbo mare ſi enim lex ipſam
conſuetudinem reprobaret non ualeret,ut in auc.na-
uigia.C.de fur.ſic enim legem deprecatio interpretan
dam eſſe pleriſque placuit,& uidebis Bart.in.l.omnes
populi nume.26.ff.de iuſti.& iur.altera eſt regula, ut
in his quæ legibus cauta non ſunt,& conſuetudo nau
tica non uiget,& ſic ius ſcriptum,& non ſcriptum ceſ-
25 ſet bene ✝ ſit in nauticis negociis ad peritos,& ualentes
nautas confugere eſt enim generalis regula peritis in
arte ſtandum eſſe.l.j.ff.de uent.inſpi.glo.in.§.præter
ea in uerbo longiori inſti.de rerum diui.quam regulã
plene quidem Abb.Fel.& Dec.declararunt in.c.propo
ſuiſti de proba.extra.

Reliqua ad nautas,naues,nauigationem ac naufra-
gia pertinentia ſupple ex titulis.C.de nauic.lib.xj.ff.
nau.cau.ſta.ff.fur.aduer.naut.ff.de incen.rui.& nauf.
& ex his quæ habentur apud Specu.in tit.de rap.in.§.
cæterum ex commentariis doc. in auct.nauigia.C.de
fur.& in.c.rhodiæ.ij.diſt.& Veron.complura adnota
uit in trac.de ſer.ruſt.præd.in rubr.de mari,& multis
titu.ſeq.uidebis etiam Bertac.in reperto.ſuo in uerbo
nauis,in uerbo naucl.rus,in uerbo naufragium, & in
uerbo nautæ ex quibus locis aliiſque immẽſis legum



uoluminibus diligens lector conſiderabit me nouam
quidem materiam aggreſſum,utilemque ac neceſſariã
& a ſcriptoribus quodammodo neglectam a nobis au
tem illuſtratam non dicam, ſed peritioribus ornandi
addendique cauſam datam etiam ab inuidis, & emu-
lis(ni fallor)cõcedetur. Nec hoc quidem tacebo a pro
poſito me hic declinare,ab initio enim animo meo cõ
ceperam multa ac uaria hic ſubiicere ad mercaturam
pertinentia,mutato itaque conſilio,conſulto pręterco
de nau,fœn.& traiectitia pecunia,in qua materia in fo
renſibus diſceptationibus me non ſemel elaboraſſe fa
teor,& alias uidi tractatum impreſſum cuiuſdam
Luſitani quem de fideiuſſoribus,ſeu aſſecurationibus
in ſcripſit,& quem imprimendum libenter curaſſem,
cum aliquibus Scholiis additionibuſque noſtris, & for
ſan cum diſpoſitione careat atque ordine alium locu-
pletiorem,& pleniorem conſcripſiſſem. In cauſa fuit
Reueren. Pet.Triumphus apud quem is liber eſt, qui
non ſemel rogatus tradere recuſauit, prætereo etiam
hic de collybo multa ac uaria pecuniiſque permutatis
prætereo de inſtitoribus quędam ac pro ſenetis,
& permutationibus, & ad ultimas uoluntates non
nulla pertinentia,ueluti id quod de mercatore Anco-
26 nitano traditur,qui in portu ciuitatis ✝ cuiuſdam Bar-
barorum ſeu Saracenorum teſtamentũ ſine ſolennita
tibus cõdidit de quo ſcrip.Bal.in rub.de re.di.nu.9.&
in conſi.cclxv.uolu.iiij.in Damaſco non ſeruatur ius
Romanorum &c. Veron.in trac.de ſer.ruſt.præd.in ti
tu.de portu.rub.xxviij.Are.in.§.littorũ inſt.de re.di.
Iaſ.in.l.ius aũt ciuile nu.33.& ſeq.ff.de iuſt.& iu.& de
teſtõ facto apud Barbaros a mercatore ſcripſit Pa.ca.i
l.qui a latronib.ff.de teſt.& uidebis Soc.in cõſ.33.uo.
j.proſequendo,his igitur de induſtria prętermiſſis pro
pter aſſiduas occupationes diſceptationum forẽſium
in quib.quotidie uerſor,quib.ſi me aliqñ exoluero oĩ
cura,& diligentia quæ ad mercaturã attinent perfice-
re eſt animus,uideamus, ut in initio polliciti ſumus,
quando mercator eſſe deſinat. FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SETIMA PARS

## PRINCIPALIS TRACTATVS.

1 *Mercator eſſe deſinit ubi officium mercaturæ deſeruerit item, & morte.*

2 *Mercator eſſe deſinit ubi pene cauſa negociatione illi iudex interdixit.*

3 *Mercator quod eſſe deſinat alijs mod is relatiue.*

4 *Mercatores qui labefactata fide decoxerunt, & in decoctione a iquid fraudis admiſerunt in tantũ mercatores eſſe deſinunt ut ulterius mercaturam exercere non poſsint.*

## QVANDO MERCATOR ESSE DESINAT.

ET QVIDEM mercator eſſe deſi-
nit ubi mercaturæ officium deſerue-
1 rit, ✝ quamdiu enim in hoc actu eſt
mercator dicitur, in tantum ut ſi de-
ſcriptus etiam in matricula mercato-
rum quis ſit, mercaturam tamen ulte
rius non exerceat, mercator dici non
poſsit, idque ſenſit Bartolus in lege tertia in. §. quibuſ-
dam. ff. de iure immuni. citat. § negociatores ea. l. de
quo plenius diximus in prima parte principalis tracta
tus uerſi. offert ſe nunc alia controuerſia, morte etiam
deſinit quis mercator eſſe hæreditatem enim nemo di
xerit negociatricem ſeu mercatricem cum ſit res incor
poralis res autem incorporales huiuſmodi officia, ſeu
factorum exercitia non recipiunt argumen. ff. de acq.
rerum domi. l. ſeruus. §. incorporales, & ſcripſit Fulg.
in conſi. cv. propoſita &c.

2 ✝ Pœnæ etiam cauſa interdici negociatione, ſeu ne-
gociationibus per iudices ſolet, conſequenter tunc de
ſinit mercator eſſe, quod qualiter quo ue modo cõtin
gat in tertia parte principali demonſtrauimus, uerſic.



3 & pœnæ cauſa nume. xxxiiij. ✝ ubi & aliis modis deſi
nere facile colliges, & breuitatis cauſa, ne idem repetã
non refero, Illhinc igitur aſſumes quæ ad hunc locum
attinent, Sed & illud quod ibidem ſcripſimus, & ple-
nius demonſtrauimus non eſt hic prætereũdum, mer-
4 catorem qui fortunas ✝ rationesque ſuas conturbaue-
rit, & labefactata fide decoxerit, & aliquid fraudis in ip
ſa mercatura ſeu decoctione (ut plerunque decoctores
ſolent) admiſerit, non ſolum mercatorem eſſe deſine-
re, uerum mercaturam ulterius exercere non poſſe. l.
ſi aliquid. C. de ſuſcep. præſ. & arch. & uidebis Bald. in
conſi. lxxiiij. quandoque agitur &c. li. v. & hinc occa-
ſionem nactas quid de conturbatoribus atque Deco-
ctoribus ſenſerim ex uariiſque iuris interpretibus col
legerim ſubiungo.

FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

# DEI OPT. MAX.

## IMPLORATO AVXILIO.

## DE CONTVRBATORIBVS SIVE DECOCTORIBVS TRACTATVS.

BENVENVTVS Stracca Anconita
nus uidens mercatores nõ quidem for
tunæ ſed ſuo uitio quotidie rationes at
b que fortunas conturbare, maxima qui
dem creditorum iactura, tractatum hũc
quem de conturbatoribus, ſeu decocto
ribus inſcripſi, hic ſubiungere ad rẽ pu
taui, Materiam utiliſsimam atque quotidianam, et no-
uam, quantum in me erit, certa doctrina enarrans, ca
ptionibus, circumuentionibus atque inſidiis eorundẽ
conſulere curam agens, reprimendæ improbitatis hoc
genus hominum.

Et primum de ſignificatione uocabuli aliquid refe-
ram.

Deinde decoctorem quam breuiſsime potero de-
ſcribam.

Poſtea quædam contra decoctores, et illorum frau
des ſubiiciam.

Tum municipalia quædam iura contra eos ſtatuta
referendo complures quæſtiones ſubiungam.

Quibus explicatis de pactionib. inter creditores, &
decoctores diſputabo.

Nouiſsime oſtendam, quomõ cõtra decoctores pro
cedendum, in eos animaduertendum ue ſit, de in illos
qui Decoctoribus conſilium, auxilium, opem ue dede
rint ſeu quo uis modo fauerint, qui ue potiores in bo
nis eorum habeantur.



1 *Decoctor deſcendit a uerbo decoquo.*
2 *Decoquere quid ſignificet, quid decoctores et quid decoctio ple-
ne declaratur.*
3 *Conturbare ſimpliciter uel pleniori locutione conturbare ra-
tiones uel fortunas idem eſt quod decoquere.*

1 DECOCTOR ✝ a decoquo uerbo
deſcendit, quod paulatim diminuere
2 ſignificat, & coquẽdo abſumere. ✝ Itẽ
ſubſtantiam conſumere, translatione
ſumpta ab his rebus, quæ ad ignẽ diu-
tius commoratæ ad nihilum redigi
ſolent. Vnde decoctores, conturbato-
res, & bonorum conſumptores dicuntur, quos recen-
tiores Iuriſcon. fallitos, & ceſſantes uocant. Ex quo ui-
des tota (ut aiunt) uia erraſſe Accurſi. in expoſitione
huius uocabuli in. l. quilibet. C. de decur. lib. x. & in. l.
ſi aliquid. C. de ſuſcep. præp. & ar. Sunt & nõ leues Au-
tores, qui dicunt decoquere idem eſſe apud antiquos,
quòd bonis cedere, & delinquendo creditoribus impo
nere, quod non eſt ſine dubitatione, & a me non reci-
pitur, Nam & in eo, qui fortunæ uitio decoxiſſet non
ſuo, & ſic abſque delicto fortunas conturbaſſet, hoc
uerbo ueteres utebãtur, indicat Ciceronis locus de le-
ge Roſcia ſtatim referẽdus. Meminit etiam de hoc uer
bo Bud. in. l. moris. ff. de pœ. & ait, decoquere eſt credi
tum nõ reddere, ære credito fraudare. Hinc etiam de-
coctio ipſum, quod materna lingua fallimentũ uocãt,
ſignificat, de quo nomine habes in. l. iure prouiſum. C.
de fabricen. lib. xj. & in. l. ij. C. de fund. rei pri. cod. lib.
ubi Accur. in glo. fi. proxime ad uocabuli ſignificatio-
nem accedit.

Adieci de conturbatoribus, dixerit aliquis ſuperua-
cuum eſſe, nõ nego, ſunt enim ſynonyma, & declaran-
3 di uocabuli gratia uolui ſubiungere. ✝ Conturbare
enim ſimpliciter, uel pleniori locutione conturbare ra
tiones, uel fortunas interiori ſenſu, idem eſt quod de-
coquere, de quo uerbo habes in. l. quidam fundum.

Universidad de Deusto Biblioteca



ff. de in rem uer. & in. l. quicũque. §. idem labeo ait. ff. de inſti. ubi Bud. inquit, uerbum hoc non eſſe ab Accur. intellectum mirandum nõ eſſe, cum a nullo recte interpretatum uiderit, Non tamen huius uocabuli ſignificatio Luc. pen. latuit, qui in citata. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. ait, Decoquere, id eſt, ualde coquere, conturbare, & reliqua. Hinc conturbator de quo apud Marti. & Iuue. fit mentio.

# SECVNDA PARS.

1 *Decoctor quid ſit multis modis deſcribitur.*
2 *Decoctorum tria ſunt genera.*
3 *Fugientes cum pecuniis creditis, & ſe decoctos fingentes non ſunt decoctores, et de his plene.*
4 *Non ſoluendo quis dicatur.*
5 *Decoctores dicebantur cedere foro item, et uertere ſolum.*

DECOCTOREM autem deſcri-
bere poſſem ex mente Ange. in conſi.
lxj. qui ait, Detractans ſoluere, inopia
& mole debitorum oppreſſus, ceſſans
1 & fugiens, aut latitans eſt. ✝ Dicet etiã
aliquis decoctoris deſcriptionẽ ſumi
poſſe ex uerbis Imperatoris, & Ange. are. ibidem in. §.
ſoluitur inſti. pro ſoc. ut decoctor is ſit, qui mole debi-
torum, ſiue priuatorum, ſiue publicorum prægrauatus
bonis ſuis ceſſerit. Placet autem mihi ita plenius defi-
nire, ſeu deſcribere. DECOCTOR EST, QVI FOR-
TVNAE VITIO, VEL SVO, VEL PARTIM FOR-
TVNAE, PARTIM SVO VITIO NON SOLVENDO
FACTVS FORO CESSIT. Dixit enim fortunæ, uel
ſuo uitio, ex eo, quod belliſſime inquit Cicero Phil. ij.
2 in hæc uerba, ✝ Tenes ne memoriæ Prætextatum te
decoxiſſe, patris, inquies, iſta culpa eſt, cõcedo, etenim
pietatis eſt plena defenſio. Illud tamen audaciæ tuæ,
quòd ſediſti in duodecim ordinibus, cũ eſſet lege Ro-



ſcia decoctori, certus locus cõſtitutus, quãuis quis fortunæ uitio, nõ ſuo decoxiſſet. Hactenus Cicero. Ex noſtratibus etiam uterque modus decoquẽdi demonſtratur, ut patet ex cõmen. Abba. in. c. ex parte. in fi. extra de conſti. & ex his, quæ ſcripſit Mar. ſing. ccxxiiij. filius. quibus addes tex. in. l. titio centum. §. titio genero. uer. ſabinus autem. ff. de conditi. & demon. Is namque fortunæ uitio decoxiſſe dicitur, qui (finge) maris tempeſtate ſuborta merces, & bona perdiderit, uel a piratis direptus fuerit. facit. l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatisda. cog. in illis uerbis, ſi medio tẽpore calamitas fideiuſſoribus inſignis &c. l. cum proponas. C. de nau. fœno. & l. in rebus. ff. commod. cum ſexcentis ſimilibus. Vitio autem ſuo decoquit, qui bona ſua diſſipãdo, atque dilacerando profundit, uel quia ludo merces perdat, a quo hæc & alia proficiſcuntur mala, ut in aut. alearum uſus ſit. in tit. C. de relig. uel meretricum delinimentis imo uerius uenenis corruptus, quibus animi perditorum inſiciuntur, & ad inopiam rediguntur. l. j. C. de natu. libe. ut dicebat Bal. in. l. j. C. qui bonis ced. poſ. Sunt & alii, qui uere culpa cõturbaſſe dici poſſunt, quem ſumptuoſis epulis bona conſumunt, et fortunas obligurriunt, et ingluuiæ miſeri ſimul conſilium cum re amittunt. Et ex his collige tria eſſe decoctorum genera. Primum illorum, qui fortunæ uitio decoquunt, et hoc inter uiles homines ſemper eſt habitum, idque ex lege Roſcia tibi cõſtitit, et uides quottidie, facit enim infelix paupertas homines ridiculos, quod duriſſimum eſt, ut Satyricus ait, Eſt tamen genus hominum miſerabile. Secundum genus illorum eſt, qui ſuo uitio peſſimum quidẽ genus hominum, et nulla miſeratione dignum. Tertiũ genus decoctorum eſt, illorũ, qui partim fortunæ, partim ſuo uitio decoxere, quos admixta culpa humiles, et deploratos, ac miſeratione indignos reddit. Vidi
etiam et audiui quoſdam mercatores, qui maximis pe-
3 cuniarum ✝ ſummis a compluribus mutuo receptis
conſulto, atque de induſtria aufugiunt, et ſe decoxiſ-
ſe fingunt, ut tandem creditores moleſtiis defatiga-

Universidad de Deusto Biblioteca



cos, & litibus atque expenſis uexatos ad pactiones,
& iniquisſimas conditiones trahant, quos inter deco-
ctores non connumero, & ideo in deſcriptione illud
adieci uerbum non ſoluendo factus ſignificatio etiam
uerbi decoctor ei qui ſoluendo eſt, & ſe non ſoluẽdo
eſſe dolo malo fingit repugnat. Sed audi quid ex facto
elapſis annis cuidam Genuenſi qui ſe falſo non ſoluẽ
do eſſe aſſeuerauerat, & foro ceſſerat, euenerit. Is enim
cum in bona atque magna pecuniarum ſumma debi-
tor Cryſogani eſſet, & ſatisfacere ſemel atque iterum
requiſitus recuſaſſet, in ſeceſſu blandis uerbis eum de
duxit Cryſoganus diſpoſitis prius ibidem clanculum
armatis hominibus, cum in collũ inuaſit Cryſoganus
collareque ex nucleo ferri ſeu calybe quibuſdam acu
leis mira germanorum ante elaboratum atque confe-
ctum immiſit, commonefactumque nulla ui ſeu arte
aperiri per alium infringique poſſe, & ei exitium immi
nere ſi in dicto loco pecuniam debitam non tranſmit
teret eum dereliquit oſtenſa prius claue miro artificio
confecta, at miſer ligur ſentiens ſe aculeis pungi, & ſta
re cum ſemper cogeretur nec remedium uitæ ullum
haberet debitam pecuniam cryſogano creditori tranſ-
miſit, petens clauem, & orans aperiendi collare arca-
num detegi, quod creditor accepta pecunia effecit, in
qua facti ſpecie, & ſi ligur ſua fallacia dignus, ut in cũ
animaduerteretur in exemplo nequis alius poſtea ta-
lia facere moliatur iure tamen cautum eſſe reſpondi
eum qui uim adhibet debitori ſuo ut ei ſoluat edicto
quod met. cau. non teneri propter naturam quod me.
cau. actionis quæ damnum exigit in legem tamen iu-
liam de ui incidiſſe & ius crediti amiſeſſe, ut eleganter
Iuriſc. ait in. l. ſed & partus. §. quæri poterit uerſi. iulia-
nus ait. ff. quod me. cau. per iudicem. n. cryſoganus pe
tere debebat, & actionib. experiri. l. extat. eo. ti. & l. pe.
ff. ad l. iul. de ui. priu. & his addes circa eos qui cum pe
cuniis, uel rebus alienis aufugiunt, quæ plene referẽ-
do Bal. dicimus in. ij. par. ultimæ par. uerſi. hunc iterũ
&c. & uer. ſeq. nu. 6. & in ſeq. par. nu. 6. & uide glo. quã



notauit Bal. in. l. a procuratore. C. man. ait. n. notandã
pro bonis, & contra falſos mercatores qui arripiunt fu
gam cum pecuniis alienis addes ẽt Nic. boe. dec. ccxv.
& antequam ueniam. Adieci in deſcriptione uerbum
illud non ſoluendo factus, quoniam ſoluendo eſſe ne
4 mo intelligitur ✝ niſi qui ſolidum poteſt ſoluere. l. ſol-
uendo. ff. de uerb. ſig. inſti. de ob. quæ ex delic. §. fullo
ni in fi. aliquem autem non ſoluendo eſſe in notoriũ
tranſire non põt in manifeſtum põt ut eleganter pro
bat Ro in conſi. clxiij. conſtitutio. & addidi prædictũ
uerbum, & quod ſubſequitur foro ceſſit quoniam ne
mo dubitat ſoluendo uideri eum qui defenditur. l. ne-
mo dubitat. ff. de reg. iur. ubi non leuis iuris interpres
Dec. poſt Accur. in. d. l. ſoluendo inquit, ſoluendo quẽ
uideri per ſe uel alium, & illum eſſe ſoluendo qui fide
iuſſores habet citat Bar. in. l. j. ff. de cuſt. reo. & in. l. itẽ
liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mo. pig. uel hip. ſol. &
l. ſi plures. §. præterea ſi quæratur. ff. de fideiuſ. ſubii-
cit. idem Dec. ſoluendo ẽt uideri qui nomina habet &
ait ſenſiſſe Bal. in. l. facere. ff. ſol. mat. Sed id admitten
dum eſt, ſi facile poſſint exigi nõ aliter, quod & Alex.
& alii quos refert in ea. l. probarunt, & uidebis omni-
no Alex. in conſi. xxxvij. uiſo & opportune diſcuſſo,
nu. 13. uer. tertio pro hoc adduco, uol. ij. ſubiũgit poſt
ea non præſumi illum ſoluẽdo eſſe cuius bona poſtu
lantib. creditorib. uenduntur ex ſentẽtia Bar. in. l. tres
tutores in fi. ff. de admi. tut. & modũ probandi aliquẽ
ſoluendo non eſſe Bal. notaſſe in auc. ſed hodie uerſ.
ſecundo quæro. C. de act. & ob. addidi ẽt in deſcriptio
ne foro ceſſit pp ea quæ inquit Bar. in. l. ſingularia nu.
xix. ff. ſi cer. pe. & ibidem pur. nu. 93. ut refert Boe. De
ci. ccxv. proxime relata Dec. in conſi. cvj. in cã, col. j.
pro quo ſcito duo ſingularia iura. l. ſi hominẽ i. §. quo
ties. ff. depo. in illis uerbis quotiẽs foro cedunt nũmu-
larij, & reliqua, & l. ſi debitor foro ceſſerit. ff. de cur.
bo. dan. unde iuuenalis opinor cedere nanque foro iã
non eſt deterius quam exquilias a feruenti migrare
ſuburra, dicebantur etiam decoctores uertere ſolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut apud eundem qui uertere ſolum Baias, & ad oſtia currunt, quod & Bud. notauit in annotationib. in Pandectas in. l. aut facta. ff. de penis.

# TERTIA PARS.

1 Baldi laudes. & nu. 21.
2 Decoctores an notentur infamia diſputatur.
3 Decoctores quibus plectantur pœnis dixerit.
4 Plumbata quid ſignificet, et declaratur. l. quilibet. C. de decu.
5 Plūbatura quid ſit, quid ferruminat in relatiue.
6 Fugientes cum pecunijs ſeu rebus alienis an ſint fures.
7 Decoctione unius ex fabricenſibus omnes tenentur.
8 Decoctores ſeuerißime punire ſalus eſſet mercaturæ.
9 Decoctores an habeant beneficium ceſsionis diſputatur.
10 Decoctores an gaudeant dilatione quinquennali ſeu annali ui de, ēt in ſi. et infra de pactis inter creditores, & debitores.
11 Filius familias ex omnibus contractibus obligatur.
12 Cautela pro filio familias qui uult carcerem euitare.
13 Filius familias qui decoxit, & fraudem admiſsit indignus eſt beneficio ceſsionis
14 Decoctor qui bonis ceſsit nec agere nec conueniri poteſt.
15 Decoctores mentiri facile ſolent.
16 Vir bonus præſtare debet ne mētiatur prudēs ne mēdaciū dicat.
17 Pœna aduerſus mendaces relatiue.
18 Decoctores ſunt faciles ad colludendum.
19 Decoctores, ut plurimum ſunt fraudatores.
20 Argumētum a ſolitis eſt optimum, et naturali rationi conſonū.
21 Decoctores an excuſentur ob aduerſam fortunam.
22 Decoctor ergo fraudator an ualeat conſequentia.
23 De edicto fraudatorio remiſsiue.
24 Decoctores ſolent rationes intricare in necem creditorum ex quo dolus malus præſumitur, item intercidere, adulterare, & turbare.
25 Decoctoris dolus demonſtratur ex rationibus librorum, & quo modo.



26 Decoctore ſolent merces ipſas, & bona intricare item merces auertere, et poſſeſsionē in alios transferre unde dolo nō carēt
27 Decoctores ſolent merces data opera uilioris diſtrahere, et quo modo conſulatur creditoribus.
28 Mercatores qui conſilium conturbādi inierunt ſi ſe in ſoluendo gratioſos reddunt aliquibus quo modo conſulatur creditoribus.
29 Decoctores ſolent omnia bona uel maiorem partem alienare unde dolus præſumitur.
30 Decoctores ſi per biduum triduum ue ante decoctionem uel gerant quid, uel contrahant an teneat.
31 Mercator ſi cum conſilium fugiendi iniuiſſet merces ab alio emit mercatore, quod ſecuta traditione dominum non intelligatur tranſlatum.
32 Breuitate temporis fraudandi animus dignoſcitur.
33 Mercatores cum ſe iam decocturos ſciunt ſolent eſſe fallaces, & cum dolo malo faciunt, niſi ſit alia de dolo datur actio.
34 Debitor hoc ipſo probatur in fraudem facere, quod ſcit ſe habere creditores, et ſcientia, quod habeat creditores probatur eo, quod ipſe contraxit.
35 Quomodo probetur, quod quis ſciat bona ſua creditoribus non ſufficere relatiue.
36 Fraudes decoctorum uix dici aut enumerari poſſunt, & fraudū præſumptiones relatiue.
37 Maritus ſi lucrū dotis, quod a ſtatuto refertur remiſerit uxori quod a creditoribus tanquam in fraudem reuocari nō poſſit.
38 Teſtator ſi fundum uxori legauit, & filium inſtituit qui matri & heres extitit an repudiatio facta a filio hereditatis materna tanquam damnoſe, ut legatum retineat tanquam heres patris teneatur ubi, quod teneat.
39 Contra decoctores omnis coniectura creſcit, et coniecturæ ac præſumptiones habentur pro legitimis probationibus
40 Liber homo pro debito capi non poteſt, & creditori ſeruire nō dicitur unde ad eccleſias confugiens inde extrahendus nō eſt
41 Liber homo ſi lege municipali capi poteſt propter æs alienum poteſt extrahi ex Eccleſia quia ubi poteſt capi extrahitur ex Eccleſia.
42 Decoctores qui beneficium ceſsionis non habeant beneficio imm

Universidad de Deusto
Biblioteca

*munitatis eccleſiæ non gaudent.*

43 *Creditores in pecunia recoctorum aliud pro alio accipere ab ſunt regulariter compellendi.*

44 *Interpratatio ad aut. hoc niſi relatiue.*

45 *Creditores ſi omnium bonorum decoctoris poſſesſioni apprehendunt non tamen ex hoc decoctores ſunt liberati niſi ſequatur datio in ſolutum.*

46 *Creditor qui elegit uiam realem ad perſonalem poteſt redire, & econtra.*

47 *Vnus ex ſocijs ſi efficitur non ſoluendo, et bonis cedat. quod ſiniatur ſocietas, & plane declaratur.*

48 *Interpratatio ad. l. ſocietatem in. §. diſſociamur ff. pro ſocio.*

49 *Vnus ex ſocijs si decoxerit nõ ideo alij ſocij fraudatores dicũtur*

50 *Mandatum reuocatur ipſo iure ubi deterioris conditionis mandatarius effectus eſt, et limitatur, et declaratur in ſequẽtibus*

51 *Institores qui alicui negotiationi proponuntur ſeu ſocij qui ab alijs ſocijs procuratores conſtituuntur eo ipſo quod ſugerint ſeu decoxerint cenſentur reuocati.*

52 *Contrahens uel aliquid gerens per ignorantiam cum procuratore decocto ſeu inſtitore quòd teneat quòd geſtum eſt & dominus obligetur.*

53 *Mandans si ſtatum immutauerit an mandatum cenſeatur reuocatum relatiue.*

54 *Creditor habet pignoris perſecutionem in bonis decoctoris ante diem.*

55 *Debitor ſuſpectus poteſt capi ante diem ut caueat.*

Circa



1 CIRCA ✝ tertiam ſpeciem Bald. qui ( ut Iaſ. dicere cõſueuerat ) nihil ignorauit, & noſtratium omnium copioſiſſimus ſimul, & ſubtilisſimus habetur, quique in omni iuris articulo nominatur, ut Aymon crau. alios referẽdo ſcripſit in conſi. clxvj. nu. 4. in conſi. ccclxxxij. in. q. milani. in fi. conſi. & in conſi. cccc. in libris theſaurariæ. num. 3. lib. v. in decoctores inuehitur in uerba infraſcripta. Falliti ſunt infames, & infamisſimi, & more antiquisſimæ legis deberent tradi creditoribus laniandi. Adeo quòd propter dolum ſuum non uidentur beneficium ceſsionis habere, quod eſt ſubſidium miſerorum, ſed non præſidium doloſorum, ſacileſque ſunt ad mentiendum, & colludẽdum, & a communiter accidentibus falliti ſunt deceptores, & fraudatores, præſumiturque omnibus in eſſe, quod omnibus eſt cõmune, nec excuſantur ob aduerſam fortunam, & decoctor, ergo fraudator, ſic enim lex uocat eos, unde ædictum fraudatorium. Hactenus Bal. quem refert & probat Io. bap. Seuerinus in trac. de ſusp. & fug. q. j. nu. 13. & Nic. boe. recitando Bal. eius ſententiæ acquieſcit, ut patet ex relata deci. ccxv. quib. addes Paul. par. in conſi. xciiij. spectabiles. nu. 10. & ſeq. uol. j.

Verbis igitur Baldi relatis, qui uſus eſt grauioribus, quàm natura forſan tulerit, & leuioribus, quàm cauſa poſtularit, ut inquit Cicero contra Sex. Neuium in oratione pro Quintio, optimum eſſe duxi, nõ ſolum ipſorum interpretationem facere more Iuriſconſultiſſ. Vlpiani in. l. item ueniunt. in. §. præter hæc multa. ff. de peti. here. Verum & ſuper his diſſerere, & complura ad propoſitam materiam neceſſaria addere.

2 ✝ Ait Bal. decoctores infamia notatos eſſe. Bal. ſententia ex capite Val. Max. cõprobatur. Ait enim in tit. de uarietate cauſarum, in hæc uerba capitis inſcriptio. De Craſſo dicto diuite. Quid Craſſo pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? Sed eidem poſtea inopia turpem decoctoris ſuperlationem immiſit, ſiquidem

Universidad de Deusto Biblioteca



bona eius a creditoribus, quia ſolidum præſtare nõ po-
terat, uenierunt. Itaque amara ſigillatione non caruit,
cum ægens ambularet, diues ab occurrentibus ſaluta-
batur. Hæc ille, quę etiam ſententia ex loco Ciceronis
in. ij. Phil. proxime relato, robur accipit. Inquit enim
Cicero certum locum lege Roſcia ( quam non habe-
mus ) decoctoribus conſtitutum fuiſſe, & de inferiori
loco credendum eſt, &, ut quodam modo digito mon
ſtrarentur. Accedit quia ſi decoctores, ut inquit Bald.
fraudatores ſunt in numero, ergo infamium uidentur.
l. j. ff. de his qui no. infa. ubi not. qui dolo malo, & frau
de ſuo nomine damnatus, pactusue eſt. Cõtra autem
ex decoctione infamiam non irrogari, probari uideba
tur in. l. debitores. C. ex quib. cau. infa. irro. Vbi Impe-
rator ait, Debitores, qui bonis ceſſerunt, licet ea cauſa
bona eorum uænierint, infames non ſunt. & ibidẽ Ac-
cur. citat. §. j. inſti. quib. ex cau. manu. non li. & l. fi. C.
qui bo. ced. poſ. Sed licet Bal. Seue. & Boe. ac Paris. nõ
leues iuris autores inter infames decoctores ſimplici-
ter connumerauerint. Ego in utili, atque quottidiano
iuris articulo plenius reſpondẽdum puto, ut admonet
Iuriſcon. in l. legaui. ff. de lib. lega. Si igitur quæramus
de decoctore, qui fortunæ uitio decoxerit, & hũc non
eſſe infamem reſpondeo, idque probatur in. l. debito-
res ſupra citata. Si uero de eo, qui ſuo uitio, uel eo, qui
partim ſuo uitio partim fortunæ decoxerit, ſiquidem
de dolo malo, uel fraude, quam in decoctione admiſe
rit, damnatus ſuo nomine, pactusue erit, hũc inter in-
fames connumero, idque autoritate Iuriſcon. in. d. l. j.
ff. de his qui not. infa. Vbi uero neque damnatus, neq;
pactus fuerit propter inhoneſtam, & culpatam uitam,
prauosque mores facti infamiam irrogari puto, quo-
niam turpitudo uitæ decoctoris apud graues, & bonos
uiros eius opinionem onerat. l. ea quę. C. ex quib. cau.
infa. irrog. & not. glo. iij. q. vij. §. porro. & Deci. in con-
ſi. cccccxx. uiſo puncto. nu. 5. Vnde ſi decoctores (ut
aſſolent ) rem duobus obligaſſent, facti infamiam non
euitant. idque ſenſit Accurſi. in. l. ij. C. de digni. lib. xij.



citat. l. ſiquis in pignore. ff. de pigno. actio. in. §. ſed & ſi
quis. Idem iuris eſſe puto ſi admitterent ea, quæ in. l.
iij. ff. de crimi. ſtel. habentur, quæ nota, quoniam præ-
cipua decoctorum ſunt, & ſcire ualde expedit, an de-
coctoribus infamia ſaltem facti irrogetur, quia a digni-
tatibus repelluntur, ut in. d. l. ij. C. de dignit. & propter
ea, quæ habentur in. l. fratres. C. de inoffi. teſt. & apud
Azo. in ſumma, & glo. & doct. in. l. nullam. C. ex quib.
cau. infa. irrog. & ibidem uidebis ad prædicta Saly.

Ait etiam Bal. more antiquiſſ. legis dilaniandi credi-
toribus tradendi ſunt, citat gl. in. l. j. C. qui bonis ced.
poſ. ubi Accur. Aul. Gel. citat, locus Gellii eſt Noctium
Acti. lib. xx. c. j. ubi habes uerba legis. xij. tab. de qua
ſenſit Bald. refert etiam uerba legis. xij. tab. Lud. Cel.
lectionum antiquarum lib. vij. c. xx. ubi eleganter qui
dem plura refert, & qui oberati, quiue nexi dicebãtur,
declarat. Adde Liuium lib. viij. j. Decad. & lib. vj. eiuſ-
dem Decad. & uidebis ( ſi libet ) uerba legis. xij. tab.
ſub rub. de re iud. Circumferuntur enim cum ſcholiis
Iaco. Spieg. Sed quoniam ſeueritas legis. xij. tabu. anti
quata eſt, ut ſcribunt doct. in. l. j. C. qui bon. ced. poſ.
& in conſi. xciiij. nu. 58. uol. j. idem inquit Pau. par. tra-
ctemus nos plenius, quod alii neglexere, quibus pœ-
3 nis decoctores plectantur. † Dic igitur diſtinguendo,
aut quis decoxit fortunæ uitio, & hunc fortunæ telis
uexatum puniri, & iniquum, & iniuſtũ eſt. arg. l. diuus.
ff de offi. præſi. quod & ſupra probauimus, & cum de
ſtatutis uerba faciemus, latius oſtendemus. Aut quæ-
ris de decoctore, qui ſuo uitio, uel partim ſuo, partim
fortunæ decoxerit, & ſiquidem decoctor eſt publicæ
pecuniæ, fraudemque in decoctione admiſit, ictibus
plumbatarum ſubiici debet. l. quilibet. C. de decu. lib.
4 x. in qua. l. obiter nota, † quòd Accurſi. exponit illud
uerbum ictibus plumbatarum, ut damnetur plumbo,
ideſt, in metallum. citat. l. j. C. de his qui pote. nomi. &
de eodem uerbo plũbatarum, meminit Imperator in
l. ij. C. de excu. trib. ubi Luc. pen. remittit ſe ad expoſi-
tionem Accur. in. l. quilibet, proxime relata. Ego autẽ

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



huiuſmodi interpretationem nõ probo, nam plumba-
tæ ſunt pilæ plumbeæ, de quibus meminit Vegeti. de
re mili. lib. j. Vnde Imperator ſenſit de alia pœna, quæ
plumbatis inferebatur. Verberandi enim, atque percu
tiendi ſunt decoctores fraudulenti pecuniæ publicæ
plumbatis prædictis, quod innuunt illa uerba ictibus
plumbatarum, & ſimiliter uerba. l. ij. paulo ſupra ius
relatæ plumbatarum uerba. &c. & clarius probatur in
citata. l. j. C. de his qui potẽ. in illis uerbis, affecti plum-
bo perpetuis metallorum ſuppliciis deputentur, ideſt,
percuſſi, & exulcerati plumbo plumbatarum ictibus
5 metallorum ſupplicijs deputẽtur. † Plumbatura uero
quid ſit, quidue ferruminatio ſignificet, Iuriſcon. decla
rat in. l. in rem actio. in. §. item quæcũque. ff. de rei uen
di. in eo uero, qui non publicæ pecuniæ decoctor eſt,
ſed priuatorum debitor, & qui fraudem in decoctione
admiſerit, pœna eſt, meo iudicio, ut mercaturæ officiũ
ulterius exercere non poſſit. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep.
præpoſi. & ar. lib. x. quam. l. in prin. huius part. et in fi.
iij. par. prin. tract. noſtri de mercatore plenius interpre
tati ſumus. Item puto ubicunque titulus delicti deficit
huiuſmodi decoctores, qui fraudem admittunt, in cri-
men ſtellionatus incidere, quod obiicitur his, qui do-
lo quid fecerint, & his, qui impoſturam faciunt. l. iij. ff.
de crimi. ſtellio. quæ. l. memoria tenenda eſt, & in de-
coctionibus notanda. Sed et his addes quid de fugien
tibus cum pecuniis alienis, notauit Nico. boe. deciſio.
6 ccxv. in prin. Scripſit enim in hæc uerba, † An fugere
ſit maleficium quæritur. et Bal. in conſil. ccxx. in. q. D.
Milani. uol. iij. quod eſt repetitum in. v. uol. in nouiter
impreſſis conſil. cclxxxij. ait. Aut fugiens eſt ſeruus,
uel ſerui macula aſperſus, et eſt malum. l. j. C. de ſer.
fug. l. ſi C. de ope. lib. Aut eſt ingenuus, et tunc aut au
fugit cum re, et eſt malum ratione rei, quia contractan
do facit furtum, et idem ſi cum re, quæ aliquando fuit
aliena, ut quia cum pecunia ad numerum depoſita, ut
faciunt nummularii, ſecundum Ver. de caba. in trac.
clau. xxv. fol. col. iiij. ante fi. quod dictum fuit Bal.



in. l. a procuratore in fi. C. mand. dicens nota ultimam
gloſ. quæ dicit quôd nil eſt melius quam bona fides, &
tene memoria, & nota pro mercatoribus bonis, & etiã
contra falſos mercatores qui arripiunt fugam cum pe
cuniis alienis licet proprie non ſit furtum arg. l. ait præ
tor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cre. & iſti dicuntur
in Tuſcia, & tota Italia mercatores falliti, quos Barto-
lus uocat cedentes foro in. l. ſingularia in ſecunda con
cluſione, & ibi Franc. purp. nu. xciij. ff. ſi cer. pet. & nos
Bancha ruptos, ſeu Bancham ruptam facientes, aut fu
git abſque rerum alienarum, uel quaſi exportatione, &
iſta fuga nõ mala eſt, ſed quædam latitatio. l. fulcinius
§. quid ſit latitare. ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. hactenus
7 ille. † Poſtremo illud addemus in fabricenſibus ſingu
lare, ut ex decoctione unius oẽs teneãtur quia unum
corpus eſſe cenſentur, ut in. l. iure prouiſum. C. de fab.
lib. xj. in qua. l. obiter nota quôd Bud. in annotationi
bus in Pandectas in. l. moris. ff. de penis ait ubi legitur
uniuerſi itaque ueluti in corpore unius formæ unius
decoctionis (ſi ita res tulerit) reſpondere cogentur le-
gendum cẽſuit unius decoctiones, ſi ita res tulerit, re-
ſpondere cogentur, & uide. l. ij. C. de fun. rei priua. li.
xj. & ne hoc quidem tacebo cum quotidie decoctorũ
numerus increbeſcat ſeueriſſime in fraudulẽtos deco-
8 ctores animaduertere ſalus eſſet † mercaturæ acerbi-
tas enim plerunque ulciſcendi maleficii bene atq; cau
te uiuendi diſciplina eſt, & nonnunquam conuenit, ut
aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur quo-
ties multis hominibus craſſantibus exemplo opus eſt
l. aut facta in fi. ff. de pœnis de quo apud Abb. in. c. at
ſi clerici nume. 8. extra de iud. Gram. in conſi. xvij. nu
mero. xv. conditoris &c. ſolent propterea iura munici
palia aduerſus decoctores conſtitui de quibus ſuo lo-
co dicemus tractat enim Iaſ. in. §. fin. inſt. de act. & ui-
debis Alcia. in parer. lib. ij. c. xlvij

Deinde ait Bal. decoctores propter dolum ceſſio-
nis beneficium non habere quod eſt miſerorum ſubſi
dium nõ autem præſidium doloſorum, & probat eius

Universidad de Deusto Biblioteca



ſententia ex.l.fi.in.§.fi.ff.quæ in fraud. credi.& arg.l.
9 pe.ff.de iure dot. † uera quidem Baldi eſt ſententia in
eo decoctore qui bona ita diſperdidit,ut recuperari nõ
poſsint,& propterea addidit propter dolũ, cum enim
dolo malo bona alienauerit adeo ut reperiri non poſ-
ſint,in dignus eſt legis beneficio quia in legem cõmi-
ſit.l.ſed & ſi ex parte.§.interdum ff.quod cum eo. &
in eadem opinione fuit idem;Bal.in.l.j. numero.8.C.
qui bo.ced.poſ.& in conſi.cccc.quòd Iacobus in fi.uo
lu.j.& fuit ſententia Bar.in.l.alia in.§.eleganter in fi.
ff.ſol.mat.& huic ſententiæ aſſentitur Iaſ.in.§.fi.inſt.
de actio.nume.8.& ſeq.& nu.18.& Pau.par.in conſil.
94.nu.11.uol.j.& late ſcribit Nic.boe.dec.cccxlix.quę
ritur an ciuiliter,col.vij.& ſeq. ſubdens non gaudere
10 quinquennali,aut annali dilatione † exemplum eſt in
eo mercatore qui cum non ſoluendo ſe eſſe ſciat,pe-
cunias mutuas recipit.l.pe.ff.de iu.do.legi etiam Pau.
caſt.in conſi.clxxix.uiſo puncto,in.ij.par. Baldi ſentẽ
tiam probantem,& citat.l.ſiquis dolo in princ.ff.de re
iud.& uidebis reſponſum Pau.elegãs enim eſt & quo-
tidianum loquitur enim in eo decoctore quis ad pa-
ctiones creditores traxerit,& ſecundum pactiones nõ
ſoluendo eſſe repertus fuerit. Placuit etiam relata ſen
tentia Dyn.in.§.item ſi quis in fraudem inſtit.de acti.
ubi Iaſ.ſub nume.92.inquit ceſsio bonorum liberat a
carcere,ſed quid utilitatis afferat intruſio debitoris in
carcerem,ſubdit ſe non uidere, quando nudus debi-
tor creditorum expenſis alendus eſt,cum de ſuo non
habet,iuxta gloſ.in.l.fi.in uerſi.agnoſcere C.de erro.
mil.ann.lib.xij.ad quod uidebis Mat.ab aff.dec.lxxj.
fuit dubitatum,ego uero rationi Iaſonis ex uerbis iu-
riſconſulti in citato.§.fi.l.fi.ff.quæ in frau. credi.puto
reſponſum patere in illis uerbis prętor non tantũ emo
lumentum actionis intueri uidetur in eo, qui exutus
eſt bonis quam pœnam,& hic illud ad confirmationẽ
prædictorum ſubiungi poteſt,clariſsimi iuris eſſe filiũ
11 familias † etiam in poteſtate parentis conſtitutum ex
omnibus cauſis tanquam patremfamilias obligari, &



ob id cum eo tanquam cum patrefamilias inſolidum
agi poſſe.l.filiusfamilias.ff.de actio.& obliga.l.tam ex
contractibus.ff.de iudicijs.& ſi non habet unde ſoluat
capi poteſt.l.tertia.§. ſed utrum.ff.de minoribus.l.j.
C.qui bonorum cedere poſſunt eius tamen rei nomi-
ne quæ contracta cum eo erit,cum is in poteſtate eſſet
ſi poſtea emãcipatione,uel aliter ſui iuris factus erit in
id tantum quod facere poteſt, datur actio.l.ſecunda.
ff.quod cum eo.niſi tamen ſit hęres patris quia inſoli
dum cõuenitur.l.ſecunda.l. ſi ex alio.C.eo.eaq; pro-
pter cautela eſt,ut filiusfamilias mercator qui uult car
12 cerem † euitare ſe emancipari procuret,ut doctores in
citatis.ll.ſcripſere,uel mortuo patre paternis;bonis re-
nunciet quod notauit Bald.in dicta lege ſi ex alio, &
Paul. caſtren. in dicta lege ſecunda.C.&.ff.quod cum
eo & Vero.in cau.ſuis cau.xiij.ſcis quòd filiusfamilias
& ſcripſit plene Paulus parmenſis,in conſilio nonageſi
moquarto uolumine primo, & ſecundum relata loca
quod diximus intelliges. Si tamen filiusfamilias deco
xiſſet, & fraudem in decoctione admiſiſſet indignus
13 eſt, † & ceſsionis beneficio ac.l.ſecunda.ff.quod cum
eo ceſſant enim huiuſmodi beneficia in his qui ſua cul
pa non ſoluẽdo facti ſunt propter fraudem, ut ſcripſit
Paris in dicto conſilio qui citat.l.ſed interdum in fin.
&.l.eum qui.ff.quod cum eo,& ad materiam dilatio-
nis,& ceſsionis bonorum addes Math.affl.dec.cclxx-
vij.& in duabus ſequen.Deci.& Staph.in tracta. de li-
te.gra.& iuſt.pagina.clxx.& illud quod ad rem perti-
net non ignoro decoctorem qui bonis ceſſerit nec a-
14 gere † nec conueniri poſſe.l.item ſi unus.ff.de arbitr.
& ſecundum ea quæ leguntur,& notantur in.l.is qui
bonis,& in.l qui bonis.ff.de ceſſ.bono.ſed quod dixi-
mus decoctores dilatione quinquennali gaudere non
poſſe an uerum ſit diſſeremus in ea parte qua de pactio
nibus inter debitores,& creditores tractabimus,& ui-
de Par.in conſi.c.uol.iij.

Sequuntur uerba Baldi facileſque ſunt ad mentien
dum,uero uerius eſt quod inquit Baldus idque,& Se-

Universidad de Deusto
Biblioteca



uerinus,& Boe. in citatis locis probant,& ipſa experiē
tia decoctores mentiri facile ſolere quotidie audimus,
15 † ex qua argumentum licet ſumere capitulo quam
ſit de electio. in. vj. clementi. diſpendioſam de iudiciis
quod Baldus ideo adiecit, ut extra gregem bonorum
uirorum hoc genus hominum eſſe penitus oſtende-
16 ret Nigidius enim apud Gellium † ait uir bonus præ-
ſtare debet ne mentiatur prudens ne mendacium di-
cat. Pœnæ uero aduerſus mendaces, et illos qui men
17 tiuntur uariæ † ſunt conſtitutæ, & illas percenſere nō
eſt noſtrum de quibus in. l. ſed ſi ex parte. in. §. inter
dum. ff quod cum eo, & in. l. finali. & ibidem Bal. C. de-
fidei & in. l. ſiquis dicat. ff. de manu. & in. l. fin. ff de rei
uendica & in auten. contra qui propriam. C. de non
nume. pecu. & facit tex. in. l. ſiquis ex argentariis in. §.
cogentur. ff. de edendo. in illis uerbis quid enim ſi hu-
milis, & deploratus unus edidit, ut dubitare quis meri-
to de fide editionis poſſit item. l. ſi unus in fine. ff. pro
ſocio, & uidebis Felyn. in cap. cæterum nume. xxviij.
de iudi. & Iaſo. in. l. quod te numero. xxx. ff. ſi certum
petatur. qui nonnulla beneficia propter mendacium
amitti refert, unde præceptor meus Paulus parmenſis
reſpon. lib. j. reſp. lvij. numero. xlj. merito inquit con
tra mendaces iura inſurgere.

18 † Subiungit Baldus, & ad colludendum faciles, qđ
& uerum eſſe nemo ambigit ſi quidem excogitatas ar
tes ſtudent, ut creditores fraudent de quibus in titulo
ff. de his quæ in fraud. credi. & in tit. ff. & C. de collu.
dete. ubi Azo. & ſcribit Cardina. in clemen. conſtitu-
tionem in. §. ſane in principio, & apud eundem nota-
tur de electio. & nos tractabimus, & colluſiones com-
plures detegemus.

19 † Subiicit poſt hæc Baldus noſter a communiter ac
cidentibus falliti ſunt fraudatores, & præſumitur om-
nibus ineſſe quod omnibus eſt commune. Optimum
& naturali rationi conſonum Bal. eſt argumentum ex
20 eo † quod ſolitum eſt, & ut plurimum eiuſdem generis
homines facere conſueuerunt, ex perſonis. n. facta di-



ctaq; penſamus. l. ſi. ff. de ac. & obl. Bal. in. l. ij. numero
34. C. de ſer. & aqua & de argumento quo uſus eſt Bal.
habetur in. l. certi conditio in. § ſi nummos. ff. ſi cer.
pet. & notat Gloſ. in. l. neque natales. C. de proba. ubi
Bal & in. l. cum dotem. C. de iure Dot. Alex. in. l. non
hoc unde legi. & Deci. in conſil. cccccvj. ad dubia, cir
ca ſi. conſilii ubi & mente Baldi ait in materia probatio
num eſſe utiliſſimum. De quo uidebis quæ ſcripſit
Mar. in ſing. j. & ſing. cccxxxvj. & ccccxcv. Imitatus
eſt etiam Baldus noſter ueteres iuriſconſultos qui in
culpatæ uitæ homines aliquando inuehebantur ut in
l. quante. ff. de Pub. & in. l. iij. §. miratur. ff. naut.
cau. ſtab.

21 † Quod autem inquit Bal. ob aduerſam fortunam nō
excuſari. l. epiſtolam in prin. ff. ad Trebel. l. continuus
actus. §. illud &. §. cum quis. ff. ad Trebel. non eſt per-
petuo uerum, nam aduerſam fortunam ubi decoctor
eam probauerit excuſationem præſtare ſupra probaui
mus & etiam dicemus, nec citata iura Baldi ſententiā
pobant, defendi tamen poſſet Bal. ſecundum noſtram
diſtinctionem non ſemel relatam in eo decoctore qui
partim ſuo uitio partim aduerſe fortunæ decoxiſſet
nec puto Baldum noſtrum aliter ſenſiſſe.

Denique Baldus noſter qui in iure noſtro propter in
genii acumen & frequentes diſceptationes forenſes pri
mum locum obtinet, aut certe poſt Bartolum, ſubii-
cit, fallitus ergo fraudator, ſic enim lex eum uocat un-
22 de edictum fraudatorium. † Conſequentia Baldi quo
ad præſumptionem ex uerbis, & mente legum eſt, ut
ex præmiſſis liquet, & liquidius ex infra dicendis pate
bit, & meo quidem iudicio iuriſconſultus innuit in. l. ſi
hominem in. §. quoties iuncta. l. ſeq. ff depo. Ait enim
iuriſconſultus quoties foro cedunt nummularii pri-
mo loco depoſitariorum ratio habēda eſt, deinde in. l.
ſeq. ſubdit quomodo priuilegium exerceatur, & in-
quit exerceri non tantum in ea quantitate quæ in bo-
nis argentarii ex pecunia depoſita reperta eſt, ſed in
omni fraudatoris facultatibus, illum ergo qui foro ceſ

Universidad de Deusto Biblioteca



ſit lex fraudatorem appellat, & de fraudatore crebra
ſit mẽtio, in compluribus. ll. in tit. ff. quæ in frau. cred.
& de hoc uerbo plene ſcripſit accur. in. l. imperatores
in uerbo fraudatori. ff. de cura. bo. dan. denique de edi
cto fraudatorio de quo Baldus meminit, habes in. l. j.
ff. quæ in frau. cre. ubi accur. ait appellari quãdoque in
23 terdictum. ff. de ſolu. l. puppilli in prin. ┼ meminit etiã
de hoc interdicto ſpec. in tit. de rebus ecc. non alie. in
fi. Tu uero dic ut per Bar. in dicta. l. puppilli in prin. &
eundem in. l. ſi poſtulante in prin. ff. ad Trebel. & Iaſ.
in. §. Item ſiquis in fraudẽ num. 5. & ſeq. inſtit. de acti.
Verbis igitur Baldi relatis, & interpretationibus fa
ctis, quoniam decoctorum ſingularia fraudum gener.
nouæ inſidiarum rationes, ad fraudandumque credi
tores excogitatæ artes ſumma cum ratione ſtomach
Baldo noſtro fecerunt, ut in eos inueheretur, & ne
qui quotidie uidimus ualde mouent ideo, quæda
ſubiungemus.

24 ┼ Solent decoctores rationes tam in codicibus quã
in aduerſariis intricare in necem creditorum ex qu
dolus malus præſumitur. l. ſumma cũ ratione ubi te
notabilis. ff. de pecu. l. quidam. ff. de in rem uer. iuncta
expoſitione accur. & uide Iaſ. in. §. item ſiquis in frau-
dem num. 37. inſt. de acti. ſolent in quam rationes in-
tercidere adulterare, & turbare iuxta. l. j. in. §. fi. ff. de
ſer. cor. unde de fide librorum, et rationũ merito quis
dubitare poteſt. l. ſiquis ex argentariis. §. cogentur. ff.
de eden. de quo diximus in ſecunda par. principalis
tractatus, ubi ſpeciatim de eo mercatore meminimus
qui ſe librum nõ conſcripſiſſe dicit, quod audiui quoſ-
dam decoctores affirmaſſe ne fraudes detegerentur,
bene igitur fecerint creditores ſi decoctione debitoris
ſecuta, ſtatim libros exhiberi petierint, et rationes dili
genter rimati fuerint, ex his enim fraudes, ex his do-
lum, et decoctoris, et aliorum ſubtili inquiſitione per
ſpicient, earum enim quæ præcedunt, uel quæ ſequun
tur ſummarum ſcripta ſpectanda ſunt, ex præcedenti-
bus nanque ſequentia declarantur. l. ſi ſeruus plurium



§. fi. ff. de leg. j. et. C. de inſtit. et ſubſ. l. pe. Quidue etiã
et quantum in bonis decoctoris ſint etiam per dome-
ſticos inueſtigari poteſt. l. ij. C. quando, et quibus quar
ta pars deb. libro decimo, et ſcribit Bal. conſi. cccc. nu
me. 10. lib. v.

26 ┼ Solent etiam decoctores merces ipſas, et bona intri-
care obligando conſumendo donando aliiſque paulo
ſuperius relatis modis, unde (ut in initio diximus) et
conturbare fortunas, et rationes dicebantur, et cum
ſuſpicantur aliquem ſecum acturum alio merces auer
tere, et poſſeſſionem ipſarum in alium transferre, ex
quo dolo non carent dicta lege ſumma cum ratione,
quam lege Bartolus, et Baldus, et plerique alii con-
tra debitores notant quæ confirmabis ex his quæ An
dre. Tiraquellus ſcripſit in com. de utroque ret. §.
iij. glo. j. pag. 908. et ſeq. nume. 16. et ſequentibus nu. et
aliud genus fraudis uidebis in. l. nam et poſtea. §. ſed
et ſiquis. ff. de iure.

27 ┼ Item, et illud quod decoctorum eſt non tacebimus
plerunque enim merces data opera uilioris diſtrahunt
unde uidebis Andre. Tiraquellus in relato loco, et
Iaſon in. §. item ſiquis in fraudem nume. 46. et addes
elegantem tex. in lege illud in. §. ſi cui dolo. ff. de trib.
et quod ſingulariter iuriſconſultus inquit in lege ſi
debitor, et lege ſeq. ff. quæ in frau. cre. ſi in fraudem cre
ditorum res aliquas minori precio alicui uendiderint,
qui fraudem non ignorauerint, alienata per creditores
reuocari poſſe etiam ſi precium non reſtituatur, ſi ta-
men nummi ſoluti in bonis decoctorum extent iu-
dex eos reddere iubebit quia ea ratione nemo
fraudatur.

Conſueuerunt etiam mercatores cum iam contur-
bandi conſilium inierunt, ſe aliquibus creditoribus
gratioſos reddere, uel enim cum in diem debent præ-
28 ſens ſoluunt, ┼ quæ ſolutio reuocari poteſt, quoniam
prætor etiam in tempore fraudem fieri intellexit. l. ait
prætor. §. ſi cum in diem. l. omnes. §. fi. ff. quæ in frau.
cre. iiſdemque locis de pignore dato uel remiſſo no-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatur, Vel etiam aliquibus creditoribus ad ſuum con-
ſequendum uigilantibus, ſoluunt cum alios magis pri
uilegiarios habeant, & merito ſolutiões retractari poſ-
ſunt, ut ſcripſit Pau. in. l. ſumma cum ratione numero
vj. ff. de pecu. citat. l. ex facto in. §. fi. eodem titu. & l.
iij. ff. quod cum eo, unde Bal. in. l. j. numero. xix. C.
qui bon. ced. poſ. inquit poſteriores creditores priori-
bus anteponendos non eſſe, ſed creditoribus ſolui de
bere, uel pro rata, uel ſecundum prius, & poſterius ſi
habent hypothecas niſi debitores lege, uel ſtatuto per
mittente facerent. C. de iu. deli. l. fi. §. & ſi præfatam, &
l. legis iuliæ. C. qui bono. ced. poſ. ſed de his ſuo loco
dicemus.

Vulgare etiam ac uſitatum eſt decoctores omnia
bona ſua uel maiorem partem alienare ex quo Bald.
in loco paulo ſuperius relato, dolum & fraudem præ-
29 ſumi ait. l. omnes in. §. lucius. ff. quæ in frau. cre. † idq;
ſiue ſimul, & ſemel ſiue interpollatis uicibus fecerit. ff.
de lega. iij. l. nomen. §. filio ad quorum interpretatio-
nem, & declarationem uide Aret. inſti. quib. ex cauſis
ma non li. §. in fraudem, & Iaſo. in. d. §. item ſiquis in
fraudem nu. xxxiiij. & ſeq. Deci. in conſi. cccccIxxxvii.
nume. ix. et Pau. par. in conſi. lxx. num. xxxj. uol. iiij.
ubi de donatione omnium, ſeu bonorum partis me-
minit, quibus addicies quod docte quidẽ ſcripſit An-
ge. de mercatore qui omnia bona in fraudem futuro-
rum creditorum donauerat ubi eleganter fraudatoris
coniecturas enumerat quod Ange. reſponſum eſt ſub
numero. xlviij. quidam Franciſcus, & quæſtionem de
mercatore, ſeu eo qui mercaturam exercere deſtina-
uerat filioque naturali omnia bona donauerat tractat
Bal. in rub. de reuo. his quæ in fraud. cred. num. viij.
& Ang. are. in. §. item ſiquis in fraudem num. xj. & pro
pe nume. xij. Pet. vbal. in trac. de duobus fratribus in
viij. par. numero. xxxj. & quid in materia ex facto con
ſulto eid m Baldo noſtro placuerit uidebis in conſil.
cccclxvj. uol. v. ad intelligentiam numero. ix. uerſicu.
ſed certe, qui ait ex inſolita, & repẽtina bonorum om



nium alienatione fraudem præſumi, et ſubdit in frau-
dulentis mercatoribus fraus eſt præſumenda, ut in re-
gula ſemel malus.
30 † Illud decoctorum uſitatiſſimum, et pulcherrimũ
genus fraudis eſt, ut per biduum triduum ue ante de-
coctionem, uel generant quid fraudationis cauſa, uel
contrahant, in quo Bal. elegantem quæſtionem propo
nit in conſi. cccc. uol. j. non ſemel relato de hoc enim
quæritur apud eum, Antonius in rationibus librorum
cuiuſdam quæſtoris creditor in mille factus erat, eadẽ
ratio in quingentis dumtaxas in Bernardum tranſlata
fuit, Deinde idem Bernardus decoxit amiſſa fide, &
duobus diebus antequam decoxiſſet eandem rationẽ
quingentorum in eundem Antonium tranſtulit, &
nomine Antonii deſcribendam curauit, dicebant cre-
ditores tranſlationem in fraudem factam negabat An
tonius rñdit Bal. ex coniecturis, ut in conſi. qđ legito.

Hic ſubiungi poteſt illa hæſitatio de mercatore qui
cum iam conſilium fugiendi iniuiſſet merces ab alio
emit mercatore, qui merces habita fide de precio tradi
31 derit. † Præſumitur enim præcedentem dolum cau-
ſam dediſſe fidei habendæ de precio, & perinde ha-
betur, ac ſi fides non eſſet habita, & conſequẽter mer
cium dominium non intelligitur tranſlatum, ut ſcri-
bit Ang. in. l. ſi cum dotem in. §. ſi mulier. ff. ſol. matri.
ubi idem Ang. ſubdit huiuſmodi quæſtionem ex facto
propoſitam fuiſſe tempore decoctionis Guardorum, et
in ciuitate Bononiæ, et deinde ſcripſit in hæc uerba in
telligam autem mercatorem conſilium iniuiſſe fugien
di ſi hoc dixit coram aliquibus. l. fulcinius. §. quid ſit
autem latitare in glo. in uerbo animus. ff. quib. ex cau
ſis in poſ. ea. uel etiam ex uicinitate contractus, & fu-
gæ, utputa quia mercator fugitiuus hodie fugit, et he-
ri merces emit. l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priui. credit.
Nota hoc et tene memoria hæc ille cuius ſententiam
ibidem Alexã. probat unde ſequitur cum dominium
non ſit tranſlatum in mercibus uenditis cæteris credi
toribus ipſum uenditorem præferendum, & in eadem

Universidad de Deusto Biblioteca



ſententia fuit Neg. in trac. de pigno. in ſecundo mem. v. par. nume. viij. alias numer. xiij. ubi citat ita etiam cenſuiſſe Veronen. in can. ſuis pag. xvj. uulgaris, col. j. et uidebis circa fidem habitam deprecio, et ad materiam Pau. caſt. in. l. procuratoris in. §. ſi plures. ff. de tribut. l. ſi quaſi. ff de pign. act. Arct. in. §. uenditæ inſt. de rerum diui. ſed et addes prædictis quod eleganter ſcribit Iaſ. in conſi. cxj. aduertēdum eſt, uol. iiij. Ait enim ubi traditio mercium non interueniſſet, uel actus legitimus quo poſſeſſio transfertur puta conſtitutum, ſeu inſtrumentorū, et librorum rationum traditio præſenti facta. l. j. C. de dona. ex quo merces in dominio uēditoris remanſere, et propterea hypothecatas ſibi eſſe creditores non iure dicunt. l. rem alienam. l. aliena. ff. de pig. actio. certo certius eſſe aduerſus uenditorem et merces uenditas decoctoris creditores experiri nō poſſe. Et quod diximus ex breuitate temporis fugien
32 di, et fraudandi animum dignoſci, ✠ et conſilium initū a decoctore præſumi comproba ex his quæ ſcribit Deci. in conſi. clxxxij. in fine conſilii, et ex multis ſimilibus a Mar. congeſtis in conſi. xlviij. nume. xxxj. et ſequen. et in. l. ſtatu liber numero. v. uſque in finē. ff. de quæſt. et in eius Prac. crimi. in. §. nunc uidendum nume. xxxiij. uſque ad numerum. xliiij. et Alcia. in trac. de præſump. in. iij. reg. uerſi. nono præſumitur nume. xxiij. et in uerſi. decimo præſumitur numero. viij. et utrobique apud eum notatur probabis etiam ex multis interpretum locis relatis ab Andr. tiraq. in com. de ut. ret. §. j. glo. vij. nume. lxxvj. et ſeq. num. pag. xcvj. et ſequen.

33 ✠ Nec illud tacebimus ſolere mercatores cum iamiam ſe decocturos ſciunt fallaces eſſe, et illud plautinum uerbum in ore habent. Pol pudere quam pigere conſtat totidem literis. Et ut promptius ſibi pecunia credatur mentiendo dicunt ſe locupletes, pecuniam in rem aliquam collocaturos, fideiuſſores idoneos ſtatim daturos, uel confeſtim ſoluturos. Vnde quia dolo malo faciunt niſi ſit alia aduerſus eos actio de dolo dā



da eſt. l. falſus. §. ſiquis. ff. de dolo ſolent, et uti fallacia de qua in eleganti. l. iij. ff. de pigno. act. Item ſolēt mercatores eorum fidei tuendæ ac cōſeruandæ gratia quoad eius fieri poteſt poſtquam ſciunt ſe ſoluendo non eſſe, et eorum fidem labefactatam iri, merces, et res diſtrahere. Vnde ut ſcias horum fraudes detegere, et clientulis tuis bene conſulere confugito ad Bar. in l. ſiquis cum haberet. ff. de his quæ in frau. cred. Ait enim de-
34 bitorem in fraudem feciſſe hoc ipſo probari ✠ quòd debitor ſcit ſe habere creditores, et ſcit ſua bona nō ſufficere, probatur autem creditores aliquem habuiſſe ſi ipſemet cōtraxit, quoniam facti proprii nō poteſt ignorantiam prætēdere. l. quēquam. ff. ad. S. C. uel. Modus
35 etiam probādi ✠ quòd quis ſciret bona ſua creditoribus nō ſufficere habetur ex commētariis eiuſdē Bar. in aut. ſed cum teſtator num. 5. C. ad. l. fal. et ſcribit Iaſ. in relato. §. item ſiquis in fraudem num. 46. in quo loco alias fraudes notare poteris ſed quātot ſunt decoctorum fraudes quot uix dici aut enumerari poſſunt, quę
36 dam loca breuitatis ✠ cauſa referemus ex quibus aſſumes quæ ad materiam pertinēt ſcribit igitur Bal. in materia certa, et elegāti doctrina in cit. conſil. cccc. in. v. uol. et in conſi. cxlix. proponitur, quòd ex cauſa depoſiti uol. j. ubi plene, et elegāter ſcribit, & idem Bal. in decoctore ſcripſit in cōſi. ccccxxxj. caſus talis eſt eo. uol. j. & ad pręſump. doli mali, & fraudes confugito ad luc. pen. in. l. quemadmodū. C. de agri. & cen. ubi et plene, et copioſe tractat. Arc. in. §. in fraudem inſt. ex quibus excau. manu nō li. and. Tiraq. in com. de ut. ret. §. j. glo. viij. num. 74. et ſeq. pag. xcvj. et ſeq. et uidebis quæ habētur. ff. quæ in frau. cred. per totū, et quæ ſcripſit Bal. in Rub. C. de reuo. his quæ in frau. cred. Bert. in uer. fraus quibus addes quod ex facto cōſulto placuit Decio in conſi. cclx. Quæritur breuiter. Reſpōdit enim remiſſionem facta à marito de lucro dotis quod
37 lege municipali ✠ defertur uxore præmortua eidem uxori reuocari à creditoribus mariti tanquam in fraudem factam non poſſe in qua quæſtione adiicies quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſcripſit Ancha.in conſi.cj.et Soc in conſi.lxxvj. quia
per dominum,numero.vj.uol.iiij.et uidebis quę ſcri
pſit And.tiraq.in com.de ut.ret.§.xxvj.glo.j.numero
x.et ſeq.pag.ccccxcv.item et illam.q.non abſimilem
adnotabimus quam Alex.Iaſ.et alii tractarunt in.l.ſi
mihi et tibi in ſi.principii.ff.de lega.j. quidam teſtator
38 ✝ fundum legauerat uxori ſuæ,et filiũ inſtituerat, qui
filius deinde etiam matri hæres extitit cumque mater
mole debitorum prægrauata eſſet filius matri ſuæ lega
tum fundi factum repudiauit,ut ab eo creditores ma-
39 tris excluderet, ✝ idque legatũ filius,ut patris hęres re
tinuit in qua q uæſtione plerique ſenſere repudiationẽ
tenere,et uidebis Alex.in conſ.cxiij.pro deciſione uo
lu.iij.nouisſime in materia fraudum illud addendum
eſt præſumptiones,et coniecturas in huiusmodi pro
legitimis probationibus haberi,et uidebis Iaſ.in conſ.
40 cxlj.circa primum uol.iiij.qui eleganter ✝ loquitur et
contra decoctores omnem cõiecturam creſcere quod
non ſemel diximus referendo Nico.boer.dec.ccxv.et
Seuc.in trac.de suſp.et fugit.q.j.nume.xiij.et de con
feſsione facta a marito de dote cum ſoluendo non eſ
set uel futurus non ſoluẽdo, an noceat poſterioribus
creditoribus,mercatoribus scripſit plene Goza.in cõ-
ſilio.xxviij.

Poſtquam de fraudibus decoctorũ cum Baldo diſſe
ruimus bene eſt contra eos aliqua etiam tractare, et
primum sciendum eſt liberum hominem pro debito
regulariter capi non poſſe, et creditori ſeruire ob æs
41 ✝ alienum iura non pati.l.ob æs.C.de act.et obl.c.la.
tor extra de pig.et plene scribit Barto.in.l.fin.ff.ad.l.
iuliam pecu.unde cum non poſſit capi ſi ad eccleſias
confugerit inde extrahendus non eſt.l. præsenti.§.
j.C.de his qui ad eccle.cõfu.ſi enim eſſet extra eccle-
ſiam cedendo bonis carcerẽ euitaret.l.j.C.Qui bo.ce.
poſ. Sed ſi lege municipali caueretur liberum homi-
nem propter æs alienum capi poſſe, ex Eccleſia extra-
hi poſſet,ut eleganter legum pater Oldr.probat in cõ-
ſi.liiij. An fugiens pro debito.ubi adijcit in illis iuris





articulis,in quibus debitor in carcerem detrudi poteſt
extrahitur ex eccleſia,citat,quæ notantur in.l.nemo.
C.de exact.trib.& conſuetudinem loci spectandam eſ
ſe.Qua de re bellisſime tentat dicere Nico.boe. deci.
43 ccxv.paulo ſuperius citata ſub nu.7. ✝ Cũ decoctores
beneficium ceſsionis non habeant,& in carcerem de-
trudi posſint,ſecundum ea,quæ ſupra diximus, bene-
ficio immunitatis eccleſiæ non gaudere.arg.§.ſed ne-
que uero publicorum tributorum. in aut.de mandat.
prin.Idque in Gallia obſeruatum refert, quod ſingula
riter notandum eſt, cum decoctores ſoleant ad eccle-
ſias tanquam refugium tutisſimum confugere, & his
adiicies,quæ ſcripſit Bal.in conſil.cccc.quòd Iacobus.
uol.j.in quo loco quædam ad rem colliges,& respon-
dit in ſecuritate decoctori a principe conceſſa.

Item animaduertendum eſt ſolere mercatores, qui
pecunias mutuas ſumpſere cum ipſis pecuniis, uel bo
na earum parte aufugere, ſeque non ſoluendo eſſe aſ-
ſerere,& deinde immobilia bona creditoribus offerre,
freti,ut æſtimatores rerum, qui ſinge ex lege munici-
pali adhibendi ſunt,uel amicitia, uel miſeratione du-
cti plus æquo referãt. Sciendum eſt igitur regulariter
44 ✝ creditores in pecunia ad id compelli non poſſe,cum
aliud pro alio,inuito creditore,ſolui non posſit.l.ij.§.
j.ff.ſi cer.pet.ubi iuris interpretes plene ſcribunt.Sed
& in materia uidebis.l.eum a quo.iuncta aut.hoc niſi.
quæ.l.prædictam ſubſequitur.C.de ſoluti.& quòd ex
facto conſulto Romano placuit in conſi.clxiij. conſti-
tutio curiæ,qui bellisſime in quæſtione propoſita diſſe
45 ruit. ✝ Sed & addes ad interpretationem.d.aut. Alex.
in conſi.xxxvij.nu.6.& nu.14.uol.ij.Lud.goz.in con
ſi.xxvij.nu.27.& in conſi.xxxij.per totum Iaſ.in con-
ſi.ix.nu.12.& ſeq.uol.j.

Illud etiam non eſt prætereundũ,quod ſcripſit Pau.
ca.in.l.hæres a debitore.in.§.quòd ſi ſtipulator.ff de
46 fideiuſſo. ✝ Ait enim,nota in perpetuum iſtum uerſicu
lum in cauſis mercatorum ceſſantium, cum enim au-
fugiunt, ſi creditores (ut ſolent) omnium bonorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



decoctoris poſſeſsionem apprehēdunt, non tamen ex
hoc decoctores ſunt liberati, & minus fideiuſſores, tūc
enim liberantur, cum bona in ſolutum dantur. Quæ
Pau. ſententia uera eſt, & probatur in citato. §. in illis
uerbis, quôd ſi poſſeſsio rerum debitoris data ſit credi
tori æque dicendum eſt fideiuſſorem manere obliga-
47 tum. ✝ Suadetur etiam ex eo, quod ſæpisſime eſt con-
ſtitutum, & certo certius eſt, non prohiberi creditorē,
qui realem uiam ſibi elegerit ad perſonalem redire, &
contra, de quo Bar. in. l. conſentaneum. C. quomodo,
& quan. iud. col. fi. Bald. in. l. ignorare. in fi. C. de teſti.
mil. Alex. apud Barto. in. l. hæres. in. §. quòd ſi hic ſer-
uus. ff. de fideiuſ. & belliſsime ſcripſit Deci. in conſ. xij.
& pro tenui. col. ij. & fi. & in conſi. lxxiij. præſtātisſime
doctor. in fi. & conſi. ccccclxij. uiſo puncto. num. 8. &
ſeq. Marſi. ſingu. cccxcviij. & plene, ac eleganter ſcripſit
Iaſ. in conſi. ix. reuerende domine. uolu. j. & in conſi.
xxviij. reuerende domine uicarie. nu. 3. eo. uol.
48 ✝ Expedit & illud mercatores non latere, qui ſocie-
tates inire ſolent, ſi unus ex ſociis mole debiti prægra-
uatas bonis ceſſerit, & ſubſtantia eius uæneat, ſocietatē
ſolui. l. actione. §. j. ff. pro ſocio. inſti. de ſociet. §. ſolui-
tur. uerſi. item ſiquis. ubi Areti. ait, Nota, quòd eo ipſo,
quôd unus ex ſociis efficitur non ſoluendo, & bonis
ceſſerit, uel propter debita publica, uel priuata ſtatim fi
nitur ſocietas, & ideo ſi ſocietatem coiui cum Titio in
arte lanæ, & Titius in aliis ſuis artificiis ruperit, ſeu de-
coxerit, et bonis ceſſerit, ſtatim in arte lanę ſocietas eſt
ſoluta, & ſi ego & Titius adhuc in ſocietate cōſenſum
accōmodamus, noua uidetur inchoare ſocietas, et anti
qua ſoluta eſt, nouaque pacta fieri poſſunt, et antiquis
non eſt ſtandum. Quibus addes, quod præceptor me-
us Pau. par. ſcripſit in conſi. lxxxij. aduertendum. uol.
j. nu. 40. et ſeq. nu. Ait enim ex decoctione ſola ſocie-
tatem non ſolui, ſed ceſsionem ſubſequi neceſſarium
49 eſſe, ut dicitur in. §. ſoluitur. ✝ et longam eſſe differen-
tiam inter cedere, et decoquere. Subditque quod dici-
tur in. l. ſocietatem. in. §. diſſociamur. ff. pro ſoc. Aege-



ſtate ſocietatem ſolui tribus modis poſſe intelligi, æge
ſtate, ideſt, publicatione bonorum, ut innuit text. in. l.
actione. §. publicatione. eo. tit. uel ægeſtate, hoc eſt, bo
nis omnibus a creditoribus uenditis, quod ſenſiſſe ui-
detur Iuriſcon. in. d. l. actione. in prin. uel & tertio æge
ſtate, ideſt, ceſsione bonorum, & hoc uerbum ita expo
ſuiſſe uidetur Imper. in. §. ſoluitur. uer. item ſiquis ex
ſociis, ut & Accur. & Bal. ibidem notarunt, idque ex eo
probat, quoniam ſocietas inter eos, qui non ſunt ęquis
facultatibus coiri poteſt, & ualet. l. ſocietas. eo. tit. quā
interpretationem præceptoris mei tanquam cōgruam
& ex mente legum non improbo, decoctorem autem
illum uere eſſe credimus, quē in. ij. parte deſcripſimus.
Idem etiam præceptor meus in cōſi. xciij. ſpectabiles.
50 nu. 62. in. j. uol. inquit, ✝ ſi unus ex ſociis decoxerit, nō
propterea alios ſocios fraudatores dici poſſe, ſi culpa
carent, citat Pet. de ubal. Pet. anca. in conſ. cccc. & Cu.
in conſi. clxxij.
51 ✝ Et illud notādum eſt in iure noſtro, receptum eſ-
ſe mādatum ipſo iure reuocatum intelligi ubi deterio-
ris conditionis mādatarius effectus extitit, Cum enim
cauſam noua ſuperuenit, quā ſi mandans ſciuiſſet ueri
ſimiliter reuocaſſet, legis diſpoſitione pro reuocato ha
betur elegans tex. eſt in. l. ſi cum cornelius. ff. de ſolu.
ubi Di. Bar. & Paul. notant tacite enim in mādato hoc
ineſt, ſi in eodem ſtatu mandatarius maneat. l. cum
quis. in prin. ff. eo. ubi Paul. idem probat, & Alex. idem
ait in. l. cum qui ita. § qui ſibi aut filio. ff. de uerb. obli.
& Ang. in. l. ſtichum. in. §. uſufructum. ff. de ſol. com-
probando declarat, & uide Bart. in. l. in confirmando.
ff. de conf. tut. & in. l. liberto. in. §. largius. ff. de annu.
leg. & notat Feli. in. c. ex parte decani. col. xiij. uer. fal-
lit decimo. nu. 42. extra de reſcrip. & breuiter, & docte
in materia idem reſpondit Raph. cu. in conſi. cxlvj. Si-
mon, Helias, & Petrus. nu. 5. & elegāter Bal. & Ange. ad
rem noſtram ſcribunt in. l. rogaſti. in. §. ſi fugitiuus. ff.
52 ſi cer. pet. ✝ Inſtitores, qui alicui negociationi a merca-
toribus proponūtur, uel ſocios, qui ab aliis procurato-

Universidad de Deusto Biblioteca



res cōſtituuntur eo ipſo, quòd fugerint, ſeu decoxerint
reuocatos intelligi, mandatum enim a lege reuocatur,
domino igonrante, & ideo non eſt neceſſarium contra-
hentes certiores facere, quia non ex facto reuocantis,
reuocatio originem trahit, ſed reuocati, cuius facti do-
minus probabilem poteſt ignorantiam prætendere, &
uidebis ibidem Iaſ. ſub nu. 3. qui declarat alios referen
53 do. Sed eodem in loco Deci. ait, † Hanc ſententiam ue
ram eſſe, ut mandatum cenſeatur reuocatum, ſi quæra
mus, an ex mandato, uel præpoſitiones dominus, uel
præponens obligetur, uerum eſt enim non obligari. ſi
uero quæramus, an hi, qui ſoluerint procuratori, uel in
ſtitori ſint liberati, & putat liberationis fauore propter
ignorantiam, qui ſoluerunt, liberari l. ſi non ſortem. §.
qui filiofamilias. ff. de condi. inde. citat Bal. poſt Cy. in
l. pater hæredi. in. §. fin. ff. de teſta. tut. Ego uero in hu-
iuſmodi differentia, quam conſtituit Deci. ſubſiſto. Li-
cet enim Bal. in citata, l. pater heredi. & Iuriſcon. in. §.
qui filio, dicant liberari eum, qui per ignorantiam ſol-
uerit, & loquantur in liberatione, & fauorabilior ſit li-
berationis cauſa, quàm obligationis. l. arrianus. ff. de
54 actio. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. † Idem ta-
men iuris eſſe puto in eo, qui cum inſtitore, ſeu procu-
ratore decocto per ignorantiam tamen cōtraxerit, ali-
quid ue geſſerit, ut, quod geſtū eſt, teneat, & dominus
obligetur. Mouet me, quia Accur. in. d. §. qui filiofami-
lias. loquitur etiam in obligatione, & Felin. in citato. c.
ex parte decani. nu. 47. referendo uerba Bal. in. l. pater
hæredi. ſubdit, Propter quod uidetur generaliter dicē-
dum, idem in aliis perſonis aliquid gerentibus cum hu
iuſmodi procuratore fugitiuo, & ignorātibus eius con-
ditionem. Hæc ille. Et hoc admittendum uidetur utili
tatis cauſa, & ne ignorantia damnum afferat. arg. l. in-
ter cauſas. ff. man. & eius quod ibidem notatur. l. actio
ne. §. morte. uer. item ſi alicuius. ff. pro ſocio. facit. §. re
cte. inſti. mand. Et magis imputandum uidetur ei, qui
propoſuerit, ſeu mandauerit, quàm ei, qui per ignoran
tiam contraxerit. Dicet aliquis, Ad quid ergo lex man-



datum reuocat, ubi mandatarius decoquit? Reſpondi
ſi ſciens quis ſoluerit procuratori decocto non libera-
tur, idem iuris eſt, ſi contraxerit, ſciens conditionem
procuratoris immutatam cum eo, ut dominus nō obli
getur, ubi uero per ignorantiam ſoluerit, uel contra-
xerit, & ignorantia eſt probabilis, & liberetur debitor
ſoluens, & dominus conſtituens obligetur, Idque ratio
nibus adductis, & arg. l. ſi quis patrem. & l. pe. ad ma-
55 ced. & l. ſi titius. ff. de fideiuſ. † Contra uero ubi ſtatus
immutatio ex parte mandantis contingit, quid iuris ſit
uidebis. l ſiquis alicui. ff. de acqui. hæred. doc. & præci
pue Alex. in. l. eius. ff. ſi cer. peta. Soci. in conſi. clxxij.
col. vj. in. ij. par.
56 † Denique creditoribus pignoris perſecutionē ante
diem dari, contra decoctores notarunt Bar. & alii in. l.
quæſitum. ff. de pigno. poſt Accur. Bal. in. l. ubi nu. 10.
C. de iu. dot. Et contra ſuſpectos, & fugitiuos complu-
ra ſcripſit Seue. in trac. ſuo de ſuſp. quæ conſulto præ-
tereo, ne aliorum labores uidear deſcribere, illud ſolū
57 notabis, quod in. ix. q. ait, † Debitorem ſuſpectum ca-
pi poſſe ante diem, ut caueat, quod & uerum eſt, & ſcri
ptis ab eo addes Iaſ. in. l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd. cog.
nu. 4. & ſeq. & Matth. ab affl. deci. cviij procurator. Et
in materia uidebis, quæ plene præceptor meus Paul.
par. ſcripſit in conſi. xcix. iſte Ioānes. & ſeq. conſi. uol.
iij. Sunt & alia cōtra decoctores, quæ in uariis locis hu
ius tractatus colliges, & quæ magis ad alias partes per-
tinere nobis uiſa ſunt.

# QVARTA PARS.

1 *Statutum ſi contra decoctores pro delicto pœna imponit num pœna quæ de iure ciuili in eodem delicto eſt conſtituta ſublata cenſeatur.*

2 *Statutum in proemio, de fraudatorib. loquitur dum uero diſponitur indefinite num intelligatur in eo qui propter fortuitā inopiam decoxerit plene diſputatur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

3 Prohemium legis uel ſtatuti mentem oſtendit, et finalem cauſam demonſtrat ubi ex eo infertur.

4 Statutum, quod decoctores dentur creditoribus lacerandi non ualet in his qui fortunæ non ſuo uitio decoxerint in his autem qui dolo, & cum pecunijs, et rebus alienis fugiunt ualet.

5 Spoliatus bonis ſuis belli cauſa inſolidum a creditoribus conueniri nequit.

6 Statutum generale ad æquitatem reſtringitur, et non trahitur ad ea in quibus eſt euidens iniquitas.

7 Præſumptio quæ eſt contra decoctores eos ad euidentiorem rerum demonſtrationem arctat non autem eſt iuris, et de iure.

8 Statutum florentinum quo cauetur ſi debitor infra certum diem creditoribus non ſoluerit pronuncietur ceſſans quem ſenſum habeat.

9 Statutum Peruſinū, quod iubet debitores qui ad pinguiorē fortunam deueniunt ſolidum ſoluere quacunque conuentione non obſtante num referatur ad illum decoctorem qui pactus eſt tempore quo peruenerat ad pinguiorem fortunam, ut certa parte creditores contenti eſſent & in.6.par.nu.1.

10 Statutum florentinum, quod mandat creditores omnes in tributum uocari, et æquam omnibus eſſe conditionem, quod ualeat, & de interpretatione ipſius.

11 Statutum ſi ampliſsimam poteſtatem cuilibet concedit fugitiuum, & decoctorem accuſandi quomodo intelligatur.

12 Statutum, quod ſyndicis iuriſdictionem tribuit declarandi bona & iura, creditores, & debitores. & nomina debitorum ceſſantium non trahitur uel ſyndici ius habeant declarandi domum ceſſantis eſſe ceſſanti hypothecatam.

13 Statutum, quod iubet tranſactionem initam a ſyndicis cum decoctore adhibito conſenſu duarum partium creditorum ratam eſſe, etiam alijs creditoribus inrequiſitis, & ignorantibus quam declarationem habeat.

14 Statutum, quod officialibus, et ſindicis poteſtatem dat uendendi quæcunque bona ceſſantiū ſeu quæ declarata fuerint per ſindicos ad ceſſantes pertinere quem ſenſum habeat.

15 Statutū, quod filios qui ſe ab hereditate patris ceſſantis abſtinent ad debita perſoluendum aſtringit locum habet in filijs uere ceſſantium non in filijs eorum qui pro ceſſantibus habentur.



16 Item, quod non comprehendat filios clericos etiam in minoribus conſtitutos.

17 Item, quod filij uigore dicti ſtatuti non teneantur ex contractibus a parentibus extra territorium factis.

18 Statutum florentinum, quod patrem qui permiſerit filium negociari, & non contradixerit pro filio obligatum iubet non trahitur ad negocia quæ extra territorium filius geſſerit, et circa dicta ſtatuta an ualeant.

19 Statutum, quod certis conditionibus fratrem decoctoris pro decoctore obligatum iubet quomodo intelligatur relatiue.

20 Statutum, quod fratres omneſque ad unum panem, & uinum ſtantes pro decoctore obligat intelligitur de his qui in eodem loco, & domo morentur.

21 Statutum, quod mercatoribus creditoribus contra fugitiuos debitores priuilegium tribuit intelligitur in his qui tempore cōtracti debiti, & fugæ ſunt mercatores.

22 Statutum ſeu decretum florentinum, quod officialibus ſuper bonis ceſſantium inquirendis, et ipſos plenam poteſtatem dedit quam interpretationem habeat.

23 Statutum florentinum circa modum pronunciandi ceſſantem, & fugitiuum quomodo intelligatur.

24 Statutum florentinum, quod facultatem concedit prætori exequendi ſententias conſulum, prout ipſi conſules in omnibus, & per omnia an locum habeat in bamno ceſſantis propter quod & filij, & uxores obligantur licet id conſules facere poſſēt alio ſtatuto id diſponente.

25 Statutum pœnis ceſſantium, ut locum habeat qualitates a ſtatuto dictæ debent concurrere, & eodem in loco quia ſtatutū prædictum excipit neminem pro debito in quo fuerit fideiuſſor fugitiuum pronunciari poſſe ut patrem ad pœnas ceſſantium pro filio non teneri.

26 Statutum, quod mandat filios pro patribus teneri etiam ſi hæredes non ſint non habet locum in filijs a patre exhæredatis.

27 Statutum ſi fugitiuo ſeu decoctori uis reddi uetat ſi uulneratus ſit decoctor num quia accuſari non poteſt qui uulnerauit inquiſitio etiam contra uulnerantem inſtitui non poſsit diſputatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



PESSIMVM quidem genus homi
num decoctores eſſe id nobis eſt etiã
argumento maximo , quòd in uariis
mundi partibus municipalia iura ad
improbitatem eorum compeſcendã,
ſunt cõſtituta. Et ideo quædam, quæ
in iure noſtro relata ſunt, utilitatis, ac
leuandi, laboris gratia, breuiter referre decreui , & ne
longe abeamus.

Quæritur apud Bal. noſtrũ in citato conſ. ccclxxxij.
uol. v. circa interpretationem municipalis legis, qua ca
uebatur, ne quis ciuis, uel comitatenſis, aut aliunde au
deat fugitiuos patres, fratres , filios, maſculos, inſtito
res, aſcendentes, deſcendentes ue eius , nec hoſpitari,
nec receptare in perſonã, uel rebus conſilium dare, au
xilium, fauorem ue, nec allegare, aduocareque pro eis
ſub certa pœna, & eo addito, ut receptatores, & fauto
res ad reſtitutionem precii rerum receptarum in du-
plum teneantur, quòdque iudices ſub certa pœna poſ
ſint, & debeant inquirere, de qua lege municipali nos
aptiori loco, in ultima, ſcilicet, parte differemus. ſubiũ-
1 git eo. loco Bal. ✝ ſi contra decoctores municipali lege
pro delicto pœna imponeretur, num pœna, quæ de iu
re ciuili in eodem delicto eſt conſtituta, ſublata cenſea
tur, & quoniam Bal. diſtinction. & argumentis reſpon
dit, breuitatis cauſa nõ refero, ipſum legito ſub nu. 16.
dicti conſi. Vtque ueritatem in propoſita. q. facile inue
nias, addo loca infraſcripta Bal. in. l. fi. C. commu. utri.
iudi. col. iiij. Bar. in. l. ſanctio legum. ff de pœ. Gram. in
conſi. xxxv. in prin. & fi. Alber. bru. in tract. de aug. in
iiij. conclu. uer. ſit ergo & tertia concluſio. &c.
2 ✝ Item apud eũdem Bal. in eod. loco eleganter quæ
ritur. Lex municipalis in procemio de fraudatoribus
loquitur, dum uero diſponit indefinite, ſi mercator de
coxerit propter fortuitam inopiam, non autem capta-
tam, an legis municipalis rigor paupertatis ratione ſub
leuandus, temperandus ue ſit, idem Bald. generaliter
ſtatutum intelligendum probat , quia neceſſarium eſ-



ſet probare fraudes, quod eſt difficile . Item quia non
eſſet plene conſultum creditoribus. Item quia ratio le
gis plerunque eſt uera in pluribus, ſed non ut in omni
bus, & tamen ſtatutum præciſum non recipit interpre
tationem. ff. qui & a quib. l. proſpexit. Item ſi fallitus
ergo fraudator , & præſumitur omnibus ineſſe , quod
omnibus eſt commune, nec excuſantur ob aduerſam
fortunam. Nec eſt nouum, quòd aliquando plus ſit in
præſumptiòne, quàm in ueritate . Dicit lex, quòd hæ-
res, qui non fecerit inuentarium, tenetur inſolidũ, quia
præſumitur ſubtraxiſſe , & contra iſtam præſumptio-
nem, quæ tranſit in ſtatutum legis non poteſt contra-
rium probari, & probatum non releuat, ut in autẽ. de
hæred. & fal. §. ſancimus. Hactenus Bal. in uerba ſupra
ſcripta, qui ſubiicit hanc ſententiam tutiorem , cum &
ratio legis in ſola præſumptione firmetur. Ego uero in
propoſito iuris articulo a Bal. diſſentio, licet eius auto-
ritas, et rationes me ualde mouerint, puto tamen legis
municipalis ſeueritatem ad eum, qui fortunæ uitio nõ
ſuo decoxiſſet, trahendam non eſſe, nec de eo, qui for-
tuito caſu in paupertatem inciderit, ſtatuẽtes ſenſiſſe,
mouent me, quæ idem Bald. primo loco defendendo
3 hanc ſententiam ſcripſit. ✝ Item quia procemium legis
mentem oſtendit, et finalem cauſam demonſtrat , ubi
ex eo infertur, quod et Bal. non negauit. l. fi. ff. de hæ-
red. inſti. et. l. j. ff. ad ſena. conſul. maced. et utrobique
notauit Bar. Bal. in. l. ut liberis. C. de colla. Imo. in. l. ſi
ita quis. in. §. ea lege. ff. de uerb. obli. col. pe. 10. cro. in
repe. l. omnes populi. num. 156. ff. de iuſt. et iur. Soci. in
conſi. xciiij. in prin. col. vij. uol. j. Deci. in conſi. ccej. et
conſi. cccxxiij. nu. 2. et conſi. 502. nu. 5. Iaſ. in conſil.
j. col. v. in. iij. dubio. et in fi. uol. j. ubi declarat, et ple-
ne Goz. ſcripſit in conſi. j. nu. 14. et ſeq. Mouet me etiã
quod ſcribit Bal. in. l. j. nu. 6. C. qui bonis cede. poſ. ait
4 enim in hæc uerba, dicit gl. olim ſtatutũ fuiſſe, ✝ quòd
poſt quadraginta dies debitor creditoribus cruciãdus
dabatur, idque tanquam durum correctum fuiſſe, ſed
quid ſi hodie tale ſtatutum fieret, nonne ualeret? Re-

Universidad de Deusto Biblioteca



ſpondeo nō,quia bene ualet ſtatutum, quòd in carce-
re publico detineatur,ſed nō detineatur in carcere pri
uato . Illud enim fit pro crimine capitali , ut infra de
priua.car.idem Bal.in.l.fi.C.eo.tit.qui bon.cede.poſ.
ſub nu.4.ait,Quid de falſis mercatoribus,qui fugiunt
non ex fortuna,ſed dolo,cū pecunia, & rebus alienis.
Reſpondeo bene ualet ſtatutum,quòd dentur credito
ribus lacerandi.ff.depo.l.bona fides. Et in his animad
uertendum puto,quoniam in Bal. nulla eſt repugnan
tia. Nam in his, qui fortunæ uitio bona perdidere ſta-
tutum ſentit non ualere, & ita intelliges, quod ſcripſit
in.d.l.j.in his uero,qui dolo malo,contra ſentit,quam
diſtinctionem in ea.l.fi.probat Sali. ex qua diſtinctio-
ne habes argumentum non leue pro noſtra ſententia.
Et profecto æqua,& probabilis eſt hæc ſententia,cum
impium,& inhumanum uideatur fortunæ telis uexa-
tum puniri,& hominum infortuniū etiam pœnis præ
grauari.arg.l.diuus.ff.de offi.præſi.&.l.tam dementis.
C.de epi.audi.& nocentium odio innocentes prægra-
uari eſt contra naturalem ęquitatem.l.ſancimus.C.de
pœ.c.j.de iniu.lib.vj.& reg.non debet.de reg.iur.eo.
lib.& facit,quod ſcripſit Pet.ancha.conſi.clxiiij. de ui
ribus,& efficacia. Vnde Io.fab.& Io.de plat.in.§.cum
5 quoque.inſti.de actio. ✝ ſcripſere,ſpoliatum bonis ſu-
is belli cauſa inſolidum a creditoribus conueniri non
poſſe,idque pium,& æquum putant.Et licet ibidē Iaſ.
mirabile , & notandum exclamans cogitandum eſſe
ſubiungat Mar.tamen ſing.ccxlj.commendat, & pro-
bat. Accedit ad prędicta quod ſcripſit Abb.in.c.ex par
te.in fi.de conſue. Vbi differentiam in lege municipa-
li conſtituit inter decoctores doloſos , & ex propoſito,
& illos,qui fortunæ uitio,quem refert,& probat Marſi.
in ſing.ccxxiiij.filius. Et ex his habes fortuitam pau-
pertatem excuſandam,& in pluribus iuris articulis ex-
cuſationem præſtare non eſt nouum,& non parem ra
tionem eſſe in utroque decoctore,quod & in.ij. parte
6 huius tract.explicauimus. ✝ Denique illud receptum
eſt,uniuerſalia uerba legis municipalis ad æquitatem



reducenda,reſtringendaque, ne quis indebite damnū
patiatur.l.ij.C.de noxa.Accurſi. & cæteri in.l.fin.§.in
computatione.C.de iure delibe.Bar.in.l.omnes popu
li,in.vj.q.princi.C. de iuſti. & iure.Iaſ. in.l.ſi ſeruum
ſticchum.§.ſequitur.in.ij.no.ff.de uerbo.oblig. Soci.
in conſi.xliiij.colū.iiij.ad fi.lib.j.Hoc amplius inquit
Are.in conſi.lvij.col.iij.uerſi.præterea poſito.& ſi lex
municipalis diceret,unum pro alio obligari, interpre-
tationem tamen illam accipit,quando culpa, uel negli
gentia ei poteſt imputari,qui pro alio obligatur. idem
Are.ex facto conſultus reſpondit in conſi.cvj.col.pe.
in.iij.dubio.generalia uerba legis ad ea non trahenda
in quibus euidens eſt iniquitas,& quæ nam maior in-
iquitas eſſet,quàm ſi innocens damnaretur, & qui ue-
xatus fortunæ telis fuiſſet , idque demonſtrare poſſet?
poteſt & id quod diximus ſimilibus ſexcētis argumen
tis confirmari,quæ conſulto prætereo. Sed poterit le-
ctor elegans Aym.reſponſum uidere in.j.eius reſpon.
lib.ſub nu.3.iudex habens.Nec te moueat Bal.ratio,
ſi hic,qui ad inopiam uitio fortunæ peruenit, intellige
retur exceptus,ſeu in lege non comprehenſus non eſ
ſet plene creditoribus conſultum, quia fraudem pro-
bare eſt perdifficile.Quoniam decoctores tenētur bo-
na creditoribus indicare.iuxta ea,quæ notā. in.l.j.C.
qui bo.ced.poſ.&.C.de iure delib.l.fi.§.licētiam.& in
l.ij.C.quādo & quib.quarta pars debe.& omnes,& ſin
gulas cauſas exprimere debēt,quibus ſtrangulati ſunt.
arg.l.j.C.de præd.decu.& dolus,& fraus præſumitur,
& demonſtratur ex pluribus,quæ ſupra retulimus.Ac
cedit,quòd decoctores poſſunt torqueri,ut indicēt pe-
cunias,& merces receptas,quas nunc denegant habe-
7 re,ut plenius ultimo loco dicemus. ✝ Et præſumptio,
quę eſt contra decoctores,de qua Bal.meminit,& dixi
mus ſupra in præced. parte.uerſi. ſubiicit poſt hæc.&
uer.denique Bal.ad euidentiorem,ac duriorem proba
tionem,ſeu rerum demōſtrationem decoctores aſtrin
git.iuxta not.a Bal.in.l.fi.ff.quòd met.cau.cū his,quæ
addidit Mar.i ſing.ccccij.decreui.& adde Alci.in trac.

Universidad de Deusto Biblioteca



de præſump. in prin. iij. par. nu. 3. Nec enim hanc præ-
ſumptionem illius generis eſſe puto, quam uocant iu-
ris, & de iure, & quæ probationem in contrarium tol-
lat, ut ſenſiſſe uidetur Bal. adeo, ut ex ea damnari de-
coctor poſſit. Ex quibus in q. generaliter a Bal. propo-
ſita eum, qui fortuito caſu non ſuo uitio decoxerit, pu
to in lege municipali non includi ubi id cõſtiterit, pro
ut ipſemet Bal. propoſuit.

8 ✝ Conſtitutione curiæ mercatorum Florentiæ caue
tur, ſi debitor infra certum diem creditoribus non ſol-
uerit, uel non ſatisfecerit, pronũcietur ceſſans, interro-
gatus Romanus cum Thomaſius quidam a Spinellis
bona immobilia Thomaſio Iacomini creditori obtuliſ
ſet, & quidem in tempore, num conſtitutio iuris com-
munis interpretationem patiatur, hoc eſt intelligatur,
iuxta aut. hoc niſi. C. de ſolu. et in conſil. clxiij. conſti-
tutio curiæ. iuxta. d. aut. interpretãdã probat. Idem in-
terrogatus, an oblatio bonorũ immobilium per Tho-
maſium ſimpliciter facta eidem profuerit, et reſpondit
non profuiſſe, docetque ſatis eleganter cauſam quare
non profuerit. Tenebatur enim docere cauſas quare
beneficium illud, ut aliud pro alio creditor recipere te-
netur, conſequi poſſet. Item palam facere debebat bo-
na immobilia in dominum creditoris irreuocabiliter
trãſlatum iri, et fideiuſſorem offerre. iuxta. d. aut. adeo
ut oblationis tẽpore fideiuſſor adeſſet, ſecũdum Ange.
in. l. de pupillo. §. is cui. et. l. prætor ait. §. ſiquis para-
tus. ff. de noui ope. nun. motus ſingulari. l. ſeruus ſi he
redi. in fi. ff. de ſta. lib.

Idem Ro. in conſil. xcij. in dubitatiſſimam. in caſu
ſtatuti de ceſſantibus, et fugitiuis, et de quo nuper me
minimus, reſpondit, de quo nos meminimus in princ.
tract. in. j. par. uer. ſuboritur alia quæſtio.

9 ✝ Conſultus idem Rom. cum debitores, qui ad pin-
guiorem fortunam deueniſſent, cõſtitutione Peruſina
ſolidum ſoluere compellantur, atque integre ſatisface
re, quacunque conuentione facta non obſtante et Pe-
trus quidam decoctor cum ad pinguiorem fortunam



deueniſſet, cum creditoribus conueniſſet, ut certa par-
te debiti contenti eſſent, num rata ſit conuentio? et ra-
tam defendit in conſil. ccccij. in caſu. Quoniam ratio
conſtitutionis illa uidetur, nimia, ſcilicet, debitorum
inopia propter quam mouẽtur creditores ad paciſcen-
dum cum decoctoribus, et partem debiti remittendũ,
ut potius aliquid habeant, quàm totum perdant. Quæ
ratio ceſſat in eo decoctore, qui locupletior factus con
uentionem fecit, idque tribus probat etiam argumen-
tationibus, et citat. ff. de mu. et ho. l. cura. §. deficienti-
um. c. ſuggeſtum. extra de deci. c. cum tu. iuncta gl. in
uer. donec de uſu. Quæ ſententia Rom. hæſitationem
habet, quod cum de pact. inter creditores, et decocto-
res dicemus, oſtẽdemus, et ad rationem Peruſinæ con
ſtitutionis, quam Ro. reddidit uide. l. et ſuum hæredẽ.
in. §. hodie. ff. de pac. ubi Odo. relatus a Bal. ibidem
inquit, illam eſſe rationem illius. §. quare creditores ſi
in unum conuenerint, et plures dicant ſe certa parte
debiti contentos eſſe præferantur diſſentiẽtibus, in mi-
nori tamen numero, ratione habita ad cumulum de-
biti, quoniam ni ita ſtatutum eſſet, minor pars obeſſet
maiori, et impediretur per minorem partem commo-
dum, et utilitas maioris partis, melius eſt enim pauca
diuidere, quàm totum perdere, de quo etiam ſuo loco
dicemus.

Meminit etiam Pau. caſtrẽn conſi. clxxix. uiſo pun-
cto par. ij. de alia florentina conſtitutione qua in ma-
teria decoctorũ cauetur creditores omnes in tributum
10 uocari ſeu ut ipſe ait, ✝ creditoribus ſatisfieri debere
per ſolidum & libram non habita ratione priorum uel
potiorum creditorum priuilegiisq; actionum perſona-
lium uel realium poſtpoſitis, & æquam omnibus cre-
ditoribus conditionem eſſe. Dubitabaturq; num deco
ctor qui & Romæ & Florentiæ creditores habebat pro
miſeratq; ad rationem decem ſolidorum pro libra &
ſoluerat creditoribus Florentinis & eos cõſeruare pro
miſerat cautione conditionem Florentinorum credi-
torum meliorem facere potuerit. In damnum credi-

Universidad de Deusto Biblioteca



torum Romanorum & reſpondit non potuiſſe & ſi Romani creditores aſſenſiſſent concordiæ factæ ut eis ſatisfieret ad rationem decem ſolidorum pro libra qualibet poſſent tamen petere æqualitatem ſeruari & ſolutiones factas pro dimidia reuocare, ſi nõ ſuperfuerit unde eis ſatisfiat citat. l. ſi non expedierit. §. j. uer. qd ſi utroq;. ff. de bo. aut. iud. poſ. l. qui aũt. §. ſciẽdum uer. qui uero poſt. l. pupillus cum his quæ ea. lege notantur. ff. quæ in frau. cred. & l. uerum. §. ſi cum tres. ff. pro ſocio. Item & regulam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. ff. de reg. iur. Idemq; Paul. reſpondit in damnum & præiudicium decoctoris conuentionem de conſeruando creditores Florentinos in decem legitimam fuiſſe & præſtãdam propterea fuiſſe tam per decoctorem, quàm fideiuſſorem eiuſdẽ. Quib. addes quod i materia propoſitæ legis municipalis ſcripſit ſigno. in conſi. ccxlvj. in queſtione. Item & illud legem huiuſmodi municipalem quæ æqualem conditionem eſſe iubet omnibus creditoribus robur accipere ex. l. procuratoris. §. finali. cum. l. ſeq. ff. de tribu. ubi Angel. etiam notauit.

Socinus etiam in conſi. cclxxvj. præmiſſa conſulta-
11 tio par. ij. ✝ circa interpretationẽ ſtatuti diſſeruit, quo amplisſima poteſtas cuilibet concedebatur fugitiuum & decoctorẽ accuſandi ipſum legito ſcripta enim Socini, talia ſunt ut inter manus omnium uerſentur.

Idem Soci. in conſi. cclxxiiij. in cauſa dominæ Liſæ
12 eadem par. ij. col. penul. & fina. ✝ legem municipalem quæ ſyndicis iuriſdictionem tribuit cognoſcendi & declarandi bona & iura, creditores, & debitores, & nomina debitorum ceſſantium interpretatur, ut ſindici ius non habeant declarãdi domum finge Titij debitoris ceſſantis, eſſe ceſſanti ſeu decoctori hypothecatam. Quoniam hoc eſt declarare huiuſmodi domum fuiſſe in bonis debitoris ceſſantis tempore contracti debiti cum alias non poſſet eſſe hypothecata iuxta notata a Bartho. in. l. rem alienam. ff. de pigno. act. & quia licet ſtatutum tribuat iuriſdictionem declarandi bona & iu



ra ceſſantium, non tamen concedit ſi Tertius haberet potiora iura in bonis debitoris ceſſantis, quod ſyndici in eorum utilitatem poſſint pronuntiare ſe habere potiora iura ex perſona ceſſantis, & in materia, ut ipſe ait, exorbitanti extenſio fieri non debet, hæc ille qui citat l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolu. mat. c. cum dilectus extra de conſue. & ſubdit reſtringenda ſunt uerba ſtatuti ne iudices ſint in cauſa propria. l. unic. C. ne quis in ſua cau. glo. in. c. cæterum extra de iudi. & in. c. imperialẽ. §. præterea qui feud. da. poſ. & ipſum legito qui pluribus utitur.

Idem Socin. in conſi. cclxxiij. in præſenti conſulta-
13 tione ea. par. ij. ✝ reſpondit florentinam conſtitutionẽ quæ iubet tranſactionem initam à ſyndicis cum decoctore adhibito conſenſu duarum partium creditorum ratam eſſe, etiam aliis creditoribus in requiſitis & ignorantibus, intelligẽdam eſſe ubi dicti creditores in unũ conueniſſent & conſenſum præſtitiſſent, non autem ubi ſeparatim & ſeorſum. l. & ſuum heredem. §. fina. & l. ſeq. ff. de pact. ubi ait Alb. Bar. & pleroſq; alios notaſſe. Diſputat etiam non inſubtiliter num fideiuſſores qui in tranſactione interuenere, & qui exactis decoctorum nominibus à ſyndicis quod deficeret ſoluere promiſerunt teneantur, & ex pluribus fideiuſſores defendit. Diſſeruit etiam ſuper poteſtate ſyndicis attributa & quidem maiori quam in ſtatutis contineretur, & qm̃ pluribus utitur ſat ſit locũ ipſum retuliſſe, & ad dictũ ſtatutum uidebis conſiliũ collegii Peruſini inter conſilia Ang. 213. Simon et Iacobus &c.

Conſultus idem Soci. ſuper Florentina conſtitutio-
14 ne qua officialibus ✝ & ſyndicis poteſtas datur uendendi quæcunq; bona ceſſantium ſeu quæ declarata fuerint p ſyndicos ad ceſſantes pertineri in conſi. lvij. in cauſa filiorum Caroli par. iij. num. 9 reſpondit quia conſtitutio odioſa eſt, & ob id reſtringẽda officialibus & ſyndicis poteſtatem tributam non cenſeri uendẽdi bona debitorum ceſſantium & uẽditione ſecuta quia nulla retractari poſſe etiam poſt quadrimeſtre tempus

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



à ſtatuto præfixum cuius ſententiam Dec. in eodem fa
cto conſultus probauit ut patet in conſil. xxxviij. nu-
me. 6. uerſi. in tertio dubio. & uidebis Anch. in conſil.
xcj. Pro ſpecifica. & in cõſi clxx. in primo dubio, quæ
conſilia refert Dec. ubi ſupra & in quibus conſiliis ſu-
per facultate ſyndicis à dicta cõſtitutione conceſſa diſ-
ſeruit, & preſertim num qui emerint ab officialibus
bona decoctorum, poſt quadrimeſtre tempus à conſti
tutione præfixum ſint tuti, quæ conſilia ſi libet, legito.

Subiungit idem Socin. in eod. conſi. lvij. de ſtatuto
15 † quod filios, qui ſe ab hæreditate patris ceſſantis ab-
ſtinent, ad debita perſoluendum aſtringit, & eodẽ mo
do filios creditoribus paternis teneri iubet, quo pater
tenebatur, & relatis uerbis legis municipalis ipſam le-
gem interpretatur in filiis uere ceſſantium, non in filiis
eorum, qui pro ceſſantibus habẽtur. Et addit ſtatutum
huiuſmodi filios clericos etiam in minoribus conſtitu
tos non comprehendere, citat Alex. in conſi. ccx. pon
deratis his omnibus. & conſi. ccxj. uiſa facti. uol. ij. ad
des & Deci. in relato conſi. & eundem Deci. in conſil.
16 ccclix. in cauſa domini Marci. qui ait, † huiuſmodi ſta-
17 tutum odioſum, reſtringendumque eſſe. † Et elegan-
ter ſubdit, filios, qui a ſtatuto pro parentibus obligan-
tur non teneri ex contractibus, & obligationibus extra
territorium factis, & conſiderat extraordinarias proba-
tiones, quæ uigore ſtatuti contra parẽtes admittuntur
contra filios non admitti, idque ex eo, quod not. Bart.
in. l. j. ff quando ex fac. tut. & in. l. ne quid. col. pen. ff.
de incend. ru. & nauf. probat etiam ex eo, quod Soci.
18 ſcribit in. l modeſtinus. ff. de excep. qui ait † eius geni
torem, & Are. conſuluiſſe ſtatutum Florentinum, quod
patrem, qui permiſerit filium negociari, & non contra-
dixerit pro filio obligatum iubet nõ trahi ad negocia,
quæ extra territorium filius geſſerit, quoniam ſtatutũ
eſt contra ius diuinum, iuxta illud, Filius non portabit
iniquitatem patris. Et odioſum (ut nõ ſemel diximus)
ergo ad geſta intra territorium reſtringendum eſt, & ui
debis Deci. in. c. cognoſcentes. de conſtit. in. ij. lec. qui





parum ſibi conſtitit ſub nume. 8. dictamq; ſententiam
in argute damnat, uidebis etiam in materia Aretin. in
conſi. xxix. diligenter nume. 14. & ſeq. nume. & circa di
cta ſtatuta an ualeant & pleraq; alia uidebis Abb. in. c.
ex parte in fi. de conſti. Mar. ſing. 224. filius &c. & ſing.
362. & in. l. infans nume. 23. uſq; in fi. ff. de ſicca. Alex.
in conſi. xlij. ſuper premiſſo themate nume. 22. & ſeq.
uolu. j. Salic. in. l. ij. nume. 12. C. de conſtit. pecu. Seue.
in. l. omnes populi nume. 13. ff. de iuſti. & iur.

Apud Anca. in conſil. cccc. de iure communi quæ-
19 ritur de ſtatuto † quod certis conditionibus fratrem
decoctoris pro decoctore obligatum iubet & quoniã
plene attigit legiq; poteſt ſuperfluum eſt referre.

Proxime accedit quod Raphael Cum. ſcripſit in
20 conſil. cxlvj. ſtatutũ enim † quod fratres omneſq; ad
unum panem & unum (ut ait) ſtantes pro decoctore
obligat non inſubtiliter interpretatur, ait enim uerbũ
ſtare propriè accipiendum ut in eodem loco & domo
morentur. ff. de acquir. poſſ. l. iij. §. ex contrario. ff. de
uerbo. obli. l. ſtipulatio. §. hæc quoque. ff. de condi. &
demonſtra. l. ſi quis ita legauerit. Item ſubiicit illos ad
unum panem & unum uinum ſtare dicẽdum eſſe, qui
in una domo ſimul aluntur. C. diuor. fac. apud quem
lib. al. l. j. nec poſſe intelligi de uiuentibus expenſis cõ
munibus, licet ſeparatim ut puta ſi Titius Anconæ &
Seius Florentiæ cõmunibus expenſis uiuant, idq; plu-
ribus probat. Illamq; ſtatuti rationem eſſe ait ut tan-
quam conſocios culpæq; participes fratres & reliquos
de familia ſtatuẽtes obligari pro decoctore uoluerint.
Compluraque etiam adducit, illudque præcipue ſi lege
municipali mercatoribus creditoribus cõtra fugitiuos
debitores priuilegium tribuitur interpretandam eſſe
21 † quod ſint mercatores tẽpore contracti debiti & fuge
qm̃ qualitas reſpiciens uerbum exigitur ſecundũ tem
pus uerbi. l. Titius. ff. de teſt. mil.

Quæſitum eſt apud Anc. in conſ. clxiiij. de iuribus
cum à ſenatu Florentino quibuſdam officialibus ſu-
22 per bonis ceſſantiũ inquirendis, † & ipſos plena pote-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtas data eſſet, & officiales ſententias, contractus, & ar
bitramenta ex pręſumpta fraude generaliter decreue-
rint irrita & nullius ualoris à certo tempore cum ceſ-
ſantibus lata & latas ac innitos. Num decretũ in præ-
iudicium eorum qui cum eis contraxerunt teneat ? &
reſpondit decretum nullum, tanquam ſine cauſæ co-
gnitione factũ & ab his qui mandati fines exceſſeriot,
ex fraude enim contractus initos arbitramentaq; &
ſententias lata & latas tantum irritari poſſe non autem
legitime facta ſeu lata & ex fide geſta. Et prætoré Flo-
rentiæ ex generali iuriſdictione ſibi à lege municipali
tributa de nullitate poſſe cognoſcere. Nec ex eo quod
ſpeciatim à repub. florentina quibusdam cauſæ cõtra
ceſſantes demandatæ eſſent prætoris poteſtatem ordi-
nariamq, iuriſdictionem aduocatam cenſeri quinimo
iuriſdictionem cumulatam putat. c. per hoc de here.
lib. vj. l. j. C. de offi. præf. urb.

Et in ſtatuto Florentino circa modum pronunciãdi
23 aliquem ceſſantem ✝ & fugitiuum Ange. in conſi. lxj.
copioſe diſſeruit, & inter alia illud pręcipue attigit. Nũ
poteſtas ſeu prætor ſine præſentia & conſenſu conſi-
liariorum Mercaturæ ceſſantem & fugitiuum aliquem
pronunciare poſſit & ait non poſſe, quemadmodum
& ſoli officiales ius pronunciandi non habent de quo
Angeli conſi. meminit Dec. in conſi. cclxviij. cõcluſio
nume. 2. & conſidera utrunque, conſilium & Angeli &
Ancarani proxime relatum.

Idem Ang. in conſi. vj. lata eſt ſententia. In ſtatuto
Florentino reſpondit, quo cauebatur prætorem fa-
24 cultatem habere ✝ exequendi ſententias conſulum
prout ipſi conſules in omnibus & per omnia. Vt non
poſſit prætor exequi Bannum ceſſantis & fugitiui pro-
pter quod etiam filij & uxores obligantur licet id con-
ſules facere poſſent, alio ſtatuto Florentino diſponẽte
quoniam id ualde iniquum crudele & inhumanum
eſt quod filij & uxores pro debitis fugitiuorum com-
pelli poſſint, ſed hæc Ang. ſententia non eſt ſine dubi
tatione, uidebis ergo q̃ Alex. & alij ſcripſere in. l. j. ff.



de leg. j. & præcipue Iaſ. ſub nu. 20. & Io. crot. ſub nu.
3. & Iac. a nig. eod. in loco nu. 11.

25 ✝ Ex facto conſultus Deci. uir prudentiſſ. circa inter-
pretationem ſtatuti de pœnis ceſſantium eleganter re-
ſpondit. ut ſtatutum locum habeat, neceſſarium eſſe
qualitates ipſas concurrere, & bene cenſuit Deci. & diſ
ſerendo ſubiicit propter ſtatutum quod excipit nemi-
nem pro debito, in quo fuerit fideiuſſor fugitiuum pro
nunciari poſſe, patrem ad pœnas ceſſantium pro filio
non teneri, licet ad debita filii ex lege dicta municipiũ
teneatur, & quia legi poteſt, & plene ſcripſit nobis ſuffi
ciat locum ubi eſt hæc controuerſia, adnotaſſe.

26 ✝ Illud non eſt prætereundum, ubi lex municipa-
lis mandat filios pro patribus teneri, etiam ſi hæredes
non ſint, ne filii pro debitis a parentibus contractis, te
neantur conſuli, atque remedium dari patribus, ut fi-
lios exhæredẽt, Nam propter exhæredationẽ filii a pa
ternis creditoribus conueniri non poterunt, quoniam
exhæredati pro mortuis habendi ſunt. l. j. §. ſi pater. ff.
de con. cum eman. lib. l. j. §. pe. & l. ſi poſt mortem. in
§. liberi. ff. de bon. poſſeſ. contra tabu. & ut ſupra ſenſit
Bal. in. l. dotis. in fi. C. de iure doti. quẽm probat Iaſ. in
l. plane. in. §. duobus. ff. de leg. j. & Deci. eiusdem ſen-
tentiæ aſſentitur in. c. cognoſcentes. in. j. lect. nu. 4. de
cõſti. & Iaſ. in. §. actione. ( ſi is eſt ) nu. 78. inſti. de acti.
& in ead. opi. eſt Io. dilec. in trac, de arte teſt. in titu. de
lib. inſt. cau. vij. filius.

27 ✝ Fuit quæſtionis ſi municipali lege decoctori, ſeu
fugitiuo ius reddi non debet, & uulneratus decoctor
fuerit, num quia accuſari, qui uulnus intulit, nõ poteſt
iudex ex inquiſitione contra uulnerantem poterit pro
cedere? & Iaco. but. q. propoſita, belliſſime diſſeruit, ut
patet ex eius commen. in. l. quæ adulteriũ. C. de adul.
ubi negat, inquiſitionem poſſe inſtitui, quoniã lex mu-
nicipalis propter perſonæ utilitatem, & qualitatem im
punitum iubet eſſe maleficiũ, & ſi iudex ex officio pro
cederet, ius contra ſtatuti uerba decoctori redderet,
datiuusque caſus non reſpicit eum, qui facit, ſed cui ef-

Universidad de Deusto Biblioteca



fectus attribuitur, & ſeruus domino acquirit, quando contrahit, & dominus contrahere uidetur, refertque illud Virgilianum carmen: Sic uos non uobis fertis aratra boues. & arg. l. j. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. quam ſententiam Iaco. but. & Bal. & Ang. ibidem probarunt, & ſubiicit idem Ang. diuerſum eſſe ſi lex municipalis honoris perſonæ gratia ius dici denegaret, duraret enim potentia inquirendi ſublata potentia accuſandi. l. quærelam. cum glo. C. de fal. & ita interpretandum eſſe, quod Iuriſcon. ait in. l. non ſolum. in. §. quãquam. ff. de iniu. Sali. autem eod. in loco diſtinctionis ſuæ acquieſcit, quam fecit in. l. falſi. C. de fal. & in. l. ea quidem. C. de accuſ. Eſt & alia diſtinctio Ricar. mal. de qua meminit Ange. in. l. ſi uacantia. C. de bon. uacan. Sed & his addes, quæ Areti. in eius practica notauit in uer. hæc eſt quędam inquiſitio. nu. 71. ubi Augu. apud eum addidit, & Bart. in. l. non ſolum. in. §. quanquam. de iniu. & quæ apud eum notantur.

# QVINTA PARS.

1 *Fideiuſſor an liberetur ex prorogatione diei facta a creditore reo ſi reus decoxerit in termino prorogato plenius diſputatur.*

2 *Fideiuſſores dantes num iterum ſatisdare teneantur, ſi non ſoluendo efficiantur.*

3 *Vſurarius manifeſtus facto teſtamento fideiuſſores dederat de reſtituendis uſuris qui non ſoluendo facti ſunt, num ſi deceſſerit aliꝭs fideiuſſoribus non præſtitis teſtamentum ualeat ubi, quod non.*

4 *Cedens debitorem ſi is non ſoluendo ſit uel poſtea efficiatur, ceſſi nominis periculum ad quem pertineat declaratur.*

5 *Mercatori ſeu campſori dicens, quod ſoluat titio illud, quod ſibi debetur, num ſi campſor promiſerit liberetur.*

6 *Doctori aſſerenti aliquid a conſuetudine receptũ an ſit credẽdũ.*

7 *Coniunctum facta coniuncti ignorare non eſt ueriſimile.*



8 *In uectigalium licitatione ſi titius obtulit ſexcenta, ſeius uero poſtea ſeptingenta ſi ſeius qui licitatione uicit non ſoluendo ſit num titius ſit liberatus.*

9 *Habens multos creditores ſi prædium, quod ſolũ in bonis habet titio uendat ea lege, ut ſatis creditoribus faciat, quod creditores recta uia, et abſque ceſſione aduerſus titium agere non poſſint.*

10 *Habẽtes ædes cõmunes ſtipulati ſunt inuicem ne extra eos alienentur neue in extraneos quouis titulo transferãtur etiã per dationem in ſolutũ adiecta bonorum obligatione ſi unus ex his mole debiti prægrauatus partem edium quam habet dare uelit an poſſit ſicque iuris remedium relatiue.*

11 *Paupertas probatur ex ceſſatione, & fuga.*

12 *Viro uergente ad inopiam, quod uxor non poſſit creditores qui poſſeſſionem bonorum uiri ceperunt impedire niſi prius procuret cauſa cognita iudicem ſuper inopia uiri interloqui.*

13 *Societatem inierũt in lana Florentiæ titius Meuius, Gaius, et ſempronius deinde idẽ Gaius, & ſempronius ſoli aliam ſocietatem Anconæ coiuerũt in coriꝭs, num ſi hi decoxerint titius et meuius ad debita Gaꝭ, et ſemproniꝭ cauſa ſocietatis coriorum teneantur ubi, quod non.*

14 *Quæſtiones uariæ quæ contingunt ex eo, quod non ſoluendo aliquis factus ſit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# QVÆSTIONES.

ENE eſt, poſtquam municipalia quæ-
dam iura contra decoctores retulimus,
aliquas quæſtiones (ut in initio pollici-
b ti ſumus) ſubiungere, & quidem quot-
tidianas, quia, quæ ſemel, aut bis (ut ait
Theophraſtus) accidunt, contemnunt
Legislatores, ut legitur in l. nam ad ea.
1 ff. de legi. ✝ Et primum, uulgaris eſt illa quæſtio, Num
& prorogatione diei facta a creditore reo, liberetur fi-
deiuſſor. In qua illa diſtinctio frequenti docto. ſenten-
tia eſt recepta, ut ſiquidem fideiuſſor ad certum tēpus
ſe obligauit, finge ad annum ſoluendæ penſionis do-
mus gratia, uel pro cuſtode arcis ad diem dictum, uel
iudice, qui anno futurus eſt in officio, & facta proroga
tione ſi conſenſum non præſtitit fideiuſſor, & præteri-
to in quo ſe obligauit teneri, ex prorogatione uero nō
teneri, liberatus eſt enim fideiuſſor finito tempore. l. ſi
cum hermes. C. loca. l. item quæritur. §. qui impleto. ff.
eo. Bar. in. l. lucius. in. §. paulus. ff. de admi. tu. Alex. in
conſi. lxij. nu. 5. habita. uolu. vj. Deci. in. l. lecta. nu. 13.
ff. ſi cer. pet. & ſcribit Maria. in conſi. xxj. uiſis. uolu. j.
col. pe. Si uero fideiuſſor ſimpliciter fideiuſſit, & ſolu-
tio dilata eſt ad certum diem facta prorogatione diei
a creditore reo, & in termino prorogato ignorāte etiā
fideiuſſore, fideiuſſor obligatus remanet. hoc enim mo
do intercedēdo in omnem cauſam fideiuſiſſe uidetur.
Et ratio illa redditur, quia nulla facta temporis proro-
gatione fideiuſſor ueluti reus principalis poſt tempus
tenetur, ut ſcribunt iuris interpretes in. l. ſi unus. in. §.
ſi cum reo. ff. de pac. & plene Iaſ. in. l. j. C. de iud. num.
25. & in. c. conſtitutus, extra de fideiuſſo. Hoc enim ca
ſu differendæ obligationis cauſa dies adiicit. At in pri-
ma facti ſpecie finiendæ. Finge modo in facto, primo
loco propoſito, decoxiſſe reum debitorem in termino
prorogato quid iuris ſit ex prædictis, relatiſque locis



clare patet. Finge & in ſecūda facti ſpecie ſimiliter reū
decoctum poſt prorogationem factam, & fideiuſſorem
non liberari reſpondeo. Vnde refero quottidianam il-
lam Rotæ Ro. q. ſub nu. Dccclix. penes Titium. in an-
tiquis. De eo enim quæritur. Penes Titium nummula
rium florenos mille depoſui, non quidem in ſacculo,
acceptis fideiuſſoribus de reſtituendo poſt annum, ſeu
biennium. Volens ego deinde depoſitum recipere, ro-
gatu nummularii ignaris fideiuſſoribus per tres quat-
tuor ue annos certo lucro conſtituto eoſdem florenos
penes eundem nūmularium remanere contentus fui,
Num ex prorogatione, & pacto inito certi lucri noua-
tio facta ſit, fideiuſſoresque liberati cenſeantur? & no-
uationem factam non eſſe, & cōſequenter fideiuſſores
conueniri poſſe, reſponderunt facta excuſſione, & ſi nō
ſoluendo in nouo termino nummularius effectus fue
rit. de qua. q. meminit Soci. in relato cōſi. Et his addes
Felin. in. c. de cauſis. nu. 6. de reſcrip. quem puto decla-
randum, & intelligendum iuxta relatam diſtin.
2 ✝ Item quæro, dedi Titium in fideiuſſorem effectus
eſt non ſoluendo, num iterum ſatisdare tenear? & ple-
riſque placuit, ſiquidem ex conuentione dedi, ut puta
in contractu uenditionis aſtrinxi me ad fideiuſſorem
præſtādum de euictione periculum ſubſecutæ inopiæ
ad emptorem pertinere. l. pupilli. in. §. ſoror. ff. de ſol.
l. ſi nomen. ff. de hæred. uel actio. uend. Si uero iudicis
officio ſatisdationem præſtiti ex integro me ſatisdare
debere, eadem enim æquitas ſuggerit, iterum caueri in
hac facti ſpecie, cum ex inopia ſubſecuta in fideiuſſo-
re, deſinit eſſe cautum. l. prætoriæ. ubi Bar. ff. de præt.
ſtipu. & ſcribit idem Bar. in. l. iij. in fi. ff. de fideiuſſo. &
alii iuris interpretes in. l. quoties. & in. l. ſi ab arbitro. ff.
qui ſatisda. cog. & ibidem Iaſ. quottidianam illam. q.
3 ſubiūgit, & eſt talis. ✝ Vſurarius manifeſtus teſtamen-
tum fecerat præſtita idonea cautione de reſtituendis
uſuris extortis, qua cautione teſtamentum, quod non
ualet, ipſoque iure irritum eſt, ſuſtinetur. c. quāquam.
de uſu. lib. vj. Deinde fideiuſſores, quos manifeſtus uſu

Universidad de Deusto Biblioteca



rarius præſtiterat non ſoluendo facti ſunt, & aliis fide-
iuſſoribus non præſtitis deceſſit uſurarius, num teſta-
mentum ualeat? Et in propoſito iuris articulo ait, licet
Bal. in c. ex literis. de conſti. teſtamentum non uitiari
reſponderit, quoniam ſufficit legi ſemel ſatisfactum eſ
ſe. l. ſi. §. ſi. C. de indi. uidui. tol. Contra tamen reſpon-
dit Iaſ. mouet eum, quod ſupra retuli. Vbi ex legis di-
ſpoſitione fideiuſſio præſtanda eſt ex integro ſatisdan
dum eſſe, ſi calamitas in fideiuſſore ſuperuenerit, & pro
bat eius ſentẽtiam aliis argumentationibus. Ego uero,
licet autoritate Bal. ſatis mouear, quæ comprobari po-
teſt ex multis rationibus, & argumẽtis, quæ lector col-
liget et conſi. Dec. xxiiij. Iaſo. tamen ſententiæ aſſen-
tior, ex mente enim. c. quanquam eſt. ſi uerba diligen-
ter conſiderentur. Iubet enim uſuras omnino reſtitui,
& cautio loco ſatisfactionis habet. Patet ex illis uerbis
plenariȩ ſatisfactum, uel illis quibus &c. Quæ uerba ſa
tisfactionem neceſſariam demonſtrant, & ueræ reſtitu
tionis gratia ſatisdationem requiri. Et poſtquam incidi
mus in ſermones, capitulo quanquam ad eius ma-
teriam leuandi laboris cauſa loca infraſcripta adnota-
uimus, Abb. in c. j. par. ij. & conſil. xxij. par. j. Alex. in
conſi. vj. uol. vj. Soci. in conſ. lxx. in præſenti. &c. uol.
j. Iaſ. in conſi. lxxviij. uol. iij. uiſis. Io. dilec. in tract. de
arte teſt. cau. vij. ſub rub. de his, qui non hab. teſt. fac.
Proxime ad relatã quæſtionem accedit illa queſtio
4 ceſſi tibi Titium debitorem meũ. ✝ Non eſt ſoluendo
Titius an periculum ceſſi, nominis ad cedentem uel
ceſſionarium pertineat? In quo iuris articulo Bar. in
l. pupilli in. §. ſoror. ff. de ſolu. reſpondit ſi Titius poſt
ceſſionem decoxit tuum eſſe periculum. Cum enim
inopia poſt ceſſionem ſuperuenit ad ceſſionariũ dam-
num pertinet ut in dicto §. ſoror. Vbi uero Titius ceſ-
ſionis tempore non ſoluendo fuiſſet contra ſe habet.
l. ſi cum dotem in. §. ſi mulier. ff. ſolut. mat. ubi Alex.
poſt Ang. & Bald. eleganter ſcribit notandũ eſſe illum.
§. contra mercatores qui dant aliquos expromiſſores
quos ſciunt iam collectis ſarcinulis ſtatim fugam arre-



ptitios, ſi enim principalis debitor ex cauſa dotis tene
batur cõtra eum primaria actione agi poteſt. Sed ſi ex
alia actione, tunc licet delegatio non ſit nulla (facit. n.
ut ab actione prima liberetur) datur tamen contra eũ
actio de dolo ad id quod intereſt. l. ſub pretextu. C. de
tranſa. quod & Pau. & Imo. ibid. probant, qui Imo. ſub
dit dolum debitoris præſumi quando breui tempore
expromiſſor fugam arripuit arg. l. ſi uentri. §. fina. ff. de
pri. cre. quibus addes quæ diximus ſupra in tertia par.
uerſi. Hic ſubiungi poteſt nume. 31. & ſeq. et illinc aſſu
mes quæ ad hunc locum attinent.
Subiũgit idem Alex. in loco paulo ſuperius relato,
quid ſi debitor delegans non fuiſſet in dolo ut puta
quia ignorauit debitorem delegatum non fuiſſe ido-
neum uel de fuga ſuſpectum et huic diſtinctioni cum
Barto. acquieſcit. Aut creditor cui fit delegatio ſciebat
illum qui delegatur idoneum non eſſe, et placere eis
debitorem delegantem liberari ſciens enim recipiẽdo
et admittendo bonum nomen fecit. l. inter cauſas. §.
abeſſe. ff. mand. ſi uero ignorabat diuerſum ius eſſe. l.
promittendo. §. ſi a debitore. uerſi. quod ſi iam tunc à
ſenſu contrario. ff. de iu. dot. et addit in ambiguo præ
ſumi creditorem ſciuiſſe debitorem delegatũ inopem
fuiſſe et culpæ ei annumerandum ſi cõditionem eius
non explorauerit, recipiendo enim et admittendo ut
idoneum approbaſſe cenſetur. Regula qui cum alio. ff.
de reg. iur. ubi Dec. Alexandri ſententiam probat et ci
tat Ang. et Pau. Caſt. in. l. j. ff. ſi quis in ius uoca. idem
ſentientes, poſſet tamen creditor iuſtam ignorantiæ
cauſam probare, uel quod ſuductus ſcilicet ſuaſioni-
bus principalis delegantis aſſerentis debitorem dele-
gatum idoneum approbauerit ad quas ſuaſiones et
præfationes addo ego gl. in. l. apud celſum. ff. de doli
excep. et quoniam plenius Alexand. ſcripſit ipſum, ſi
libet, legito.
Incurrit & hic alia inſpectio quæ communionem
cum proxime relatis non modicam habet & quã Bar.
& plerique alij tractarunt in. l. ſingularia. ff. ſi cert. pet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



5 Dixi Mercatori ſeu nummulario ✝ quod cauſa merciū
uenditarum tibi debeo perſoluat. In qua facti ſpecie
reſpondit Barto. ſiquidem mercator promiſit & poſt
promiſſionem decoxit periculum decoctionis ad te
ſpectare, & me liberatum eſſe, quoniam promiſſio lo-
co ſolutionis habetur. l. ſi pupilli. §. j. ff. de ſolut. ergo
admiſiſti atque recepiſti mercatorem. Si uero merca-
tor ſeu nummularius non promiſit licet ei ut ſolueret
mandauerim contra ſe habere ut ſaluum tibi ſit ius
agendi contra me. Quod Bart. reſponſum receptum
eſt, ubi delegatio facta eſt tribus ſcilicet conuenienti-
bus. Primum quod mercator ſeu nummularius dele-
gatus ſit meus debitor. Deinde quod delegatus mer-
cator per ſtipulationem ex mandato meo promittat,
& illud tertium quod tanquam debitor promittat & li
cet Areti. in conſil. v. In cauſa & puncto ad me trans-
miſſo ſentiat delegationem factā cenſeri etiam ſi mer-
cator ſeu nummularius non ſit meus debitor & Mat.
ab Aff. in hoc ſubſiſtat Dec. ccclij. dubia ſuſpendere.
Ego tamen frequentioribus qui in relatam ſentētiam
iuere aſſentior, licet aliter Aret. ſcripſerit & hanc ſen-
tentiam crebriorem eſſe patet ex Reſponſo Alex. de-
cimo uol. ij. & ex commentariis Decij in citata. l. ſin-
gularia nume. 26. & ſeq. Soci. in conſi. cclxvij. in. ij. par.
quibus adde Dec. in conſi. cvij. & quæ diximus ſupra
in titulo mandati in prin. & quoniam omnis noſtra di
ſputatio de mercatoribus, & his quæ ad mercaturam
attinent, futura eſt in propoſito iuris articulo duo ſin-
gularia inter mercatores notanda ſunt. Alterum inter
ipſos mercatores pactum loco ſtipulationis haberi, ut
ſcribit Dec. in citato conſi. cvij. & conſi. ccccxxj. plenè
& ſubtiliter in ſi. Alterum eſt quod Raph. cum. ait in. l.
delegare. ff. de noua. A conſuetudine receptum eſſe
poſtquam campſor uel mercator promiſit creditori, &
creditor approbauit ipſo iure debitorem liberatū cen-
ſeri quem refert Iaſo. in. l. ſingularia nume. 29. ff. ſi cer.
pet. ſubdens magnum eſſe uerbum refert etiam & pro
bat Aſt. in. iij. uolu. de conſtit. & Dec. in uerſi. debitor



& Matt. ab Aff. in relata Dec. ccclij. qui ex facto quæ-
ſtionem huiuſcemodi propoſuit. Hiſpanus quidam
nauim uendiderat Benigno ſpanocchiæ quingentis &
quinquaginta ducatis, Benignus emptor idemq; dictæ
ſummæ debitor curauit literas, quas uocant Cambij,
hyſpano creditori fieri à menſa ſeu (ut ipſe ait) Bancho
de ſpanocchis, quib. peractis, receptiſque literis hiſpa-
nus publico documento benignum liberauit. Fuit igi-
tur quæſtionis ſi menſa ſeu Banchum ipſum decoxe-
rit antequam ſatisfecerit hyſpano. Num hyſpano ius
ſaluum ſit agendi contra Benignū? & reſpondit quod
licet doctores in contrarias ſententias diſtrahātur, an
ſit facta delegatio, cum noua perſona interuenit, quæ
deleganti nihil debeat, nihilominus putat liberatum
Benignum autoritate Rap. cum. paulo ſupra relata in
l. delegare. ff. de nouat. & ex conſuetudine prædicta.
Mouet etiā eum quia in libris menſæ prædictæ ipſam
menſam debitricē in ſupradicta ſumma relatam con-
ſtabat: ego autem prædictis ac relatæ queſtionis quæ-
dam addenda putaui, & illud primum doctori aſſeue-
ranti aliquid à conſuetudine receptum credendum
6 eſſe pluribus ✝ placuiſſe non ad integram & plenam
probationem, ſed ad præſumptionem, cui ſtandū eſt
donec contrarium probetur, ut ſcribit Dec. in. l. ij. §. j.
col. ſi. ff. ſi cer. pet. & in conſi. ccccxx. in fin. & conſilio
cccccliх. nume. 6. & ſeq. & conſi. dcxcj. num. 12. & ſeq.
& conſi. dcxciiij. col. j. Præceptor meus in conſil. lix.
prima facie num. 18. & Aym. conſi. clxvj. licet plurimi
nume. 9. Quod intellige uerum eſſe ut credatur docto
ri quo ad præſumptionē de qua ſupra in curia in qua
uerſatus eſt doctor ille qui ſcriptis ſuis de re aliqua cō-
ſuetudinem eſſe atteſtatur, ut ſcripſit Par. put. in tract.
ſindi. in uerſic. doctor nume. 9. & ſeq. Alex. in conſi. v.
circa primum, col. ulti. nume. 8. lib. iij. Deci. in conſilio
cccclxxij. teſtator. col. ij. nume. 16. Et ut ſupra cum ua
lentiſſimis ac prudentiſſimis iureconſultis re diſcuſſa
ſeruādum eſſe Io. Dil. ait in trac. de ar. teſt. cau. xxxv.
in titu. de ſubſtitutionibus. Item adde non poſſe dici

Universidad de Deusto
Biblioteca



delegationem factam ex eo quod in libris rationum
de ſpanocchis ipſam menſam deſcriptam debitricem
legebatur ut ex prędictis liquet & legito Soci. in conſi.
cclxvij. in. ij. par. Ad confirmationem tamen ſentẽtiæ
Mat. ab aff. uide multa doctorũ loca relata apud nar.
in citata. l. ſingularia in additione magna in fi. & eſt in
uerſi. campſori litera. A. Item conſiderandum eſt in fa
cto propoſito Benignum fuiſſe de domo ſpannocchię
& literas cambij conſcriptas ab illis de ſpannocchis,
unde præſumptio fraudis oriebatur cõtra Benignum
ne ſciens breui decocturam menſam ſe liberari procu
rauerit. Quæ præſumptio ex eo proficiſcitur quia non
uidet ueriſimile cõiunctum facta coniuncti ignorare.
l. octaui. ff. unde cog. l. de tutela. C. de in integ. reſti. &
licet Alex. ex mẽte doctorum in. l. quoniam ſororem.
C. de iure delibe. & Iaſo. in conſi. clvj. & conſi. clx. uo-
lu. iiij. huiuſmodi præſumptionem admittat, quo ad
ea quæ reſpiciunt factum naturę uel ius ſanguinis uel
ætatem, non autem ad aliud factum coniuncti. Nihil-
ominus (ut in. iij. par. diximus huius tractatus.) Tot
tantæq; decoctorum ſunt fraudes, uel nec dici nec nu-
merari poſſint. Adeo uel omnis coniectura contra de-
coctores creſcat, & forſan dictis de cauſis alii conſilia-
rij ſententiæ Matthei non aſſenſere (ut idem Matt. re-
tulit) & ex his declarationem habes ad quæſt. antece-
dentem & quã nunc retuli ſecundum illam eſt etiam
reſtringenda ut ſcribit Iaſo. in. l. ſingularia nume. 31.
ſupra citata & addes in articulo quæ ſcripſit Mar. in ru
bri. de proba. nume. 285. & ſeq.

8 ¶ Vulgaris etiam, et ualde agitata eſt illa. q. ſi in lici
tatione uectigalium Titius obtulit ſexcenta, Seius ue-
ro poſtea ſeptingenta. Verum is Seius, qui licitatione
uicit, non ſoluendo ſit, et ſtatim decoxerit, num Titi-
us ſit liberatus? an potius cogi poſſit uectigal ſuſcipe-
re? Doctores iuris noſtri in uarias ſententias diſtrahun
tur. Bar enim in. l. licitatio. ff. de pub. ait, non licere Ti
tio reſilire. arg. l. ſabinus. ff. de in diem addi. Licet nan-
que fiſco abiicere ſecũdam, & ſequi primam quaſi me-



liorem. Idem ex facto conſulto a repub. noſtra Anco-
nitana placuit Baldo in mercatorum uectigali patet in
conſil. cccxxvij. modus, & forma licitationis datiorum
in ciuitate Anconæ talis eſt. uol. ij. ubi eleganter loqui
tur, & præcipue illa ratione probat. Si enim primus lici
tator liberatus cenſeretur, ex licitatione ſecundi eueni
ret, quòd ſiquis calore licitationis ultra modum ſolitæ
conductionis inſtaſſet, ut dicit iuriſconſ. in. l. licitatio.
ff. de pub. poſſet non idoneum ſupponere, qui melio-
rem conditionem afferret, et ſe ab obligatione exolue-
ret, quod abſurdum eſt. arg. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi
cum lis, et idem probauit Io. a platea in. l. ſi tempora.
col. ij. uer. intellige. C. de fide inſtr. lib. 10. Verum eun-
dem Bal. dicitur contra reſpondiſſe, ut liceat primo re-
ſilire tanquam meliore conditione allata, etiam ſi non
admittatur, ut inquit Pau. ca. in. l. licitatio. ff. de pub. et
tanquam uectigalium uẽditio perfecta non fuerit. Vbi
idem Pau. diuerſa iuris interpretum reſponſa ex facti
diuerſa ſpecie putat poſſe procedere. Ait enim aut ue-
ctigal, quod in licitationem ponitur, tacite, uel expreſ-
ſe adiudicatum fuit, ut puta lapſi ſunt dies in procla-
mate dicti, uel extinctum lumẽ, cum ſubaſtatio fit can
dela, ita quòd alius ad licitandum ulterius non admit-
titur, et primus licitator liberetur, quod et Bar. ſenſit in
d. l. ſi tempora. et Ro. ſing. Dcclv. tu ſcis. Aut uectigal
ſecundo offerẽti adiudicatum non fuit, et primo loco
relata ſententia Bar. et Bal. procedat, ut fiſco liceat abii
cere ſecundam conditionem, et ſequi primam. Quæ di
ſtinctio dicitur fuiſſe Bal. ut patet in conſi. cccxcj. factũ
ſuper quo conſilium petitur. uol. j. Cum enim ſecun-
dus admittitur, et non repellitur, pręualet, quod nouiſ
ſime factum eſt. et uide Albe. in. l. ſi uenditor. ff. de in
diem addi. qui ſecundum hanc ſententiam obtinuiſſe
refert, et Ang. in conſi. cccxxiiij. datium pannorum, et
pleniſſime omnium diſſeruit Nico. boe. deci. ccxlviij.
eccleſia. qui ſexcenta docto. loca citat, et ſpeciatim con
ſil. Bal. cccxcj. ſupra relatum, quod nõ inueni, nec etiã
Ang. Bene tamen cenſuit Boer. licitationis uerba inſpi

Universidad de Deusto Biblioteca



cienda eſſe& diſtinctionem, ac ſolutionem propoſitæ,
quæſtionis colligi ex.l.ſabinus in initio citata.ff. de in
diem addi.&.l.quod autem ſabinus.co.ti. Nec te Bal.
primo loco relata ratio moueat, quoniam hi,qui licita
tioni præſumpta non idoneum admittere non debẽt,
ut relati doc.a Boer.ſcripſere, pro quo.l.licitatio.ff.de
pub.Item in modo licitandi ſibi præcauere poſſunt,ut
in.d.l.admonet.& Bal.in.d.l.ſi tempora.ſub nu.4.De
nique idem Boer.ſcripſit,& recte loci conſuetudinem,
ubi extat,obſeruandam eſſe.

9 † Vſu etiam plerunque euenit,ut is,qui multos cre-
ditores habet prædium,quod forte ſolum in bonis ha
beat,ea lege Meuio uẽdat, ut ſatis creditoribus faciat.
Vnde quæſtionis fuit,num creditores recta uia,& abſ-
que ceſſione aduerſus Meuiũ agere poſſint, & placuit
non poſſe.l.cum res.C.de dona.l.quoties.C.de dona.
ſub modo.ubi Bal.Ang.& Sali.& ſcribit Soci.in conſi.
ccxxxvj.placet concluſio.in prin. lib.ij. And. tiraq in
commen.de utroque retrac.§.j.in gl.xiiij.nu.116.pag.
cccxxxj.& in propoſita conuentione uide etiam.l.ſtic
chus.in.§.titius.ff.de condi.inde.

10 † Quæritur apud Ang.in conſ.ccxliij.multi conſor
tes.cum quidam cõmunes ædes haberent inuicem ſti-
pulati ſunt,ne extra eos alienentur, ne ue quouis titu
lo etiam dationis in ſolutum in extraneos transferan-
tur,adiecta bonorum obligatiõe,hipotheca, & pœna,
ſi deinde unus ex his mole debiti prægrauatus in ſolu
tum partem,quã in dictis ædibus habet,dare uelit, an
iuris ſit remedium?& respondit eſſe,ut in.l.qui Romę
in.§.cohæredes.ff.de uerb.obli.ipſe autem uerba con
uentionis diſpice,& uerboſos quidem comment.doct.
lege in eodem.§.ubi Iaſ.Ange.conſi.citat ſub nu.iiij.
Sed & his addes huiuſmodi pactionem non improba-
ri,ut ex facto conſulto placuit Oldr.noſtro, ut in cõſi.
cxxxix.ad habendam aliquam notitiam. & plene ſcri-
bit Deci.in conſi.lxiij.& pro tenui.nu.4.& in fi.conſi.
ubi habes complura docto.loca.

11 † Idem Ang.ait in.l.in fundo.ff.de rei uend.motus



Iuriſcon.uerbis,Finge pauperem,qui ſe reddere id co-
gatur,laribus,ſepulchriſque auitis carendum habeat.
paupertatem alicuius plene probari ex ceſſatione, &
fuga,quas ſubdit,mercatores Florentinos facere ſole-
re,cum decoquunt,rationeſque cõturbant,cuius ſen-
tentiam Iaſ.probauit in. .ſi conſtante.ſub nu.126.ff.ſo
lu.ma.& in ead.opi eſt Pau.par.in conſil.lxxx.in hac
cauſa.nu.48.uol.j. Et in materia addes Ro.in conſil.
clxiij.conſtitutio.&c.

12 † Nec eſt a materia noſtra alienum,quod Pau.caſt.
inquit in.l.ij.ff.ſolu.ma.& his,quæ proxime diximus,
accommodari poteſt. Viro uergente ad inopiam non
poſſe uxorem dotis ſuæ in tutum collocandæ gratia,
creditores, qui poſſeſſionem bonorum uiri ceperunt,
impedire,niſi prius procuret cauſa cognita iudicem ſu
per inopia uiri interloqui, conſtabit autem de inopia
modo,quo diximus,& ſententiam Pau.probat Neg.in
trac.de pigno.in.j.mem.v.par.nu.38.citatque Bal.no-
uel.in trac.dot.in.vij.par.in priuileg.xviij.in fi. & ple-
nius in priuileg.xxiiij.Addo ego Pau.ca.in conſi.viij.
in fi.in cauſa,quæ uertitur.par.ij.& certe quottidianũ
eſt,& notandum,& ſecundum Pau.ſententiam non ſe
mel interrogatus reſpondi.Nam ſtatim, quòd uiri de-
coquunt,creditores uigore pacti,quod in inſtrumentis
in forma cameræ ſolet adiici de ingrediendo poſſeſſio
nem in bonis debitoris, propria autoritate poſſeſſionẽ
capiunt.Scies igitur ſecundum relata loca,& uxoribus
decoctorum,& ipſis creditoribus conſulere.

13 † Quæſitum fuit Titius,Meuius, Gaius,& Sempro-
nius,quandam ſocietatem iniuerunt in ciuitate Floren
tiæ in numero quodam frumẽti,ſeu certa lana, iidem
tamen Gaius,& Sempronius ſoli abſque Titio,& Me-
uio aliam ſocietatem Anconæ contraxere in coriis ſin
ge,uel lignis,& tãdem labefactata fide decoxere,num
Titius, & Meuius ad debita Gaii, & Sempronii cauſa
ſocietatis lignorum, & coriorum contracta teneantur
Anca.in conſi.cccc.plene quidem,& eleganter tractat,
& putat Titium,& Meuium non teneri,idque legibus

Universidad de Deusto Biblioteca



& autoritatibus probat,& his præcipue,quia una ſocie
tas ad aliam non trahitur, nec ad diuerſum contractũ
per unum ex ſociis geſtum, & non inſubtiliter motus,
idem ſenſit Rapha.cu.in conſi.clxxij.Titius.col.ij.de
quo reſponſo Rapha. in ulti. parte diſſeremus, & hæc
ſententia placet Pau.par.ut in conſ.xciiij.ſpectabiles.
num.17.& in ſi.uol.j.ubi addit,ſi unus ex ſociis deco-
ctor eſt, non propterea alios ſocios fraudatores dici
poſſe.Et quod dicitur ſi plures ſunt ſocii unius nego-
ciationis, qui in diuerſis locis commorentur inuicem
ſe propoſuiſſe uideri,adeo,ut ex unius contractu, qui
libet inſolidum teneatur,de quo tractarunt Bar.in.l.j.
§.ſi plures.colũ.ij. & in.l.ſi tamen.ff.de exer. & idem
Bar.& plerique alii in.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cert.
pet.& Alex.conſi.ccxlvij.ponderatis his in prin.uolu.
ij.& conſi.ulti.nu.x.uol.v idem Par.ubi ſupra ex alio
rum iuris interpretum mente declarat.

14 † Hic ſubiungi poſſent uariæ quæſtiones, quæ pro-
pterea contingunt, quòd aliquis non ſoluendo factus
eſt, quas omnes enumerare laborioſum eſſet magis.
quàm ſubtile,ut in ſimili Accur.noſter ait in.l.j.ff.ſol.
ma.Vnde pauca referre contentus ero.Eſt igitur ſcien-
dum prætorem actionem de dolo ita demum pollice-
ri ſi alia actio non ſit,quoniam famoſa actio non teme
re decreta eſt.l.j.in prin.&.§.ait prætor.& in pleriſque
aliis.ll.ſeq.ff.de dolo.Igitur ſi pupillus a Titio tutore
autore colludente circunſcriptus ſit, & tutor decoxe-
rit de dolo actio aduerſus titium dabitur.Is enim nul-
lam uidetur actionem habere cui propter inopiam ad-
uerſarii inanis actio eſt.l.ideoque.&.l.ſeq.ff. de dol.&
uide ibidem Accur. & doct.comment.& ſimilem.q.in
l.& eleganter in.§.ſi quadrupes.ff.eod.Item Iuriſcon.
elegantem.q.tractat in.l.cum alicui.ff.de nego.geſt.&
aliam in.l.ex hoc edicto.uer.plane.ff.de eo per quem
fac.erit.Item & aliam non inelegantem.q.glo.& doct.
tractant in.c.tua nos.extra de uſu.& Iuriſconſ.in.l.ij.
in.§.ſi qui ex uectoribus.ff.ad leg.Rhod. de iac.ait,ſi
qui ex uectoribus ſoluendo non ſint,hoc detrimentũ

magiſtri



magiſtri nauis non erit, & ibidem uidebis Accurſi. eſt
etiam alia elegans quæſtio a Iuriſcon.tractata in.l.fin.
ff.de inſti.& eſt talis,Lucius Titius menſæ nummula-
riæ,quam exercebat,habuit libertum præpoſitum,qui
libertus Caio Seio cauit,habere penes menſam patro-
ni denarios mille, quos denarios ſe numerare debere
pridie Calẽd.Maias,quæſitum fuit Lucio Titio defun
cto ſine hærede, bonis eius uenditis, an ex cautione
præpoſita iure conueniri libertus poſſet, & reſpondit
non poſſe,cum inſtitoris officio ad fidem menſæ prote
ſtandam cauiſſet, epiſtolamque in uerba ſupraſcripta
ſcripſiſſet, quam quæſtionem quotidianam quidem
placuit adnotaſſe.His annumerabis quæſtionem rela-
tam a Sceuola in.l.ſcia.ff.ad uelle.Tractat etiam Pau.
ca.notabilem quæſtionem in.l.ſi fideiuſſor.ff.de fide-
iuſſori. & eſt talis,Titius,Meuius,& Gaius ſocietatem
coiuerunt,Meuiuſque negociationi fuit præpoſitus, is
nomina ſocietatis exigere neglexit,atque ceſſauit,cum
id poſſet facere,debitores non ſoluẽdo facti ſunt,num
ceſſans,negligẽſque ſocius teneatur,& ait ex negligen
tia teneri,imputabuntur etenim in partem ceſſantis ſo
cii cui adminiſtratio demandata extitit,nomina illorũ
qui poſt moram non ſoluendo facti ſunt, citat Paul.l.
tutores qui poſt.in.§.periculo.ubi Accur.ff de admi.
tuto.&.l.debitores.C.eod.l.ij.ff.arbit.tut.l.ſi ſeruus.
in.§.cum quid.ff.de lega.j. & Pau. ſententiam proba-
uit Marſi.ſingul.cclxxxj.ſocius tenetur.quibus addes
quæ diximus in titu.mandati,præſertim in uerſic. ſo-
leni perſæpe.nu.36.

Universidad de Deusto Biblioteca

# SEXTA PARS.

1 Creditores remittentes partem debiti decoctoribus, ut reſiduũ cõſequantur, quod remiſſerunt conditione ob turpem cauſam poſſunt repetere, & plene diſputatur.

2 Statutum mercantiæ diſponit, quod decoctores poſtquam ſoluerunt id de quo in concordia non poſſint moleſtari niſi peruenerint ad pinguiorem fortunam quã ĩterpretationẽ habeat.

3 Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo quo poteſt, & habet uim expreſſi.

4 Datum ſeu remiſſum ob turpem cauſam propter uinculum iuramenti, quod eſt maximum, repeti non poteſt.

5 Pactum a maiori parte creditorum pro modo debiti, & pro numero perſonarum de partis debiti remiſſione cum decoctore ſeu eius herede num noceat minori parti diſſentienti plene diſputatur.

6 Decoctorum filij uiuis parentibus cum creditoribus paternis paciſci poſſunt ut certa parte debiti ſint contenti, & reſiduum remittant.

7 Liberatio facta a filijs debitoribus paternis uiuis parentibus, eis non obeſt parentibus mortuis.

8 Regula iuris in his, quæ ad plures pertinent, ut ſingulos omnium conſenſum adhibendum eſſe declaratur.

9 Pactum remiſſiuum partis debiti factum a maiori parte creditorum ut minori parti, diſſentienti officiat quæ requirantur.

10 Minor pars creditorum diſſentientium ſeu unus ex eis uolẽs probare creditum unius uel plurium creditorum aſſentientium remiſſioni partis debiti decoctori ſiendæ fictitium eſſe audiri debet.

11 Hæredi aliter non adituro ſuadens, ut hæreditatem adeat aſſerens ſe omnia facturum dummodo alij conſentiant annumeratur inter creditores aſſentientes remiſſioni partis debiti.

12 Creditores numero plures concurrentibus requiſitis poſſunt partem debiti remittere ſolidum autem non poſſunt.

13 Pactum factum a maiori parte creditorum cum futuro herede uel decoctore, an minori parti diſſentienti noceat habenti pignus, uel hippothecam diſputatur.



14 Minor pars creditorum diſſentientium poteſt agere ad ſolidum debitum contra fideiuſſores pro debitore obligatum pactione inita a maiori parte non obſtante idque declaratur.

15 Regula iuris exceptio quæ reo competit, & fideiuſſori competere in caſu notabili limitatur.

16 Pactum factum a maiori parte creditorum cum decoctore uel herede debitoris an priuilegiarijs creditoribus obſitur.

17 Minor pars creditorum poteſt appellare ſeu prouocare a ſententia maioris partis creditorum iniqua ſuper remiſſione debitĩ & de forma ac effectu prouocationis

18 Pactum factum a maiori parte creditorum cum herede debitoris ſeu decoctore non obeſt minori ubi reperiuntur bona.

19 Inclinatione concedenda a maiori parte creditorum quæ requirantur.

20 Decoctores an gaudeãt dilatione quinquẽnali plene diſputatur

21 Minor pars creditorum an poſſit aſtringi a maiori parte creditorum ubi eſt altercatio de bonis debitoris præter tres enumeratos caſus ab Afflicto Dec. 288. diſputatur.

22 Fideiuſſores ſolent interuenire in pactionibus inter creditores, & decoctores unde uariæ quæſtiones oriuntur uide relatiue.

23 Decoctores ſi conuentiones initas cum creditoribus non obſeruant nec ipſi creditores conuentionibus ſtare tenentur.

24 Creditores ſi hereditati titij debitoris ſcium eligerunt, et conuenerunt, quod contra ſempronium qui, et creditor erat, et in conuentione interuenerat nullo modo procedi poſſit ex cauſa cuiuſdam arbitrij lati inter quondam titium, & ſempronium ſi deceſſerit ſcius curator num creditores alium curatorem conſtituere compelli poſſint, & num poſſint agere aduerſus ſempronium uigore dicti laudi plene diſputatur.

25 Verba generalia reſtringenda ſunt ſalua ratione recti ſermonis ne quis uideatur iactare ſuum.

26 Interpretatio ad textum in. l. ſi tibi decẽ milia in. §. ſi pactum. ff. de pactis.

27 Verbum poſſit ex ſui natura ad ius futurum trahitur.

28 Dictio nullo modo quid ſignificet.

Universidad de Deusto Biblioteca

# TRACTATUS DE PACTIS CONVENTIS INTER CRIDITORES ET DECOCTORES.

SOLENT etiam duri exactores (ut
Alex. ait in calce cuiuſdam epiſtolæ in
commentariis de uerb. ſig.) æquo ani-
mo id omne ab his qui foro ceſſerint,
tam & ſi modicum, accipere, & quic-
quid datur in lucro reputare, ſolent
inquam mercatores modico præſenti
debitoribus qui decoxere, reſiduum remittere ſeu ac-
ceptum ferre, ſcribit igitur in hac ſpecie Iaſo. poſt Iac.
de Are. Rom. & Alex. in. l. ſi. ff. de condi. ob tur. cauſ.
Si cum malum habeam debitorem qui ſoluere recu-
1 ſet, partem debiti remiſerim, ✝ ut reſiduũ ſoluat, quod
remiſi conditione ob turpem cauſam me poſſe repe-
tere idque uerum eſſe reſponderũt moti ea. l. ſi. & ad-
dit Iaſo. quia remittere eſt dare. l. ſi mulier. ff. de cond.
cauſa dat, & in eadem opinione eſt Mar. in ſingu. ſuis
ſingu. ccccxxij. ſæpè contingit & contra decoctores
ualde commendat, quibus creditores plerunque par-
tem debiti remittunt ut reliquum habeant quibus ad
de Nicol. Boe. Deci. ccxv. & antequam ueniam. nu. 8.
qui refert Pau. Riuos lupum nũcupatum in rep. pup.
de dona. extra in antiquis pag. xiij. nume. 15. dixiſſe pa
cta facta cum decoctoribus ſuper pecunia ablata non
ualere, & pactionibus non obſtantibus poſſe credito-
res totum exigere, ſi conſtet eos ſoluẽdo eſſe. Quibus
autoritatibus motus in quarta parte huius tractatus
uerſi. conſultus idem Roma. uolui dicere quod idem
Roma. ſcripſit in conſi. cccciiij. heſitationem habere.
Ait enim cum quidam decoxiſſet, & locupletior factus
cum creditoribus conueniſſet, ut modico præſenti cõ
tenti creditores, quod reliquum erat pacto remitterẽt
ratam pactionem eſſe, non obſtante peruſina conſtitu
tione, qua cautum erat debitorem ceſſantem & fugiti-
uum ſi ad pinguiorem fortunam deueniſſet, ad ſolidũ



debitum perſoluendum quacunque conuentione nõ
obſtante compellendum, ipſamque pactionem defen-
dit ex eo præcipue quoniam illa unica fuit conſtitu-
tionis ratio, ne nimia debitorum inopia propter quam
creditores mouentur ad pactum partis debiti remiſſi-
uum. Vt potius aliquid habeant quam totum perdãt,
creditoribus noceat, ſi debitores ad pinguiorem for-
tunam deuenerint, quæ ratio in eo ceſſat qui locuple-
tior factus cum creditoribus paciſcitur, ſed ex his ui-
des quod remiſſum eſt tanquam ob turpẽ cauſam da
tum cõditione ob turpem cauſam me poſſe repetere.
Dicet aliquis Romani ſententiam ueram & probari. l.
ſi intra. ff. de pact. ubi pactus erat creditor ſi intra diẽ
dictum debiti partem ſoluiſſet debitor acceptum illi
reſiduum ferre, & ex pacto nõ actionem ſed debitori
exceptionem competere iuriſconſultus ait. Nos igitur
diſtinguemus an pactum fiat per gratificationem an
uero per extorſionem, & ſic conſtituimus differẽtiam
inter pactum gratuitum & extortum ut eleganter ſcri-
bit Bald. in citata. l. ſi intra. Ideſt ſi debitor recuſat ali
quid dare uel facere niſi ſibi aliquid detur uel remitta-
tur & tunc conditioni ac repetitioni locum eſſe reſpõ-
demus. l. fin. ff. de cond. ob tur. cau. & l. ij. §. j. ff. eo. &
hoc caſu procedit quod ſupra diximus, quia decocto-
res malum genus debitorum eſt, & a creditoribus ple-
runque pactum liberationis reſidui ſolẽt extorquere.
Si uero debitor non recuſabat gratis ſoluere quod de
bebat & creditor ſponte & ex mera uoluntatem reſi-
duum remiſit, rata ſi pactio ut in. l. ſi intra, & in hoc ca
pite ſeu hac ſpecie Roma. loquitur cum debitor locu-
pletior factus pactus eſſet, & ſecundum prædictam di
ſtinctionem intelligendum etiam puto quod ait Pau.
Caſt. in conſ. clxxix. in. ij. par. ſcribit enim in hæc uer
2 ba ſeu ſimilia ſtatutum mercantiæ diſponit ✝ quod
decoctores poſtquam ſoluerunt id de quo in concor-
dia fuit actum, non poſſint moleſtari niſi peruenerint
ad pinguiorem fortunam, quod eſt intelligendum ut
non poſſint moleſtari etiam in bonis quæ remanſerũt

Universidad de Deusto Biblioteca



eis poſt concordiam & ſolutioné & quæ tempore con-
cordiæ habebant quaſi pro his quæ tunc habebant
creditores remanſerint contenti de ſumma cõcordata
& reſiduum eis uoluerint remittere & in eo non mole
ſtare creditores ergo qui moleſtare uoluerint ultra
ſummam concordatam probare debent, quod aliqua
bona peruenerint ad eos poſt concordiam, alias non
audiuntur propter dictum ſtatutum hactenus ille in
uerba ſupraſcripta: cuius interpretationem probo ubi
decoctores ſoluere non recuſaſſent pactumque libera
tionis extortum non fuiſſet, ſed per gratificationem re
miſſio facta eſſet. Non enim eſt nouum municipalia iu
ra a communi iure interpretationem recipere, l. j. in. §.
lex falcidia. ff. ad leg. fal. l. j. §. j. ff. de mu. & hon. Bar.
in. l. omnes populi nume. 6 ff. de iuſt. & iur. Cauſa igi-
tur pactionis & uerba inſpicienda ſunt. l. ſi ita ſtipula-
tus in. §. griſogonus in fi. l. ſi ita ſtipulatus ſit ſticchum
ff. de uerb. obl. l. fideiuſſores magiſtratum. ff. de fideiu.
quæ iura ad id poſt Pau. citat Dec. in conſi. ccccxxiij.
nume. 2. negari non poteſt &c. & ſi approbari non po-
teſt quod actum ſit, & in obſcuro erit, quod plerunq;
fit, de facto inſpice a quibus & cui ſit facta liberatio, &
an iudicis decreto & ſermones perſuaſiones, ac præfa-
tiones quæ pactum præceſſere diligenter rimari opor-
tet, ut ſcias num creditores aliter eſſent facturi nec ne
ad hæc ſingularis glo. iuncta lege in. l. apud celſum in
prin. ff. de do. excep. & l. titia in. §. j. cum commenta-
riis doctorum ibidem. ff. de uerb. obli. & ſi iudicis de-
creto pactio firmata ſit facile credimus per gratifica-
tionem non autem extorſionem liberationis reſidui
pactionem initam iuxta ea quæ idem Rom. ſcripſit in
calce dicti conſilii & propter præſumptiones quæ ex
iudicis decreto oriũtur. De quibus Iaſo. tractat in con
ſil. cxix. in præſenti. uolu. j. Mar. ſing. ccccxxxviij. lex
multum, & declarat Alex. in trac. de præſum. in tertia
regula uerſic. x. præſumitur & in aliis ſexcentis locis.
Denique & illud diſpice an liberationis pactio iurata
ſit quod & idem Rom. notauit, puto enim ſi creditores



iurauerint in ambiguo uoluntatem iuratam ad ſolidi
liberationem porrigi ut audiri contra decoctores cre-
ditores ulterius non poſsint, mouent me tot tantæq;
præſumptiones quæ ex ipſo iuramento proficiſcũtur
& illa præcipue quæ ſumitur ex. l. cũ pater in. §. filiis
matrem. ff. de leg. ij. ut propter iuramentũ actus omni
meliori modo quo poteſt, ualeat & declarat Pau. par.
in conſi. xij. nume. 79. uolu. j. Addo quod Bal. in. l. j.
in ſecunda queſtione. C. commo. ait iuramẽtum uim
expreſsi habere in tantum, ut ubi ſpecialiter cõſenſus
requireretur generaliter præſtitus ſufficeret, cuius ſen
tentiã Rom. probauit in. l. j. in. §. ſi quis ita. ff. de uer.
obli. & Alex. in conſi. cxxxiij. uolu. v. ſuper quæſitis.
nume. xj. Dec. in conſi. ccccxxxij. nume. 25. cum ſit, &
in conſi. cccciiij. nume. 9. uiſo eleganti conſi. & cuius
uerbis facile poſſes inferre per gratificationem ſi quid
remiſſum eſſet decoctori præſumẽdum eſſe, & eadem
ſententia placuit Io. ab ami. in conſi. xij. nume. 34. et
præceptori meo Goz. in conſi. lxix. uideretur prima fa
cie. nume. 19. & ſeq. Licet non me lateat cõplures eſſe
qui Baldi ſententiam oppugnent ut per Iaſo. in. l. ſed
& ſi quis in. §. quæſitum in fi. ff. ſi quis cau. & in cõſil.
clxxiij. colum. pen. uolum. iiij. & Nico. Boc. Dec. iij. &
uidebis etiam quid in articulo ſcripſerit Pau. par. refe-
rendo Dec. in conſi. xij. num. 90. uolu. ii. Hoc amplius
tento dicere & ſi conſtaret liberationem reſidui debiti
4 a creditore debitori qui ſoluere recuſabat ꝑ iuramẽto
tamen factam quod remiſſum eſt tanquam ob turpem
cauſam datum ſeu remiſſum propter iuramentum re-
peti non poſſe mouet me. c. quemadmodum in fin. de
iure. Iure enim diuino Pontificio et Cæſareo iuramen
tum uinculum eſt arctiſsimũ ut ſeruari oporteat ubi
in diſpendium ſalutis æternæ non uergit. c. quamuis
de pac. lib. vj. c. licet mulieres eod. libro et. c. cum con
tingat eod. tit. unde Cicero. off. lib. iij. de iureiurando
eleganter ſcripſit in uerba infraſcripta: Iuriſiurandum
eſt affirmatio religioſa, quod ſeruandum eſt quaſi Deo
teſte promiſeris. Nec mauis uinculũ ad aſtringendam

Universidad de Deusto Biblioteca



fidem iureiurando maiores eſſe uoluerunt. Id indicant leges. xij. tabul. indicant fœdera, & narrat de Regulo, quem nec charitas patriæ, nec ſuorum retinuit, quin aperte reuerteretur ad exquiſita ſupplicia ne tranſgreſſor eſſet iuramenti etiam hoſtibus præſtitit, ut refert Anc. in conſi. ccxxvj. legitur in canone, de quo Marco Attilio Regulo meminit Iuriſconſ. in. l. poſtliminii. ff. de cap.

5 ✝ Quæro Benedictus decoxit, & aufugit, & cum mole debitorum grauatus eſſet, creditores numero plures & pro modo debiti, & pro numero perſonarum conſiderantes Benedictum debitorem difficile poſſe conueniri pacti ſunt, ut minus ſoluat, & certa parte debiti ſe contentos eſſe conuenere reſiduum acceptum ferentes, Reliqui creditores diſſentiunt, num hi, qui diſſentiunt exemplum plurium creditorum, qui aſſenſere ſequi oporteat, & huiuſmodi pactio diſſentientibus obſit? Vulgaris quidem, et quottidiana eſt quæſtio, quam docto copioſe tractarunt in. l. iurisgentium in. §. fin. in l. et ſuum hæredem. in. §. hodie. et tribus. ll. ſeq. ff. de pac. Et in qua Matthæ. ab aff. deci. cclxxxviij. ſæpe et ſæpius. tres facti ſpecies conſtituiſſe conſilium Neapolitanum ait, et in his tribus maiori parti creditorum ſtandum eſſe, et ſunt tales.

Prima eſt quando debitor deceſſit, et futurus hęres hæreditatem non uult adire, niſi pars cuiuslibet debiti a creditoribus remittatur. Tunc ſi maior pars creditorum cõſentit ſtatus maiori parti, contradictione minoris partis non obſtante. l. et ſuum hæredem. uſque in fi. et. l. maioré. ff. de pac. et ratio illa redditur ab Accur. in. d. §. quoniam. ſi dicta remiſſio partis debiti non fieret, hæres non adiret hæreditatem, unde defunctus non haberet hæredem, et cõſequenter creditores non haberent, quem conuenirent, uoluit ergo lex, ut ex pacto maioris partis creditorum uolentium partem debiti remittere minor pars aſtringatur, et pactioni ſtare teneatur. Idque fortius ſubdit procedere ubi hæres non liberationem portionum debitorum, ſed dilationem



tantum peteret, quia in dilatione minus eſt præiudicium, leuiusque damnum eſt, quod creditoribus diſſentientibus] infertur. In qua facti ſpecie addes. l. primo gradu. ff. quæ in frau. cred.

Secunda ſpecies eſt, quando debitor (ut propoſuimus) aufugit, adeo quód facultas non datur creditoribus ipſum conueniendi, nec inueniuntur eius bona. In qua ſpecie ait, ſi debitor uult reuerti, et petit ſibi a creditoribus partem debiti remitti, uel dilationem ad ſoluendum concedi, aliter redire recuſans maiori parti creditorum ſtari reiecta recuſatione minoris partis, intereſt enim creditorum, ut reuertatur, & pari ratione idẽ in hac ſpecie, quod in prima, & Pau. & Alex. & Iaſ. reſpondere, ut ſcilicet, creditores habeant, quem conueniant, & ex his reſpõdetur ad propoſitam. q. & uide Alex. in. d. §. hodie. qui diſtinctionis fœdere, aut, ſcilicet, in loco erat in quo facile poſſet conueniri, aut cum difficultate in debitore uiuo, ut ſupra reſpondit, æquitatis enim ratio in utraque ſpecie ſimilia ſuadere uidetur. l. fi. C. ad leg. fal. l. j. §. hoc interdictum. ff. de fon. & inſt. quib. mod. ius pa. po. ſol. §. pari ratione.

Tertia facti ſpecies ſecundum Affli. in relato loco quando debitor propter paupertatem paratus eſt cedere bonis ni creditores dilationem concedant ad ſoluẽdum, tunc etiam maiori parti creditorum ſtatus. iuxta formam. l. fi. C. qui bon. ced. poſ. Et in dilatione concedenda hypothecæ non habetur ratio eſt enim conſtitutum pactum maioris partis in dilatione cõcedenda etiam minori obeſſe, quæ hypothecam habet. d. l. fi. §. nulla. Subdit idem Affl. in his tribus facti ſpeciebus minorem partem creditorum pactioni initæ a maiori parte ſtare aſtringẽdam eſſe, & his exceptis compelli non poſſe. Sed declarandæ propoſitę materiæ gratia ex uerbis, & mẽte citatarum legum, & interpretum iuris non nulla neceſſaria quidem addemus.

6 ✝ In prima itaque ſpecie illud adde, decoctorum filios, uiuis, parentibus, cum creditoribus paternis paciſci poſſe, ut certa parte debiti contenti ſit, reſiduumq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



remittant, ualet enim pactio, & filiis doli exceptio com-
petit. l. iurisgentium. §. fi. ff. de pac. ubi doct. & ibidem
& Pau. Alex. & Iaſ. idem iuris eſſe probant in extraneo
paciſcente, qui alicuius hæreditatem ſperat, idque libo
rationis fauore receptum eſt. Nec pactum ex eo oppu-
gnari poteſt, quòd ſuper hæreditate uiuẽtis ſit factum
abſque eius conſenſu, ut iidem reſpondere, ac in. l. fi.
7 C. de pac. & præcipue Iaſ. ſub nu. 7. ✝ Si uero filii pater
nos debitores, uiuis parẽtibus, liberarent, receptum eſt
liberationem factam filiis poſt mortem parentum non
obeſſe. l. & ſuum heredem. uer. idem probat. ff. de pac.
& probãt Alex. & alii in citato. §. fi. & plene ſcripſit Iaſ.
in. l. filius paciſcẽdo. C. de pac. ubi complures idem ſen
ſiſſe refert, ipſum legito, & nota. Scribit etiam Paul. ca.
8 in conſil. cclxxxj. ad id. par. ij. ✝ Regulam illam, quæ
eſt in his, quę ſunt communia plurium, ut ſingulorum
non ſufficere maiorem partẽ, ſed omnium conſenſum
adhibendum. de qua in. l. per fundum. ff. de ſer. ruſtic.
præd. & in. l. fi. ff. commu. præd. reſtringi, & temperari
ex. l. iurisgentium. in. §. fi. ſupra non ſemel citata, quo-
niam (ut & nos expoſuimus, & infra declarabimus)
cõſenſus maioris partis in ſpecie propoſita, aliis diſſen-
tientibus, prodeſt, ſubditque. d. §. ſingularem rationem
continere, quæ in aliis ceſſat.

9 ✝ Adde etiam in prima, & ſecunda ſpecie neceſſari-
um eſſe, ut creditores omnes in unum conueniant, &
communi conſenſu declarent quota parte debiti ſint
contenti, nec enim cõſenſus ſeorſum, & ſeparatim præ
ſtitus a maiori parte creditorum minori obeſt. Nam
cum pactum aliis nocet, omnes in unum conuocari
debent, & tunc pactum liberationis partis debiti a ma-
iori parte initum aliis obeſt. l. & ſuum hæredem. in. §.
hodie. ubi doct. notant. ff. de pac. & l. reſcriptum. cod.
tit. & notat Bald. in. l. fi. in prin. C. qui bon ced. poſ. ubi
idem iuris eſſe patet in. iij. ſpecie, & probat Soci. in con
ſi. cclxxiij. in præſenti conſultatione. col. ij. par. ij. Sed
ſi omnes creditores ſeorſum aſſentirẽtur, nec eſſet, qui
contradiceret, ſufficeret. l. per fundum. ff. de ſer. ruſtic.



pręd. Item illud nota receptum eſſe exploſa Ang. Fulg. & Pau. ſententia abſentes creditores requirendos eſſe. Idque propter. l. ſi intres. cum ſeq. proxime relata, & regu. l. de uno quoque. ff. de re iudi. ut ſcribunt docto. in l. reſcriptum. ubi Iaſ. communem ſententiam leuibus oppugnat, honeſtius enim eſt, & merito obtinuit, quod diximus, pro qua ſententia facit. l. ſi præcedente. in. §. lucius. ff. mand. in illis uerbis, qui potuit præſens idipſum proclamare, nec deſiderare decretum prætoris. & ibidem uidebis Accur.

Item adde in prima, & ſecunda ſpecies pactũ a maiori parte creditorum initum, ſiue cum futuro hærede ſiue cum decoctore, qui difficile cõueniri poteſt, tunc minori parti diſſentienti obeſſe, cum prætor decretum interpoſuit, & maioris partis uoluntatem ſecutus fuerit, idque probatur in citato. §. hodie. cui adde. l. ſi præcedente. in. §. lucius. & Ange. ſeu uerius collegium Peruſinum in dilatione quinquennali idem iuris eſſe reſpondiſſe, ut patet inter conſi. Ange. nu. ccxiij. Simon, & Iacobus. Et hæc res commiſſa eſt prætori quærẽda, non negligenda, qui ſciat maiorem partem pro modo debiti, non pro numero perſonarum ſpectandam eſſe, & ubi æquales creditores ſunt in cumulo debiti, pluri um creditorum numerum præferẽdum. Et in pari numero creditorum eius autoritatẽ ſequatur prætor, qui dignitate inter eos pręcellit, & uoces etiam creditorum conſanguineorum pręferat, ut frequentiores ſenſere. l. ante. ff. de pac. reiecta Guig. Rayn. & Bal. ſententia, & hanc. l. pẽnul. in hoc ſingularem dixit Are. in. l. pro hærede. in. §. ſi ſepulchri. col. v. ff. de acqui. hære. Pro qua ſententia eſt. l. j. ff. de priui. cred. ubi cum debitoris bona uæneunt, & creditores æquale pretiũ offerunt, præfertur creditor cognatas aliis extraneis, & probat And. tiraq. complura referens in com. de utroque ret. pagi. xx. nume. 43. uerſi. concinit. Et ubi omnia undique in unam æqualitatem concurrant, prætor humaniorem ſententiam eligat. Illud etiam eſt ſciendum, ſi plures ſint, qui eandem actionem habeant unius loco haben-

Universidad de Deusto Biblioteca



dos, & plures tutores unius pupilli, unius loco haben
tur. Idem iuris eſt in uno tutore plurium pupillorum,
ut eleganter Iuriſcon. prædicta tractarunt in. l. maio-
rem. & ll. ſeq. ſupra citatis. Et ex his habes unum ſin-
gulare, Tutores poſſe gratis partem debiti remittere,
idque ſumma cum ratione eſt conſtitutum, quoniam
neceſsitate cogente faciunt, ut habeatur, qui conuenia
tur. Iiſdemque legibus habes ſummas plures unius
coadunari, & creditis uſuras applicari, ut ſumma, ſeu
cumulum debiti augeant, quod ualde notandum eſt,
hębreorum creditorũ gratia, quibus ex uenia, ſeu per-
miſſu pontificum, licet impune fœnerari. Dicebat etiã
Guig. in citato. §. hodie relatus ab Ang. & Paul. ea. ſub
10 nu. 3. ✝ Si aliquis ex creditoribus, qui pactioni aſſenti-
re recuſat, creditum unius, uel plurium creditorum cõ
tentientium fictitium, & non uerum, ſeu in fraudem fa
ctum dicat, audiendus eſt, quia ſua intereſt. arg. l. ſi cui
C. de non nu. pecu. quod & collegium Peruſinum pro
bauit in conſi. paulo ſuperius relato. ccxiij. inter conſi
lia Ange. & ſi docuerit debitum ſimulate conceptum,
ſeu in fraudem factum in maiori parte creditorum nõ
annumerabitur. Addo ego in illũ, ſeu illos, qui in frau
dem ſe creditores dixerint, grauiter animaduertendũ
11 eſſe, ut ſuo loco dicemus. ✝ Item in numero maioris
partis creditorum annumeratur is, qui hæredi aliter
non adituro, ut hæreditatem adeat, ſuaſerit, aſſerens ſe
omnia facturum dummodo alii in remittendis portio
nibus debitorum aſſentiantur, ex quo enim ſemel ſua-
dendo mandauit, ut adeat, ſi poſtea agat, uel pactioni
initæ ſe opponat doli exceptione repellendus eſt. l.
apud celſum. cum gl. ff. de doli excep. & ita reſpondit
Guig. cuius ſententiam & Bal. & Pau. probant in relato
§. hodie. & Ang. ibidem placuit, qui Ray. idem ſenſiſſe
refert, & §. ad hæc. in aut. ut ſpon. largi. Idque eo ipſe
etiam probo, quia mandato creditorum hęreditates ſu
ſpectas adiri, & mandati iudicio locum eſſe proculdu-
bio eſt. l. ſi hæreditatem. ff. mand. & facit. l. tutor. & l.
ſi mulier. ff. ad ſena. con. uel. quæ & in ſecunda ſpecie,



hoc eſt in eo qui cum difficultate conueniri poteſt pa
ri ratione uera ſunt.

His igitur relatis quæ ad pactiones in eundas neceſ
ſaria ſunt quaſdam declarationes ad eas neceſſarias
ſubiungemus, & quæ ad primas duas ſpecies commu-
nes erant licet doctores ad primum ſpeciem ſolum re-
ferant, ſed cum ſecunda difficilius admittatur, & in ea
& mente doctorum idem iuris eſſe proculdubio eſt.

Prima eſt maiorem partẽ creditorum liberationem
portionum debitorum modo prædicto poſſe facere ſo
12 lidum autem & totum remittere non poſſe, ✝ quia to-
tum remittendo conſtat utiliter non agere ut Guig.
Bald. Albe. & Iaſo. in eodem. §. hodie reſponderunt &
ſenſit Rom. ſing. xcix. creditores poſſunt. citat. l. apud
celſum. ff. de doli exceptio. ſecundum unam interpre-
tationem.

Secunda declaratio eſt pactum a maiori parte credi
torum initum uel cum futuro hęrede uel decoctore
13 qui difficile conueniri poteſt ✝ habentibus hypothe-
cam uel pignus non obeſſe. l. reſcriptum. ff. de pac. l. ſi
præcedente in. §. lucius. ff. manda. cuius rei illa ratio
redditur a Bar. in ead. l. reſcriptum poſt Guig. & Iaco.
But. quia huiuſmodi pactio habentibus hypothecam
nihil prodeſt. Si enim non eſſet quem conuenirent hy
pothecaria actione agerent contra tenentes bona: Di-
cebat tamen Mat. ab aff. Dec. cclxxxviij. ſupra relata
terminatum in conſi. Neapolitano fuiſſe quod ſi om-
nes creditores hypothecam haberent pactioni maio-
ris partis ſtandum eſſet, ſecus uero ſi eſſent creditores
qui pro maiori parte (ut ipſe ait) non haberent hypo-
thecam, & minor pars creditorũ haberet hypothecam
tunc enim non præiudicat maior pars minori, & quæ
ſit ratio uide per Bart. Albe. & Pau. in dicta. l. reſcriptũ.
Hactenus ille in ſupraſcripta uerba: uerum meo iudi-
cio ſententiæ conſilij Neapolitani aduerſatur lex re-
ſcriptum. ff. de pact. in illis uerbis. Hæc enim omnia in
illis creditoribus, qui hypothecas non habent conſer-
uanda ſunt & finge omnes creditores hypothecas ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bere & in minori parte recuſante ſtare pactioni initæ
a maiori parte creditorum , eſſe creditores qui hypo-
thecas habeant, & quidem anteriores hypothecis eo-
rum qui aſſenſere,utique rem ſibi utilem geſſiſſet ma
ior pars , cum habentes hypotheca anteriore poſſent
agere contra tenentes bona & res conſequi absque
dubio ſeu periculo quod reuocarentur ab eis . Vnde
ceſſante ratione ſæpe dicta quia ſcilicet poſſet agere
minor pars & habet quos conueniat,& bona ipſa con-
ſequi creditores iure hypothecarum poſſunt absque re
uocationis periculo puto & conſilium Neapolitanum
& ipſum Afflictum nimis generaliter locutũ,& forſan
notandum. Ego autem alias tentabam dicere,ſi credi-
tores in minori numero , qui pactioni initæ a maiori
parte ſtare recuſant,haberent hypothecas poſteriores
tamen , adeo quod a maiori parte creditorum haben-
tium hypothecas anteriores excludi poſſent in bonis
debitoris,& hos creditores hypothecarios pactioni ſta
re cogendos eſſe , nõ enim hæc pactio atque concor-
dia eis affert incommodum, & inanis eſt actio quæ ef-
fectum irreuocabilem non eſt paritura , & a meliori
atque antiquiori excludi & elidi poteſt & his motus
cum ex facto quæſtio ageretur peritus iudex decreuit
ſimiles creditores pactioni initæ a maiori parte ſtare
debere, & hoc ideo etiam decreuit iudex quia non ſe-
mel relata ratio ceſſabat & anteriores poſterioribus,
per omnia æquales eſſe contenti fuere.

Tertia declaratio eſt ut minor pars quæ Pactioni
non aſſenſit agendo contra hæredem debitoris ſeu de
coctorum repellatur non tamen impediatur agere ad
14 ſolidum debitum ✝ contra fideiuſſorem pro debitore
obligatum.l.ſi præcedente in.§.j.ff.man.cuius rei illa
ratio redditur,quoniam creditores qui non conſenſe-
runt,habent , quem conueniant , ſcilicet fideiuſſorem
debitoris,quod & Alex.& Iaſo.probant in.d.§.hodie,
& licet loquantur in prima ſpecie pari tamen ratione
idem iuris eſſe puto & in ſecunda (ut ſæpe diximus) &
ex his collige exceptionem ad regulam quæ eſt,exce-



15 ptionem quæ reo competit ✝ & fideiuſſori competere.
l.exceptiones.ff.de excep.l.ſi.ff.de pact. quod & Mat.
notauit not.cv. Nota caſum & commendat Fran.Cre.
ſing.xxj.unus textus. Planè ſi creditores pactioni con
ſenſiſſent, & aſſenſiſſe uidentur ſi heredes iuxta por-
tiones factas conuenerint,exceptio quæ heredi uel de
coctori datur & fideiuſſori accommodanda eſt ut ele-
ganter iuriſcon.inquit in.d.§.lucius.

Sciẽdum eſt & quarto eſſe creditores priuilegiarios
de quibus in titu.ff.de priui.cred. & notat glo.in.l.re-
ſcriptum in uerſi. priuilegiarios.ff.de pact. & in.l.eos.
C.qui pot.in pig.hab.fuit igitur quęſtionis num pactio
huiuſcemodi a maiori parte creditorum facta priuile-
16 giariis creditoribus obſit.Iuriſconſult. ✝ in.l.reſcriptũ
ait cæteros priuilegiarios creditores exemplum maio
ris partis ſequi oportere. At in.l.ſi præcedente in.§.lu-
cius.ff.man. ait iniquum eſſe auferri electionem ſicut
pignus aut priuilegium unde Iac.but. cuius ſententia
recepta eſt diſtinguendo dicebat. Si quæratur an pa-
ctio a maiori parte facta quo ad portiones debitorum
remiſſas priuilegiariis obſit, & reſpondendum eſt ob-
eſſe,ut in.l.reſcriptum,ſi uero quæratur an pactio ob-
ſit in priuilegio & non obeſſe dicendum eſt, ut in.§.lu
cius, præferendi ſunt igitur priuilegiarii creditores in
eo quod ſolui debere conuentum eſt , & huic diſtin-
ctioni quæ iuris præceptoribus placuit acquieſcẽdum
eſt. Nec te moueat quod ſcripſit Iaſo. in.d.l.reſcriptũ
in fi. dum ſenſit interpretationem factam ad.§. lucius
morderi poſſe ex eo quia iuriſconſultus comparat ha-
bentes pignus habentibus priuilegium . In hoc enim
( ni fallor) errat Iaſon. ait namque iuriſconſultus ini-
quum eſſe auferri pignus uel priuilegium , & uerũ eſt
quod ait. In eo enim quod ſolui conuentum eſt , pri-
uilegium non aufertur ſed in eo melior eſt conditio
pignus habentium ut ad illos non referatur pactio,
quoniam ſibi pignore præcauerunt, quemadmodum
non refertur ad hypothecarios quoniã habent quem
conueniant,hi igitur in his comparãtur, ſi qua tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca



extat comparatio , ut horum melior ſit conditio non
autem in omnibus . Et ex his habes quartam decla-
rationem .

Item illud in materia ſingulariter notãdũ eſt quod
ſcripſit Bar. in. l. fin. colum. pen. nume. 7. ff. de appella.
17 recip. ┼ Ait enim, ſi ſententia maioris partis creditorũ
euidenter eſſet iniuſta & minor pars oſtenderet, a ſen-
tentia maioris partis appellari ſeu prouocari poſſe. Ad-
monetque in prouocatione manifeſtæ iniquitatis cau-
ſas inſeri debere, & ſubiungit propter prouocationem
maiorem partem creditorũ prohiberi ulterius aliquid
attentare. Cuius ſententiam & Pau. caſt. in d. §. hodie
probat, ſubdens maioris partis ſentẽtiam æquam eſſe
debere , & ſi minor pars ex maleuolentia conſentire
recuſaret reiicienda eſt , placuit etiam hæc ſententia
Alexan. in loco relato qui citat. c. j. de his quæ fiunt a
ma. par. cap. & in eadem opinione ibidem eſt Iaſo. ſub
nume. 2. uerſi. vij. limita pro qua ſententia facit text.
in. l. ſi præcedente in. §. lucius. ff. mand. in illis uerbis,
qui potuit præſens idipſum proclamare, nec deſidera-
re decretum prætoris. Cauſas autem iniquitatis ex prę
dictis colliges , & illud addes licet doctores in prima
ſpecie loquantur quo ad prouocationem , idem & in
ſecunda iuris eſſe puto.

Denique tentabam ego, forſan non in eleganter, pri
mas duas ſpecies propoſitas temperando ac declaran-
18 do dicere, ┼ ubi defunctus bona dereliquiſſet, uel de-
bitor qui aufugit ſimiliter bona dimiſiſſet quæ bona
reperirẽtur, & creditoribus nota eſſent pactum initum
a maiori parte creditorum cum futuro hærede uel de-
coctore qui conueniri non poteſt , minori parti credi-
torum diſſentienti non obeſſe. Mouebat me illa nõ ſe-
mel relata et recepta ratio quare pactum maioris par
tis obeſt minori. Quoniam expedit creditoribus habe
re quem conueniant : Bonis autem defuncti conſtitui
poteſt curator ut notauit Accur. in. l. j. in ſecunda gl.
ff. de cura. bo. dan. & iuxta & ſecundum elegantem di-
ſtinctionẽ Ang. in conſi. cxciij. mortuo debitore, quem





refert & probat Deci. in conſi. cccccix. exhibentur. Itẽ
in debitore in re, de qua agitur illa eſt diſtinctio, ut bo
nis uiuentis et fraudationis cauſa latitantis non decer-
natur curator, quoniam bona poſſideri uendique iu-
bet prætor. l. fulcinius. ff. quibus & cau. in poſ. ea. Bo-
nis uero uiuentis & non latitantis curator detur dicta
l. fulcinius. §. adeo quoniam abeſt ſine culpa unde ea-
dem ratione datur curator, qua furioſo & prodigo da-
tur, & ut ſupra reſpondit Bar. in. l. ij. ff. de cur. bo. dan.
& elegãter ſcripſit Ang. in conſi. ciij. datus fuit curator
& plenius in relato conſil. cxciij. quod conſilium ſi li-
bet, legito maxime in uerſi. reſtat & probat dec. in di-
cto conſi. cccccix. & in conſi. ccccclxxv. in caſu. & cla-
tius hæc in ſequenti parte attingemus. Cum ergo poſ
ſit conſuli creditoribus quando ſunt bona in prima
ſcilicet ſpecie, bonis defuncti curatorem conſtituẽdo,
& modis & forma quibus legitur in relatis autoritati-
bus, & curator datus , creditoribus ſatisfacere debeat
per uenditionem bonorum ut ſcribit Bart. in. l. ſi bo-
na. C. de bon. au. iud. poſ. & Alex. in. l. ſi conſtante in
§. ſi exhæredato in prin. ff ſolu. mat. & Dec. in conſil.
ccccj. Licet in cauſis & in ſecunda ſpecie ubi debitor
fraudationis cauſa latitat poſſideri uẽdique bona præ
tor iubeat reſtringendam & declarandam doctorum
ſententiam merito ut ſupra uidebatur . Mouebat me
etiam lex reſcriptum. ff. de pact. ut enim hoc ad illos
creditores qui hypothecas habent non refertur, quo-
niam hi habent quem conueniant, ſeu non deeſt his
agendi modus , ita ubi eſt curator qui ſatisfaciat cre-
ditoribus ex uẽditione bonorum, uel ſunt bona frau-
datoris latitantis quæ poſſideri & uendi poſſunt . Po-
ſtremo conſiderabam uerba Mat. ab aff. in citata Dec.
cclxxxviij. quæ ſupra retuli, tunc enim admittit ſecũ-
dam ſpeciem cum bona doctoris non inueniuntur,
quod non memini legiſſe id alios iuris interpretes ex-
preſſiſſe, nec huic ſentẽtiæ refragari puto: quæ ſcripſit
Ange. in. l. j. ff. de priui. cred. & quæ dicemus infra ſub
nume. 21. intelligen. ubi non agitur de remittendo par-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tem debiti ſecundum gl.in.d.l.j.Et ex his colliges cau
ſam quare minor pars legitime reclamaret: bonus igi-
tur uir an hæc pactio creditoribus expediat,inſpicies,
& quæ diximus in cauſæ cognitione uerſari,nec ſe iu-
dex in interponendo decretum,facilem præbeat.Scio
enim eueniſſe decoctores clanculum ut dediſſe uel
promiſiſſe quibuſdam creditoribus ut pactioni con-
ſentiant, & ſunt tot tantæque decoctorum fraudes ut
nec dici nec excogitari poſſint, & præſertim in occul-
tandis rebus eorum.

19 ✝ In tertia uero facti ſpecie,quam ſupra Matthæ,ab
affl.referendo propoſuimus,diximus,in dilatione con
cedenda hipothecæ rationem non haberi,& addimus
iudicis decretum neceſſarium eſſe, & oportere credi-
tores in unum conuenire.l.fi.C.qui bo.ced.poſ.in illis
uerbis,ut omnibus in unũ coadunatis.&c. & hoc pro-
bauit Bal.ibidem in prin.& Alex.in conſ.ccv.uiſis his.
uol.ij.& collegium Peruſinum inter conſi.Ang.num.
ccxiij.Simon,& Iacobus.in quo conſil.quæ requiran-
tur in dilatione concedenda,quisue modus ſeruandus
ſit,& docte,& copioſe declaratur, & ex his uides uerũ
non eſſe,quod ſubdubitans præceptor meus Pau.par.
ſcripſit in conſi.c.certiſſimum eſt. uol.iij. inquit enim
ſub nu.3.in dilatione concedenda non requiri credito
20 res in unum conuenire. ✝ Sed & hic illud in dubium
reuoco,num decoctores gaudeãt dilatione quinquen
nali,in quo iuris articulo diſtinguendum puto,inter di
lationem quinquennalem a principe conceſſam,& illã
quæ a maiori parte creditorum conceditur. In prima
itaque ſpecie cum a principe decoctori quinquennalis
conceditur dilatione a creditoribus uexetur, fruetur
quidem ea decoctor,qui propter aduerſam fortunam,
malamque temporum conditionem ad inopiam reda-
ctus eſt.iuxta formam.l.uniuerſa.C.de pre.imp.offe.
& ſcripſit Alex.in conſil.ccv.proxime relato.At is,qui
in decoctione delictum admiſit (ſecundum ea,quę re
tulimus in.iij. parte huius tract.) non fruetur.l.ſed ſi
ex parte.§.interdum.uer.quanquam.ff quod cum co-



ubi Cy.ut ſupra reſpondit. cuius ſententiam probauit
Alex.in.l.j.nu.43.ff.ſi cer.peta.& ſecundum hanc ſen
tentiam in Gallia iudicatum fuiſſe refert Nico.boe.de-
ci.cccxlix.quæritur an ciuiliter.col.viij.& ſeq.ubi com
plures idem ſenſiſſe refert,& in diuerſa ſententia fuiſſe
Dec.in ea.l.j nu.27.& hanc ſententiam, quæ mihi nõ
inarguta uiſa eſt,& extra æquitatem non eſſe poſitam
confirmabis ex pluribus,quæ colligi poſſunt ex conſi.
Bal.nu.cccc.quod Iacobus.uol.j.In ſecunda uero fa-
cti ſpecie tunc a maiori parte creditorum decoctori
quinquennalem dilationem concedi poſſe, puto cum
decoctor paratus eſt bonis cedere ni creditores quin-
quennales inducias concedant,quia hoc expedit cre-
ditoribus, ne cedat ſecũdum ea quæ retulimus ſupra
ex mente & uerbis Mat.ab aff. & conſilij Neapolitani
deci.cclxxxviij. quam ſententiam confirmabis auto-
ritate Ange.in.l.maiorem.ff. de pact. & collegij Peru-
ſini inter conſilia Ange.num.ccxiij.& probauit Alex.
in conſi.ccv.uolu.ij.in prin. uerſi.alia ratione,ſubdẽs
allegandum eſſe per debitorem ſe uelle bonis cedere
ni quinquennale ſpacium ei indulgeat? & in eadem
opinione fuit præceptor meus in citato conſi.c.uolu-
mine.iij.ubi ſubiicit uerum eſſe in quocunque debi-
tore. Siue ergo quis decoxerit fortunæ uitio, ſiue ſua
culpa fruetur, hac dilatione a maiori parte credito-
rum conceſſa recuſante minori. Nec mutat eos qui do
lum in decoctione admiſerunt a miſerabili beneficio
ceſſionis bonorum excludi ſecundum ea quæ in ter-
tia parte diximus uerſi.Deinde ait Bald.nume.9.quo-
niam diuerſum eſt beneficium quinquennalium in-
duciarum a ceſſione bonorum nec lege cautum repe-
ritur decoctorem huiuſmodi tali dilatatione & bene-
ficio frui non poſſe, ut idem præceptor meus probat,
quæ ſententia præceptoris & æqua & rationabilis eſt.
Si enim portiones debitorum poſſunt remittere cui-
cunque decoctori ex relatis rationibus fortius dilatio-
nem ad ſoluendum concedere regula cui licet de reg.
iur.in vj.& ſecundum prædictam diſtinctionem in-

Universidad de Deusto Biblioteca



telliges quæ diximus in tertia parte huius tractatus,
numero decimo.

Hic ſubiungi poteſt non minus quottidiana quàm
21 neceſſaria quæſtio. ✝ Num minor pars creditorũ a ma
iori parte creditorũ in aliis facti ſpeciebus præter tres
exceptas uoluntatem eorum ſequi aſtringi posſit, &
ſupra retuli Mat. ab aff. dec. clxxxviij. ſcripſiſſe Neapo
litanos conſiliarios in tribus tantum caſibus relatis mi
norem partem creditorum uoluntati maioris partis
acquieſcere debetur. In aliis autem ſtare compellen-
dam non eſſe. Verum inter legendum incidi in com-
mentarios Ange. in. l. j. ff. de priui. cred. qui ſcripſit in
uerba infraſcripta. Tamen inherendo huic ſecundæ le
cturæ glo. eſt hìc caſus apertus quod ubicunque cre-
ditores certant inter ſe quid agendum ſit de bonis de-
bitoris in ſolutione ceſſantis ſemper humaniori ſentẽ-
tiæ creditorum ſtandum eſt, cæterum ſi nulla inueni-
tur humanior & omnia ſunt paria ſtãdum eſt iudicio
cognatorum qui creditores ſint, & ſi nullus eſt cogna-
tus ſtandum eſt iudicio eius, cui maior debetur pecu-
nia. & ſic. l. maiorem ſupra de pac. & l. ſi. C. de ceſ. bo.
habent locum non ſolum in caſibus ſignanter poſitis
in illis legibus, ſed etiam in omni alio caſu in quo cer-
tant inter ſe creditores, qualiter debeant conſequi cre-
dita ſuper bonis debitoris in ſolutione ceſſantis, eo
quod debitor non eſt ſoluendo, tene memoria perpe-
tuo & nũc de facto apud me quæritur. l. enim ultima
loquitur quando debitor uult cedere bonis. l. maiorẽ
loquitur quando debitor hæredem non inuenit, ſed
de aliis caſibus illæ leges non prouident, & ideo hæc
lex eſt multum notanda quæ ſupplet eas. Hactenus
Ang. ſed licet conſilij Neapolitani autoritas me ualde
mouerit non tamen puto ab Angelo diſſentiendum,
probabilior enim & æquior hæc ſententia uiſa eſt, nec
uideo cur diuerſum ſtatuẽdum ſit & quare non æque
idẽ dicamus, mouit me etiam. l. prædicta in ordine pri
ma. ff. de priui. cre. cũ glo. ad cuius. l. interpre. uidebis
& quæ ſcripſit And. Tira. in com. de ut. ret. pag. 18. nu-



mero. 43. ſed his addes Angeli ſententiam intelligen-
dam eſſe (ni fallor) cum non tractatur de remittendo
partem debiti, negauimus enim ſupra ubi bona deco-
ctoris extant remitti a maiori parte creditorum poſſe
uidebis igitur quæ ſcripſimus ſub nu. 18. hac ca. parte.

Solẽt & fideiuſſores in pactionibus huiuſcemodi in
teruenire & plerunque ſub conditione & modo & in
controuerſiam deduci ſolet, an teneant necne. Vnde
22 confugies ad Soci. ✝ qui (ut ſolet) plenè & non in ſub
tiliter in hac materia ſcripſit in conſil. cclxxiij. in præ-
ſenti cõſultatione parte ſecunda quem breuitatis cau
ſa non refero, & quia eius reſponſa talia ſunt ut inter
manus omnium uerſentur.

Frequentatisſimum & illud ſciendum eſt decocto-
23 res poſtquam conuentiones iniuere ✝ cum creditori-
bus, illas uel in totum uel in parte aliqua non obſer-
uare, unde & ipſi creditores pactioni ſtare nõ tenẽtur.
l. quæro. §. interlocatorem. ff. loc. & ex facto cõſultus
reſpondit Pau. caſt. in conſ. clxxix. uiſo puncto col. ij.
in. ij. par. & probat Soci. in relato conſi. cclxxiij. quod
& uerũ eſt, licet iuramento firmata ſit pactio. l. ſi quis
maior ubi doctorum uerboſi commẽtarij. C. de traſ.

Angelus non leuis iuris interpres in conſi. lxxvij.
plures creditores. In propoſita materia affert talem
24 ſpeciem: mortuo debitore Titio, ✝ conuenerunt cre-
ditores hæreditati Titij curatorem eligi, Seiumq; con-
ſtituendum & quod contra Sempronium, qui & credi-
tor erat, & in cõuẽtione interuenerat nullo modo pro
cedi poſſit, ex cauſa arbitrij lati inter Titiũ decoctorẽ
& dictum Semproniũ. Datus eſt deinde curator idem
Seius qui cũ nil geſſiſſent deceſſit, mortuo Seio cura-
tore, creditores pactioni initæ ſtare recuſant aliumq;
curatorem nolũt eligere & aduerſus Semproniũ debi-
torem quondam Titij decoctoris uirtutem laudi ſeu
arbitrij quærũt agere, negat Sempronius poſſe, ſeq; pa-
cti exceptione defendit. Putat Ang. ex cõuẽtione nec
creditores omnes nec quemquam eorũ poſſe cõpelli
ad præſtandũ cõſenſum ut alius curator detur & bene

Universidad de Deusto
Biblioteca



cenſuit Ang. Idē reſpondit nihil legitime proponi poſ-
ſe quominus creditores contra ſemproniū & arbitrio
agāt. Idq; probat ex loco ab enumeratis partibus. Nā
ſi creditores pactionis uerba ad ſe retulerunt uanum
quidē pactum eſt, cum ſempronius non creditorū ſed
hereditarius eſſet debitor, nullumq; creditores ad exi-
gendū mandatū haberent, eorū ergo non erat exigere
ff. de ſol. l. qui hominē. §. ſi nullo. ff. de neg. ge. l. ſi pu-
pilli. §. j. nec putat referre ſi ius poſtea creditoribus ſu-
perueniſſet cum pactio quæ etiam ad liberandū tēdit
nō poſſit debitori cui ab initio creditores prodeſſe ne
quiuerunt. l. ſi tibi decem milia. §. ſi pactus. ff. de pact.
Sed ſi creditores nō ad ſe ipſos ſed ad futurū hæredē
uerba retulerunt & de eo cogitarunt ſeu ſenſerunt ad
huc pactio deriſoria eſſet, quoniam promiſiſſent aliū
non proceſſurum cōtra ſempronium ratione laudi. l.
ſtipulatio iſta in prin. ff. de uerb. obl. Item alia ratione
quia & ſi creditores pactos eſſe diceremus ſe curaturos
facturosq; quod nō petatur a ſempronio. Attamen pa
ctum nullum eſſet quia nullū, fuit. n. principaliter ad
obligandum paratū, paciſcentes ſcilicet ad faciendū &
curandum ut nō procedatur. l. iuriſgen. in. §. quinimo
ff. de pac. Aut deniq; de curatore ſenſerunt ut is cōtra
ſempronium procedere non poſſit, quod ex mēte cre-
ditorum magis fuiſſe putat, & conceptum pactum in
perſonam Sei curatoris, non eſt referendum ad alios
curatores qui conſtituerentur.

Et probat quoniam uerba generalia cum poſſint re-
25 ferri ad perſonam ⁜ Sei procuratoris ſalua ratione re-
cti ſermonis reſtringenda ſunt ad eū tantum & cū ne-
mo præſumatur iactare ſuum hæc interpretatio acci-
pienda eſt. C. de tranſa. l. ſi de certa ubi Bar. ff. de ſol. l.
ſi ex pluribus. ff. de uerb. ob. l. ſi ita ſtipulatus fuero &
l. cum de indebito. ff. de proba. Hæc ille quem in ſum
ma tamen retuli. Sed mihi in propoſita facti ſpecie pa-
ctionis uerba inſpicienti, ut admonet iuriſconſultus in
l. ſi ita ſtipulatus in. §. griſogonus. ff. de uer. ob. ex qui
bus conuenientium mens habetur. l. iuriſgē. in. §. pacto-



rum. ff. de pac. & l. labeo. ff. de ſup. leg. Ange. ſententia
non ſolum dura uiſa eſt, uerum etiā non admittēda,
dū enim Ang. primo loco cōſiderat ſi pactionis uerba
creditores ad ſe retulerunt eluſorium pactū eſſet cum
ſempronius non creditorum ſed hæreditarius eſſet de
bitor animaduertendum eſt, quoniā creditoribus, ius
fuiſſe in nomine ſemproni dici recte poteſt. Nā in exe-
cutione ubi mobilia uel immobilia non ſunt ad iura
perueniendū eſt. l. a diuo pio. §. in uendi. ff. de re. iud.
illud ergo ius quod habebant remiſiſſe dicendū eſt, &
hoc ubi creditores nomina Titij decoctoris etiā obli-
gata non haberent. unde tex. in. l. ſi tibi decem millia
26 in. §. ſi pactus nihil obſtat, ⁜ poſſes etiam nō inelegā-
ter diſtinguēdo dicere. Aut ius ſuperuenit in perſona
eius, ad cuius commodum pactum factū fuit, & pactū
nullum cōfirmari ex poſtfacto non poſſit, & in hac fa-
cti ſpecie iuriſconſultus loquitur in. d. §. ſi pactus, ſi ue
ro ius ſuperueniat in perſona eius qui pactus eſt & cō-
tra ſe habeat ut reconualeſcat pactū ut ſcripſit Iaſ. ibi.
& plenius poſt alios in. l. j. nu. 18. ff. de pac. Accedit q̃d
ſi uerba cōuētionis inſpiciamus iuri etiam quod in fu-
turum habere poſſent creditores renunciaſſe dicendū
eſt, idq; fieri poſſe non eſt iuris ambigui. l. et hære. §. ſi
liaſa. ff. de pac. & no. gl. in. l. j. C. eo. ubi doc. præſertim
Iaſ. nu. 15. Mouet me uerbū poſſit de quo in cōuentio
ne quod uerbū arg. eſt ius futurū creditores remittere
uoluiſſe, nec quicquā refert uerbalis differētia quā cō-
ſtituere uoluit Ang. in. d. cōſi. Nā ex natura uerbi poſ-
ſit. eſt ut ad ius futurū trahatur ut probatur in. l. ſi ita
27 quis ubi Acc. & Bar. notarunt. ff. de leg. ij. ⁜ Itē in con
uentione adſunt uerba illa nullo modo quæ ſecundū
28 Alb. in dictio. ſuo in uer. nullo modo ⁜ duplicē habēt
ſignificationē, nullo modo ideſt nullo tēpore, uel nul-
la ratione, & de quo uerbo uide glo. in cle. ij. in uerſi.
nullo modo de æta. & quali. Feli. in. c. ex parte nu. 12.
de conſti. & in. c. cum acceſiſſent nu. 10. & apud eum
notatur eo. titu. unde quamcunque interpretationem
capias iuncto uerbo poſſit creditores agentes a ſem-

Universidad de Deusto Biblioteca



pronio exceptione pacti repelli poſſunt, quod & uerũ puto & ad ſe uerba retuliſſe quæ generalia ſunt, ſed iam de pactionibus, inter decoctores & creditores ſa. Reliqua deinceps perſequamur.

# SEPTIMA,

## ET VLTIMA PARS.

1 *Decoctores tenentur bona creditoribus indicare, & exprimere cauſas quibus ſtrangulati ſunt.*

2 *Mercatores falliti ceſſantes, & fugitiui poſſunt torqueri, ut indicent pecunias ipſis datas ad mercandum quas nunc denegant habere.*

3 *Contra mercatorem qui fortunæ uitio decoxit procedendum eſt ciuiliter omni corporali cruciatu remoto.*

4 *Creditores bona debitoris qui foro ceſſit inter ſe diuidere non poſſunt tanquam domini.*

5 *Libellus non procedit in quo peto mihi in ſolutum dari bona debitoris mei quoniam creditores in ſubſidium tantum admittantur.*

6 *Creditores ubi decoctor eſt præſens, poſſunt in unum conuenire, et curatorem bonorum eligere per quẽ bona diſtrahantur, & poſſunt prætorem adire qui ex conſenſu maioris partis eorum conſtituat.*

7 *Curatoris bonis decoctoris conſtituti, quod ſit officium.*

8 *Perſona ſi clara ſit ueluti ſenatoris, & in ea cauſa ſit, ut bona eius ueneant curator dandus eſt, & ſi bonis non ceſſerit.*

9 *Decoctor ius detrahendi creditori cedere poteſt, & creditores poſſunt in cauſam iudicati capere id ius detrahendi competens debitori cõſanguineo uẽ ditoris qui alias nõ eſt ſoluẽdo.*

10 *Decoctor ſi fraudationis cauſa latitat bona poſſideri uendique iubet prætor ſed ſi captus eſt ab hoſtibus curator bonis dandus eſt, & de poteſtate curatoris.*

11 *Mercatores fugitiui pro confeſſis habentur.*

12 *Creditores decoctorum poſſunt ante diem pignori incumbere.*

13 *Interpretatio ad. §. ſi debitorem in. l. ait prætor. ff. de his quæ in frau. cred. relati ur.*



14 *Creditores ſecuta decoctione debitoris bonorum deſcriptionem fieri impetrare poſſunt, & circa libros, & ſcripturas admonentur creditores.*

15 *Creditores poſſunt impetrare a iudice proclamationem fieri, ut manifeſtentur res decoctoris ſub pœna, & de forma proclamationis et alijs ad id pertinentibus.*

16 *Creditoribus quomodo ſit conſulendum mortuo decoctore.*

17 *Mercatori ſine hærede decedẽti ſuccedit collegium mercatorum.*

18 *Creditores poſſunt impetrare ſeparationem bonorum ſi forte decoctoris hæres ſoluendo non ſit.*

19 *Mercatores, et decoctores ſolent uaria crimina admittere, & quæ ſint enumerantur uſque ad nu. 24.*

20 *Impoſtores qui ſint, et quid impoſturam facere ſignificet declaratur.*

21 *Venaliciarij ſeu tricones qui lege municipali merces emptas eodem precio uendere uniuerſo triduo tenentur ſi ſupprimunt, ut elapſo triduo poſſint charius uendere crimine ſtellionatus ſpecialiter poſtulari poſſunt.*

22 *Dardanarij, ſunt* πωπῶλαι *qui omnia præemunt, ut charius uendant.*

23 *Menſuræ, & pondera, quod iuſtæ, & iuſta eſſe debeant, & de pœnis in falſantes.*

24 *Mercatores ſolent ſecuta alicuius decoctione in unum conuenire, et tres aut quatuor ex eis cum pleno mandato conſtituere idque commendatur.*

25 *Creditores aliqui decoctoris ſi ab omnibus creditoribus, ſunt cõſtituti procuratores cum pleno mandato, & liberationem decoctori fecerint an proprio, & procuratorio nomine liberationem feciſſe cenſeantur.*

26 *Securitas ſeu ſaluus conductus a creditoribus uel præſide prouinciæ decoctori conceſſus quibus modis defendi oppugnari ue poſſit, & qua forma concipiendus ſit relatiue.*

27 *Laudandi, ſunt populi qui in decoctionibus ſibi ius proprium conſtituerunt.*

Universidad de Deusto Biblioteca



# RVBRICA.

*Quomodo contra decoctores procedendum, in eos animaduertendum ue ſit; Ac in illos, qui decoctoribus conſilium, auxilium, opem ue dederint, ſeu quouis modo fauerint, qui ue potiores in bonis eorum habeantur.*

VLTIMA hęc pars tractatus in tres particulas ſemet ipſam diuidit (ut tituli uerba indicant) ſeparatim igitur & ſummatim, quæ ad decoctores tantum pertinent, primum quæremus, quomodo contra decoctores procedendum ſit. Et quoniam præfationes libentius nos ad lectionem propoſitæ materię perducunt, & cum ibi ue nerimus eius euidẽtiorem præſtant intellectum, ut Iuriſcon. ait in. l. j. ff. de orig. iur. Sciendum eſt, (ut in. ij. parte huius tract. diximus) tria decoctorum eſſe genera. Primum illorum, qui fortunæ uitio decoquunt. Secundum illorum, qui ſuo uitio conturbant, fortunas, & rationes, & illud tertium, qui partim ſuo, partim fortunæ uitio foro cedunt. Item præfari libet alios eſſe decoctores publicæ pecuniæ, & alios priuatorum, & de his, qui publica pecunia decoquunt, nos aliter hic nõ tractabimus, tum quia ſatis aperte habes in. l. quilibet. C. de decuri. Tum etiam quia in. iij. parte attigimus. in
1 uer. ait etiam Bald. more antiquiſſ. legis. nu. 3. ✝ Præfa-
tio alia eſt neceſſaria decoctores teneri bona creditoribus indicare, quod Accur. & alii notarunt in. l. j. C. qui bon. ced. poſ. arg. l. fi. in. §. licentia. C. de iure delibe. & eorum, quæ habẽtur in. l. ij. C. quan. & quib. quar. pars debe. et omnes, & ſingulas cauſas exprimere debent, quibus ſtrangulati ſunt. arg. l. j. C. de præd. decur. Vltima præfatio eſt Pari. de pu. in trac. ſindi. uer. an in cau-
2 ſa pecuniaria. &c. ſcripſiſſe in hæc uerba. ✝ Mercatores
fallitos, ceſſantes, & fugitiuos, poſſe torqueri, ut indicẽt pecunias ipſis datas ad mercandum, quas nunc dene-



gant habere, et dicunt illas perdidiſſe, cuius ſententiã Marſi. probat in. l. eos. ff. de fal. nu. 2. & in. l. diuus. nu. 6. de quæſt. Addo Nicol. boer. deci. ccxv. & antequam ueniam num. 5. Lud. car. in prac. ſua pag. xliij. & uide Pau. gril. in trac. de quęſt. & tor. q. vij. nu. 4. Sed & ipſe uidebis tex. ſingu. in. l. inde neratius. §. idem iulianus. ff. ad leg. aquil. ubi Iuriſcon. in hæc uerba, Sed & ſi ſeruus, qui magnas fraudes in meis rationibus commiſerat, fuerit occiſus, de quo quæſtionem habere deſtinaueram, ut fraudum participes eruerentur.

In primo itaque genere, ſi quem fortunæ uitio decoxiſſe euidenter conſtiterit, ex crimine agi non poteſt,
3 ✝ nullum enim crimen admiſit decoctor, conſequẽter
ceſſat quæſtio. l. fi. C. qui bon. cede. poſ. in illis uerbis, omni corporali cruciatu remoto. Ciuiliter igitur agendum eſt, & hũc ad bonorum ceſſionem admitti, ſupra
4 in. ij. par. plenius diſſeruimus. ✝ Et qm̃ pro debito cre
ditores adiici ſibi bona ſui debitoris non iure poſtulãt, hoc eſt, creditores bona debitoris, qui foro ceſſit inter ſe, tanquam domini diuidere nõ debent, ſed diſtrahenda ſunt, ut Imperator ait in. l. pro debito. C. de bon. auto. iudi. poſ. ubi Barto. & Pau. & alii notant, qui addũt,
5 ✝ libellum non procedere, neque admittẽdum, in quo
peto mihi in ſolutum dari bona debitoris mei, quoniã creditor in ſubſidium tantum admittitur, alio, ſcilicet, ad emendum non accedente. l. ordo. C. de execu. rei
6 iudi. ✝ Cum igitur ciuiliter agitur, in hoc decoctorum
genere diſtinguemus, aut præſens, aut abſens eſt decoctor, & ſiquidem præſens creditores ſolent, & poſſunt in unum conuenire, & curatorem bonorum eligere, per quem bona diſtrahantur, & quod ex uenditione redigatur, ipſis perſoluatur. l. fi. ubi Bart. & Ang. ff. de cura. bo. dan. quicquid Accur. ſcripſerit in uerbo unum. & nota in materia. d. tex. ſingul. & uide Odo. in trac. de cura. bo. dan. nu. 6. tom. xvj. & curatorem bonis decoctoris dari, inquit Pau. ca. in. l. ſi hominem. in. §. fin. ff. depo. qui tamen nil citat, et his addes, quæ Bal. noſter Dy. referẽdo plene ſcripſit in conſi. clxxij. Dynus. uol.

Universidad de Deusto Biblioteca



ij. Poſſunt etiam prætorem adire, qui ex conſenſu ma-
ioris partis eorum curatorem conſtituat. l. ij. ff. de cu-
ra. bon. dan. Et quòd ei, qui bonis ceſſit, & præſens ſit
curator bonis conſtitui poſſit, &, ut ſupra interpretan-
da ſit. l. fi. ff. eo. ſcribit Spec. in tit. de cura. §. fi. num. 15.
uerſi. ſed an bonis præſentis. et probat Ang. in conſil.
cxciij. mortuo debitore. quod Ang. respon. commen-
dat Deci. in conſi. cccccix. & conſi. cccccLxxv. in caſu. &
ſubdit Ang. expedire creditoribus bona decoctorum
diſtrahi, cum ceſſionem admittant, et uide quid ſcripſe
7 rit idem Ange. in conſi. lxxvij. plures creditores. ✝ Et
huius curatoris officium circa bonorum diſtractionē
uerſatur, et omnia alia, ſine quibus diſtractio, ſeu uen
ditio fieri non poteſt. Nec enim curator iſte actiones
ſuſcipiet, quia ad hoc conſtitutus non eſt. d. l. fi. nec. l.
ij. proxime relata, meo iudicio, repugnat in illis uerbis
eiſque actiones, et in eos utiles competunt. Intelligo
enim ubi decoctor preſens non eſt, nec bonis ceſſit. Et
circa remotiones curatoris huiuſmodi, et ſi alii credito
res, qui dationi curatoris non aſſenſere emerſerint, no
8 tatur ſimiliter in ea. l. fin. ✝ Sciendum eſt etiam ſi clara
perſona ſit ueluti ſenatoris, et in ea cauſa ſit, ut bona
eius uæneant propter dignitatem, et ſi bonis non ceſ-
ſerit, curator diſtrahendorum bonorum gratia conſti-
tui ſolet, idque, ut honeſtius quantum poteſt, ex bonis
eius creditoribus ſoluatur. l. curator. ff. de cura. furi. et
notauit Ang. in. d. l. fi. et in relato conſil. et Bal. ubi ſu-
pra conſi. clxxij. uol. ij. et hic addes, quod ſcripſit Pau.
9 ca. in conſi. j. lib. ij. ✝ Decoctorem ius detrahendi cre-
ditori cedere poſſe, et creditores poſſe in cauſam iudi-
cati capere id ius detrahendi competens debitori con-
ſanguineo uenditoris, qui aliàs non eſt ſoluēdo, quod
plenius attigit And. tiraq. in commē. de utroque ret. §.
xxvj. glo. j. nu. 10. & ſeq. pag. Dxcv.

10 ✝ Si uero abſens decoctor ſit, et fraudationis cauſa
latitet, et ſic turpiter ſe occultat, de curatore aliter quæ
rendum, ſuccurrēdum ue non eſt, quoniam bona poſ-
ſideri, uendique iubet prætor. l. fulcinius. §. j. ff. quib.



ex cau. in poſ. ea. & notauit Accur. in. l. j. in uerbo con
ditio. ff. de cura. bon. dan. & Bar. in. l. ij. ff. eo. & probat
Ang. in ſuo eleganti conſi. non ſemel relato. Sed ſi qui
decoxiſſe dicitur, nō latitat, ſed aliter abeſt, ut puta ab
hoſtibus captus eſt, tunc creditoribus poſtulantibus,
quia ſine culpa ſua abeſt, exemplo furioſi, & prodigi,
& eadem ratione curator bonis dari poteſt. l. fulcinius.
in. §. adeo. ff. quib. ex cau. in poſſeſ. ea. & notant relati
Bar. & Ang. qui Ang. addidit, ſi poteſtas curatoris in da
tione limitata eſt, illa ſeruāda eſt, & egredi curatorem
non debere. l. diligenter. ff. mand. ſed ſi per iudicē po-
teſtas ſpeciatim coartata non eſt, ſed ſimpliciter conſti
tutus, huic actiones omnes competere, & in eum, inter
eſt enim creditorum, quibus poſtulantibus datus exti
tit, actiones poſſe exercere, ut exacta per eum poſſint
conſequi, & ſibi ſatisfacere, & acta, facta, geſtaque per
eum rata habentur. l. ij. ff. de cura. bo. dan. & hanc ſen
tentiam Alg. & Spec. in tit. de cura. uerſi. item cura. ad
lites. & Io. and. apud eum probaſſe ſenſiſſe refert, quæ
ſententia non eſt ſine ratione.

In ſecunda uero, & tertia decoctorum ſpecie cum
dolo, quid decoctores admiſerint, ad bonorum ceſſio
nem non admittuntur, ut late in. iij. parte huius tract.
demonſtrauimus. Ex qua, quę ad hunc locum attinēt,
aſſumes. Vbi igitur præſentes decoctores ſunt, & pecu
nias, ac merces non indicant, & decoctionis cauſas pa-
lam non faciunt, iuxta ſupra citatas in præfationibus
huius partis autoritates quæſtioni locus eſt, idque in-
ueſtigandarum, atque explorandarum pecuniarum, &
rerum gratia, cū aliter ueritas haberi non poſſit. Et hic
ad illuminandam ueritatem peritus iudex, quæ in hoc
tractatu in illa parte cōtra decoctores diximus, quæq;
dicturi ſtatim ſumus conſiderabit. & l. inde neratius.
§. iulianus. ff. ad leg. aqui. Plurimum enim in executien
da ueritate cognitoris ſubtilis diligentia affert. l. de mi
nore. §. tormenta. ff. de quæſt. Vbi uero abſentes ſunt,
& fraudationis quidem cauſa latitant, creditores ſciāt
(ut diximus) bona poſſideri, uendique prætorem iu-

Universidad de Deusto Biblioteca



11 bere.d.l.fulcinius. ✝ Et illud nota, fugitiuos huiuſmo
di mercatores pro confeſsis haberi,ſecundum ea,quæ
plene ſcripſit Nicol.boe.dec.ccxv.nu.5.

12 ✝ Et illud notandũ eſt (quod non ſemel retulimus)
licere creditoribus decoctorum,& ſi dies obligationis
non uenerit,pignori tamen incumbere.l.quæſitũ. ubi
Bar.ff.de pigno.& notat Bald.in.l.ubi nu.10.C.de iu-
re dot.

Circa uero capturam perſonæ,eiusque detentionẽ
uidebis,quæ ſcripſit Seue.in trac.ſuo de debi.ſuſpe.&
quæ nos in.iij.par.huius tracta.diximus.uerſi. deinde
ait Bal.decoctores.nu.9.& uer. poſtquã de fraudibus.
nu.41.& ſeq.Et de eo,qui fugitiuum debitorem inſecu
tus eſt,& apprehendit,pecuniamque ſibi debitam,uel
13 propriam abſtulit. ✝ Et circa interpretationem.§. ſi de
bitorem ſiti in.l.ait prætor.ff.de his, quæ in frau.cred.
uidebis Bal.in rub.C.de reuo.his,quæ in fraud.credi.
nu.6.Seue.in.d.trac.q.iiij.recentiores in.l.ſi ab arbitro
ff.qui ſatisd.cog.Deci.in conſi.lxxv.Alexan. in conſi.
lxiiij.uol.iij.Ange.in.l.pignoris.ff de pigno.acti.Mar.
ſing.xliij.& ſing.ccxliij.Soc.in conſ.xcix.circa primã.
uolu.iiij.

Iuxta etiam legitimas cõuentiones,& locorum con
ſtitutiones aduerſus decoctores procedi nemo ambi-
git,ſed & nos quædam,quę in uſu frequenti ſunt,circa
modum ciuiliter procedendi breuiter referemus.

14 ✝ Solent igitur creditores, ut primum decoxiſſe de-
bitorem intelligunt,iudicem adire, & bonorum deco-
ctoris deſcriptionem,ſeu inuentarium fieri impetrare,
quæ deſcriptio ſemper concedenda eſt.l.fi.in princ.ff.
de requi.reis.l.j.§.pe.ff.de uen.in poſ.mit.& ſcribunt
Barto.& plerique alii in.l.uni.C. de prohi.ſeq.pecu.&
idem Bar.in.l.facultas.aliàs defenſionis facultas.C.de
iure fiſ.& Iaſ.in.l.ſi fideiuſſor.in.§.ſi ſatisdatum.num.
28.ff.qui ſatisd.cog. & iudices in hoc ſe faciles præbe-
ant,quoniam huiuſmodi decoctores iuxta a nobis tra
ditam diſtinctionem facti ſaltẽ infamiam non euitant,
& in huiuſmodi deſcriptione cura creditorum præci-



pua ſit librorum,& rationum , ac ſcripturarum omniũ
decoctoris, ne in ipſis libris , & rationibus in fraudem
eorum cancellationes,inductiones,ſuperinductiones,
interpoſitiones,additionesque fiant,unde res amoue-
antur.l.j.ff.de his, quæ in teſta. delen.l.ſi unus.C.de
teſta.l.j.§.qui rationibus.ff.de fal.oportet ideo ſcriptu
ras ſub fida cuſtodia eſſe,extra de præſcrip.c.ad audi-
entiam.Accedit ( ut in.iij.parte retulimus ) uer. Bald.
etiam adiicit.Ex his fraudes,ex his dolum,& decocto-
ris,& aliorum,pecunias, merces , & nomina ſubtili in-
quiſitione explorabunt,atque inueſtigabunt. Nec per
mittant in manu deplorati permanere,quia poſſet faci-
le conturbare,quoniam ( ut non ſemel diximus ) con
turbare fortunas,& rationes dicebantur , et admonet
Bal.in conſi.cclxxxij.nu.14.in.v.uol.
15 ✝ Conſueuerunt etiam creditores intellecta debito-
ris decoctione ne celentur,occultẽtur ue bona, ſtatim
ius dicentem adire,et generalem proclamationem fieri
impetrare,qua pręcipiatur ſub pœna,et quidem graui,
unicuique notitiam habenti ipſum decoctorem, mer-
ces,res , et nomina eiusdem indicet , ac palàm faciat,
quòdque creditores uera eorum credita profiteantur,
quod fieri ualde expedit,creditoribus,cum ad detegen
das fraudes,tum maxime notitiæ rerum hab[illegible]e gra
tia,et ut ſibi poſsint conſulere. Solent etiam præmium
polliceri his,qui fraudes,uel ſcripturas,uel nomina de
tegerint.iuxta.l.idem.et.§.ſi tibi indicium.ff.de cond.
ob turp.cau.et quæ ibi not.Et uide in materia elegan-
tem text.in.l.ſolent.ff.de præſcri.uerb. quam quidem
proclamationem iuſtam arbitror,cum de rebus alienis
propalandis agatur,ideo faciles iudices eſſe debent,in
concedẽdo propter ea,quæ proxime diximus,et iuxta
ea,quæ ſcribit Iaſ.in conſil.xlvj.pro fiſco.nu.iiij.uol.
iij.et meo iudicio in decoctoribus ceſſat Imperatoris
ratio,de qua in.l.ij.C.quan.& quib.quar.pars deb.lib.
x.quod ſit inhumanum,et durum mobiles res , uel ſe
mouentes,aut inſtrumenta proferri , diuulgarique, et
paupertatis detegi utilitatẽ,cum ipſemet decoctor foro

Universidad de Deusto
Biblioteca



cedendo, fugiendo fraudes admittendo, ſemel ipſum
inter uiliſsimos homines conſtituerit, infamem reddi-
derint, & paupertatem crimine admixtam oſtenderit,
Et quoniam uariæ quæſtiones ex huiuſmodi procla-
matione plerunque oriuntur. Sunt enim uel coniũcti,
uel amici, qui cum res decoctoris habere compertum
ſit, prætextu ignorantiæ uel aliter a pœna in procla-
matione adiecta ſe quærunt defendere, loca hæc leuã
di laboris gratia circa proclamationes uolui ſubiunge
re. ſpec. in titu. de ſenten. §. ij. uerſi. quod ſi præconiza-
tum. Bal in. l. ij. uerſi. poſtea ne diutius. ff. de orig. iur.
& ibidem Hyero. cag. ſub. 77. & ſeq. Alex. apud Barto.
in. l. municipali. ff. de deci. ab. ordin. fac. & in conſilio
clxxxj. nume. x. uolum. vj. & uide aut. ut factæ nouæ
conſti. doct. in. c. ij. de conſti. gram. conſi. xcv. Redem
ptoris deci. in conſi. ccxxvij. nume. 7. & conſi. cccc x. &
eleganter. Mat. ab aff. dec. ccxc. & plene ac eleganter
Iaſo. in citato conſi. xlvj.

Verum quia euenit aliquando decoctorem mori,
bene eſt hîc etiam tractare quomodo creditoribus ſit
16 conſulendũ. ✝ In quo iuris articulo doctè quidem &
certa doctrina Ang. Peruſinus non ſemel relatus in cõ
ſilio. cxciij. Mortuo debitore qui uarios creditores ha
bebat &c. in uerſi. reſtat, ait in uerba infraſcripta. Quã
doque bona defuncti nullum habent ſucceſſorem uel
nullus eſſe ſperatum & tunc curatori locus non eſt,
quia non dicuntur bona defuncti, nec hæreditas iacẽs
ſed dicuntur bona uacantia. l. j. §. an bona. ff. de iur.
fis. l. j. in prin. ff. de ſuc. edic. adminiſtratio ergo dicto
rum bonorum ad fiſci procuratorem pertinet. l. j. &
ſeq. ff. de offic. proceſ. & ideo de alio adminiſtratore
prouidendum non eſt: quandoque dicta bona nõ ha-
bent ſucceſſorem de præſenti ſed ſperatur ſucceſſor
de proximo, et idem, quia nõ datur curator bonis ſed
poſtulantibus his quorum intereſt prætor mittit edi-
ctum tẽpusq; præfinit intra quod hereditas adeatur. l.
ſi quis inſtituatur. ff. de hered. inſti. quibus addes glo.
in. l. quamdiu inſtitutus in uerbo inſtituto poſt me-
diam



diam & ibidem quoque propemodum ſcribentes om-
nes. ff. de acqu. here. And. Tir. in com. de utroque ret.
§. j. glo. x. nume. 58. pagina. ccxxxix. qui ait poſt id tẽ-
pus non audiri hæredem. l. diffamari. C. de inge. & ma
nu. l. ſi accuſatoribus. C. de accu. cor. in conſilio. cccij.
licet in propoſitione col. j. lib. iij. ſubiungit Ang. quan
doque dubitatur quod diu hæreditas iacere debeat.
Tunc ſi dubitatio proficiſcitur ex facto & malitia eius
qui futurus hæres eſſe poteſt, qui protrahit & differe
adire & idem ut non detur tunc curator, ſed ſtatuitur
ei tempus ad adeundum uel repudiandum dicta. l. ſi
quis uerſi. ſed ſi bonorum &. l. j ff. de ſucce. edic. ſed
ſi cauſatur aliunde, ut puta quia eſt inſtitutus hæres
ſub conditione caſuali uel eſt in poteſtate & manu hę
redis quod conditio impleatur poſtulãtibus, tunc cre-
ditoribus pronunciabit prætor niſi infra certum diem
hæreditas fuerit agnita ſe iuſſurum bona hæreditaria
per creditores poſsideri, interim autem datur curator
bonis & perituris diſtrahendis & etiam non perituris
propter graue æs alienum, & hoc caſu arctata & limi-
tata eſt huius curatoris poteſtas, & ideo licet datus ſit
poſtulantibus creditoribus hoc caſu non intentabit
actiones non perituras ut dixit Bar. qui generaliter ait
curatori bonorum defuncti uniuerſas actiones com-
petere ergo omnia facere ſine quibus bona conſeruari
non poſſunt ut dixi ſupra differendo, & hoc probatur
expreſſe in. l. ſi quis inſtituatur hæres. §. item ſi condi
tioni &. §. ſeq. ff. de hered. inſti. quandoque hæreditas
non aditur quia nemo eſt qui præſens uelit adire, uel
quia qui primum gradum obtinet ſucceſsionis dicit ſe
non aditurum tunc curator generaliter dãdus eſt. l. j.
ff. de cura. bon. dam. & huius curatoris poteſtas ſatis
eſt ampla quoniam legitimam habet adminiſtrationẽ
l. ij. ff. eo. in fi. glo. magnæ huic enim & in eum actio-
nes perituræ & non perituræ competunt & ſic actiue
& paſsiue dicta. l. ij. & etiam diſtrahit peritura ſi neceſ-
ſitas urget ut in glo. dictæ. l. ij. hactenus Ange. qui ple-
nius quidem quæ ad hæc ſpectãt attigit, cuius ſenten-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tiam probat Deci. in conſi. cccccix. exhibentur. & con
ſilio. cccccLxxv. in caſu, quam ſententiam & ipſe æque
non reprobo. Hæc prætereundum duxi quod belliſſi-
me Bal. ait in. l. ij. C. de conſt. pec. & in trac. de conſti.
num. xij. mercatori ſine hęrede decedenti collegium
mercatorum ſuccedere idq; arg. l. diuus commodus.
ff. de iu. fi. in bonis tamen quæ in loco habebat, non
autem alibi quam ſententiam probauit Aſten. in ter-
tio uolu ſtatu. in uerbo mercator in prim. Ad rem ta-
men noſtrum id non ualde pertinet cum is qui deco-
quit mercator eſſe deſinat (ut in initio huius partis ple-
nius diximus.)

18 ✝ Solent etiam creditores decreto prætoris aliquan
do ſeparationem impetrare ſi forte, & decoctoris hæ-
res ſoluendo non ſit, quæ ſeparatio cauſa cognita con
ceditur. l. j. ff. de ſepa. l. ij. C. co. quæ eſt in tit. de bon.
aut. iud. poſ. ubi Accur. notat. l. ſi adulta. C. de hæred.
actio. & his addes, quæ in calce huius tracta. dicemus.

Ex crimine etiam contra decoctores procedi poteſt
ubi dolo quid fecerint, ſeu admiſerint. Varia enim de-
coctorum ſunt crimina (ut in. iij. parte plene diſſerui-
mus) & fraudes complures enumerauimus, & placet
hic quædam mercatorum, decoctorumque adiicere.

19 ✝ Plerunque igitur mercatores, & decoctores aſſolēt
merces ſupponere, hoc eſt adulterinas loco bonarum
mercium ſupponendo tradere, uel obligatas auertere,
uel corrumpere, uel res aliis obligatas diſſimulata obli
gatione, aliis diſtrahere, uel permutare, uel in ſolutum
dare. Vnde ſtellionatus crimē obiici poteſt, quod obii
citur his, qui dolo quid fecerint, & ubicunque titulus
criminis deficit. l. j. & l. iij. ff. de crimi. ſtelli. Delinquūt
etiam pro auro finge æs in pignore creditori ſubiicien
do, uel æs pignori dantes, & aurum eſſe affirmātes, uel
ſcientes prudentesque rem alienam pignori dantes,
uel duobus obligando non certiorato creditore cum
utrique non ſufficiat. l. j. l. tutor. §. j. & l. ſi quis in pi-
gnore per totum. l. ff. de pig. act. unde in hos animad-
uerti ſolet extra ordinem prout legitur in. d. l. iij. & ui-



de. l. cum æs. ff. de fur. & uidebis tex. in. l. ſi ſeruus prę
ſertim in. §. inquit lex & in. §. item ſi quis frumento.
ff. ad. l. acqui. ubi de frumento corrupto firmentio, &
memini me apud luc. pen. legiſſe tempore horrendæ
famis factum fuiſſe quod & Anconę contigit, locus au
tem lucæ pen. non ſuccurrit, & uidebis. l. j. & ibidem
Bar. C. de condi. in ho. pub. lib. x. Sed quo ad eum qui
duobus rem eandem obligauit quomodo penam cui
tet uide. l. j. C. de crim. ſtel. & nota caſum. l. fi. eod. tit.
de eo qui ſuppoſuit anteriorem creditorem falſo: ſo-
lent etiam delinquere iuxta ſingularem. l. ſaccularij
cum glo. ff. de extra. crim. & uide quæ ſcripſit Io. bap.
Seue. in repet. l. cunctos populos pagi. x. quem refert
Mar. ſingu. cccxviij. fui rogatus, loquitur enim de his
20 qui gemmas falſas uendunt et in impoſtoribus. ✝ Sic
enim appellantur qui ea admittunt, de quibus apud
relatos autores. Vnde impoſturam facere, quo uerbo
uſus eſt iuriſconſultus in. d. l. iij. ff. de crim. ſtel. quo in
loco Accur. ait impoſturam fecerit hoc eſt bonis uiris
mendacia dixit, quem Bart. ibidem reprehendit igna-
rus forſan & ipſe propriæ ſignificationis uocabuli, in-
terpretatus eſt enim Bar. impoſturam fecit, hoc eſt re-
bus uęnalibus præcium maius et plus iuſto impoſuit.
Vt alij ad emendum allicerentur, uel cum iactura al-
terius aliquo in negocio plus debito promittit. Hæc
ille, quæ uera in iure eſſe puto, & probat Ang. Aret. in
§. fi. inſti. de dona. & notat Mar. ſing. ccccxlj. & confir-
mabis ex his quæ ſcripſit Cice. off. lib. iij. dum memi-
nit de Pythio illo argētario qui Caium caninium equi
tem Romanum ad hortorum emptionem mira aſtu-
tia in eſcauit, adhibitis ſcilicet ex compoſito cymbis
piſcibus onuſtis, & facit tex. in. l. ſi quis affirmauerit &
l. cum uenditor. ff. de dolo ma. & ſcribit And. Tiraq.
in com. de utro. ret. in. §. finis nume. 49. pagi. 771. ſed
ut ad uerbum impono redeamus dicimus apud pro-
bator autores cum datiuo nil aliud quam decipere ſi-
gnificare. Vnde impoſtores deceptores dicuntur, &
quos proprie uernacula lingua Marioli, e, Giuntatori

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



nuncupamus. Impoſtura ergo & impoſtores a uerbo
impono deſcendunt, nec recipio etiam interpreta-
tionem eorum qui ueram uocabulorum interpretatio
nem profitentur, & referendo uerba iuriſconſulti in
dicta.l.iij.inquiunt impoſtura ab eo dicta quod adul-
terinas merces pro ueris ſupponunt, tam & ſi uerum
ſit impoſturam hos facere, eſt nanque deceptio. Abſur
dum tamen eſt dicere, generale uerbum a ſpeciali ori
ginem trahere, & moti ſunt ex iuriconſulti uerbis qui
in eadem.l. paulo ſuperius de eo qui merces ſuppo-
ſuit locutus eſt. Sed uerius eſt quod diximus a uerbo
impono deſcendere. Poſtulari etiã poteſt ſtellionatus
crimine qui merces ſuppreſſit ut in fi.eiuſdem.l.iij. di
citur, quo in loco congruentius forſan quam Accur.
ibidem fecerit exempli gratia poſſes fingere. Cũ mer-
catores qui uænales merces propoſuerint ad uenden-
dum aſtringi poſſint, ut nos alias ſcripſimus, uerbum
illud ſuppreſſit hoc caſu intelligendum eſſe contra il-
los ſcilicet qui merces uænales dolo malo cælant, &
occultant. Exempli igitur gratia lege municipali cautũ
21 fuit prout in ciuitate Anconitana. ✝ Tricones qui mer
ces emunt eaſdem uendere teneantur eodem precio
uniuerſo triduo. Si enim merces emptas ſupprimunt,
& celãt, ut poſſint elapſo triduo carius uendere crimi-
ne ſtellionatus ſpecialiter poſtulari poſſunt, quod no-
ta uidi enim non ſemel uænaliciarios & tricones mo-
do prędicto delinquere, uſus eſt etiam eodem uerbo
iuriſconſultus in.l.annonam.ff.de extr.crim. ait enim
in hæc uerba. Præterea debebis cuſtodire ne Dardana
rij ullius mercis ſint, ne aut ab his qui coemptas mer-
ces ſupprimũt, aut a locupletioribus, qui fructus ſuos
æquis precis uendere nolunt, dum nimis uberes pro
uentus expectant, annona oneretur & pœna in hos
uarie ſtatuitur ut ſubſequitur iuriſconſultus. In quo
22 loco obiter nota ✝ quod Dardanarij ſunt, πωπῶλαι,
qui omnia præemunt ut carius uendant dicti a quodã
Dardano ut Accurſius ibidem ſcripſit, & denique ad
interpretationem tituli de crimine ſtellionatus uide



quæ ſcripſit Bald.in conſil.xv. ad euidentiam.libro.j.
reſpon.& Alciat.in Parerg. iuris.c.xlvj.lib.j.Item ſo-
lent decoctores ſeu mercatores duobus inſolidum eã-
dem rem diuerſis contractibus uendere, unde pœna
falſi coercendi ſunt.l. qui duobus.ff. de falſ. ad cuius
legis interpretationem uide Fab.in tracta. de empt.&
uendi.in tertia par.nume.50.incidunt etiam plerunq;
in crimen falſi in caſu de quo in.l.ſi a debitore.ff.eod.
titu. & ſigna adulterina faciendo ſeu ſculpendo idque
ut plurimum in ſarcinulis, & literis ac mercibus ut in
l.lege cornelia &.l.paulus.ff de fal.& inſt.de pub.iud.
§. item lex cornelia de quibus ſignis in ſecunda parte
principalis tractatus copioſe differuimus. Item incidũt
in falſum. In falſis ponderibus & menſuris iuxta ea
quæ habentur & leguntur in.c.ut menſuræ de empt.
23 & uend. ✝ In.l.annonam in fi.ff.de ext.crim.l.pen.ff.
de fal.l.in Dardanarios.ff.de pœn. ubi pœnæ ſtatutæ
ſunt aduerſus huiuſmodi fraudatores & ſcribit Abb.
in dicto.c.ut menſuræ. Norma enim põderum & mo-
diorum reliquarumque menſurarum non eſt excedẽ-
da.l.modios.C.de ſuſcep.præ.& Arc.& legitur Deute
ro.c.xxv. non habebis in ſacculo diuerſa pondera,
maius & minus nec erit in domo tua modius maior &
minor, pondus habebis iuſtum & uerum, & modius
æqualis & uerus erit tibi, abhominabitur enim Deus
qui facit hæc & aduerſatur omnem iuſtitiam. Idẽ ferè
habetur Leui.cxix.in fi. Non enim eſt modius qui ini
quus eſt.ff. de uerbo.ſig.l. Paulus reſpondit. Pondus
enim & ſtatuta iudicia Domini ſunt, Prouc.xvj.& ſcri
pſit Luc.pen.in dicta.l.modios ait enim ignorantiam
excuſationem non pręberc.ff.loca.l. ſed & addes.§.j.
& ſubdit Deũ hæc uitia ſua iuſtitia uendicare. Mich.
vj. Adhuc ignis in domo impij thæſauri iniquitatis &
menſura minor ita plena, & ibidem nunquid iuſtifica-
bo ſtateram impiam & ſacelli pondera doloſa. In qui-
bus diuites eius repleti ſunt in ciuitate, & habitatores
in ea loquebantur mendacia, & lingua fraudulenta in
ore impiorum. Subiicit idem Lucas iniquas menſuras

Universidad de Deusto
Biblioteca



apud quemcunque reperiantur frangendas eſſe.ff.loc.
l.item quæritur. §. ſi quis mēſuras & in his generalem
& ſingularem inquiſitionem fieri poſſe putauit & in
eum qui ſciēter falſa pondera cōmodauit an de dolo
malo actio detur eleganter diſſeruit iuriſconſultus in
l.arbitrio.§. de eo. ff. de dolo malo in quo loco uide
quæ copioſe & docte ſcripſit Accur.ad quem in mate-
ria confugito & circa menſuras addes tex. in.l.officiū
§.paternus.ff. de re mil. &.l.Imperatores.ff. de cont-
empt. Reliqua uero crimina conſulto prætermittimus
tum quia copioſe retulimus, in tertia parte huius tra-
ctatus, Tum etiam quia nil præcipuum in decoctori-
bus inuenimus quod & aliis non conueniat. Similiter
procedendi modum & criminibus prædictis de indu-
ſtria omittimus, cum fere omnibus delinquentibus
communis ſit. & quod potiſſimum eſt, in huiuſmodi
decoctoribus in habenda quæſtione ſat ſit retuliſſe.

Admonendi etiam ſunt creditores magis ipſis expe
dire negocium eorum per tres quatuorue ex eis exer-
ceri quia facilius negocium expediri poteſt, & per om-
24 nes ſolet negligiri, ✝ & ſunt ex eis qui ſe nihil conſe-
cuturos, cum totum non poſſint, arbitrentur. l. ſi plu-
res in.§. quamuis.ff. de admi.tut.l. cuius bonis.§.fi.ff.
de cura.fur.l.ij.uerſi.nouiſſime.ff. de origi.iur.& quia
exactio & ſolutio particularis non minima incommo-
da habet ut iuriſcon. inquit in. l. plane.ff.fam. herciſ.
Ideo ubi numerus creditorum magnus eſt quia etiam
difficile poſſunt ad ſingulos actus in unum conuenire
plerunque uidi creditores priuato conſilio coire & in
unum conuenire, tres quatuor ue ex eis ſummū cum
pleno mandato ſuper negocio conſtituere. Idque ma-
xime ubi non ſuo uitio ſed fortunæ mercator idemq;
debitor decoxerit, & eſt relatum apud Bal. id ex facto
ſeruatum ut patet conſi.lxxxviij.ex infelicitate uol.j.
25 quo in loco apud eum eleganter quæritur, ✝ ſi hi qui
conſtituti ſunt procuratores iidemque creditores ſint,
& non proprio nec alieno nomine expreſſo ſed ſim-
pliciter decoctori liberationem fecerint, num & pro-



prio & procuratorio nomine liberationem feciſſe cen-
ſeantur, & licet non deeſſent qui dicerent interpretan-
dam liberationem eius tantum factam quod nomine
proprio gerere potuiſſent.l. ſi ita ſtipulatus.§.gryſoga
nus.ff. de uerb.obli. Placet tamen Baldo utroque no-
mine liberationem factam cenſeri. Mouet eum quia
in liberatione proponebatur uerba hæc adiecta eſſe
integre abſoluerunt. Integrum autem illud eſt cui
nulla pars deeſt.l. ſi quando.C. de bonis uac.lib.x.Itē
quod æquum quis in propria perſona ſtatuerit & in
aliena æquum fuiſſe ſenſerit & contra.l. cum in eo.ff.
de pact. conſiderat etiam uerba Cyn. in.l. ſi unus in
§.fi.ff.de pact. & addit.l.ij.ff. de ſtipu.ſer.& glo.ff.de
procu.l.quacunque ratione ſuper uerſi.procurator.l.
lucius.ff. de inſti.&.l.i.C.de preci.imp.offe.quæ ſenten
tia Baldi non eſt ſine ratione, & habet æquitatem. Pro
barique poteſt ex eo quod dicitur ubi alicui cōmune
negocium eſt mandatur, in dubio illud communi no
mine geſtum & executum præſumi mandantis ſcili-
cet & mandatari.l.plane.ff.fami. herciſ. lege ſecunda
in uerſiculo tua & mea.ff.mandati.l.licet.§. ea obli-
gatio.ff.de procura.l.ſtipulatio.§.finali &.l.edibus.ff.
de noui oper.nuncia.quæ iura ad hoc citarunt Roma
nus & Benedictus de plumb. in.l.poſt dotem.ff ſolu-
to matrimonio ut refert Iaſon. in dicta. l. ſub nume-
ro.48.confirmabis etiam ex his quæ ſcripſit Alexand.
in dicta.l. poſt dotem numero.14. in illa queſtio. An
quis proprio & procuratorio nomine negocium geſ-
ſiſſe cenſeatur, & ſcribit Barto. in.l.qui mihi donatum
ff. de donationibus, & latiſſime omnium Ioan.Cro.
poſt alios in lege prima. §. nunciatio numero. 41. &
ſequenti. ff. de noui operis nunciatione, cui adde
quod ſingulariter notauimus, ex relato Baldi con-
ſilio.

Et quoniam creditores uel procuratores electi uel
inueſtigandarum rerum cauſa, uel ne totum perdant
26 aliiſque de cauſis decoctori ✝ qui aufugit ſecurita-
tem concedunt uel a præſide prouincie poteſtatem

habente ſeu ſummo pontifice ipſi decoctores impetrant, ut per legum tramites uel oppugnare uel defendere ualeas & ſic uel decoctoribus, uel creditoribus conſulere præter Magal. Tractatum quem de ſecuritate ſeu ſaluo conductu inſcripſit, inſpice an iuramento ad ſoluendum decoctor ſe aſtrinxerit, propter capitulum conſtitutus. Iaſon. in lege quoties. C. de præcib. imperator. offerend. Decius in conſilio. 352. numero ſeptimo uſque in fine & Gozad. conſilio 32. & Iaſon. conſilio. 173. columna penultima, uolumine quarto. Vbi referendo Alexander in conſilio. xxxviij. uolumine tertio, ait conuentiones iuratas ſecuritates a principe conceſſas non trahi, & idem probat Matthæus ab afflict. deciſione quinta Dominus Rex, & quod denunciari officialibus, curiæ debeat ſcribit Alexand. in conſilio. ccv. uolumine ſecundo numero ſecundo, uerſiculo & hoc præſertim, & plene Gozzad. in conſilio. lxj. numero nono. & ſequenti. Prima facie &c. & an ad res referatur Deci. ſcribit conſilio. 51. & pro tenui, & de eo qui ſecuritatem fregit, & abuſus eſt quis ue poſſit concedere tractat Nicolaus Boerius, deciſione. 179. Et denique de ſecuritate decoctori conceſſa uide quæ ſcripſit Bald. in conſilio. cccc. quod Iacobus uolumine primo ubi multis modis oppugnat ex quo reſponſo formam recte concipiendi ſecuritatem colliges, & de ſecuritate ſimiliter decoctori conceſſa idem Bald. ſcripſit in conſilio. ccccxxxj. quæ ad tractatum Magalo. poteris addere.

Sciendum & illud eſt plerunque arbitrum in decoctione alicuius prætorem dare debere cuius interuentu contribuantur res. l. illud. ff. de tributa. ubi ſingularis lex & hic arbiter poſtulantibus creditoribus dandus eſt qui de modo contributionis cognoſcet ſeu diſponet hic enim inter creditores rationes & calculum conficiet atq; conſolidabit & pro rata eius quod cuique debetur tribuet, ſecundum ea quæ in ultima parte dicemus.



Denique laudandi ſunt populi qui cum uideant hodie mercaturam frequentari, & decoctorum copiam quottidie in crebeſcere ſibi ius proprium ciuitatis in decoctionibus conſtituerunt, † prout mediolanenſes & florentini inter alios conſtituerunt, ſed quantum intelligo non ita clare ut negocium exigit.
87

Et hæc quo ad primam particulam rubricæ attigiſſe ſufficiat, prætermiſſis uulgaribus, & his quæ omnibus debitoribus ſunt communia.

*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SECVNDA PARS,

## VLTIMAE PARTIS.

1 Raldi laudes.
2 Conſilium ad malum an præſumatur datum ex colloquio.
3 Declaratio ad ea quæ ſcripſit Bar. in.l.ſi uentri in.§. corum.ff. de priuil.cred.& ſeq.
4 Conſulere dicitur qui uerbo ſuadet,& opem præſtare qui delinquenti adminiſtrat,et de conſilio relatiue.
5 Conſulens maleficium alicui qui alias eſſet facturus, num in aliquo ſit puniendus.
6 Conſulere ad fugam an ſit conſulere ad maleficium,& utrum fugere ſit maleficium.
7 Opem ad maleficium ignarus, & inſcius maleficij præſtitiſſe dici non poteſt.
8 Inquiſitio contra opem præſtantem maleficio quomodo concipienda ſit.
9 Opem præſtitiſſe non dicitur qui mutuauit equum,uel arma alicui qui rus dixit ſe iterum,& homicidum commiſit ſi delictum ignorauit,et de ope ac auxilio quadam relatiue.
10 Eximens debitorem, e manibus curiæ creditoribus ſatisfacere tenetur.
11 Debitorem alicuius faciens fugere ſciens prudensque quem creditor capiendum præparauerat damnum ſarcire,& debitum ſoluere tenetur.
12 Occultans debitorem alicuius an faciat ſe eiuſdem periculi ſuccedaneum ſeu conſortem.
13 Dormiens non delinquit niſi præceſſerit culpa.
14 Verbum incontinenti quomodo intelligatur.
15 Regula illa fruſtra de pœna laborat qui rem conſecutus eſt declaratur.
16 Genus ubi eſt,in obligatione reſpectu ſpeciei tollitur genus ſoluta ſpecie.
17 Statutum prohibens receptare fugitiuos quomodo intelligatur, & quis ſit fugitiuus.
18 Codex rationum an debeat appreciari ſecundum nomina in eis



contenta an materialiter.
19 Animus alicuius ubi ad bonum, & malum uerti poteſt ſecundũ qualitatem perſonæ iudicandus eſt.
20 Statutum de receptante aliquem quam interpretationem habeat,& num.26.
21 Codices rationum decoctoris poſſunt mercatores ijdemque creditores penes fidam perſonam deponere, & dicuntur quo ad proprietatem ipſorum mercatorum.
22 Actus ubi eſt indiferens ad bonum,& malum,& neminem cadit præſumitur potius bonus quam malus.
23 Animus occultandi tunc præſumitur quando ſic occultatur, ut nemini pateat ſecus ſi pateat bono uiro.
24 Officium magnum,& elegans uirtutis eſt præconium.
25 Indicare ac prodere an quis teneatur exiſtentem in procinctu fugæ.
26 Receptator quis dicatur,et quæ requirantur in receptatione.
27 Fraudem pro pœna ueteres accipiebant,et quærere,
28 Debitorem latitantem exhibere quiſquam non cogitur, et ſi retinuerit in domo propria ſeu receptauerit quis qua actione conueniri poſſit.
29 Ratione partis totum cuſtodiri poteſt.
30 Rationes etiam cancellatæ communes ſunt.
31 Simulantes,et fingentes ſe creditores eſſe cum non ſint decoctoris aliqua de cauſa crimen falſi non euitant,et ſiquid acceperint furtum faciunt.
32 Cedentes iura debiti ſoluti extraneo, ut contra creditores bona decoctoris defendant falſi crimen non euitant.
33 Creditor ſi inito conſilio cum decoctore obligationis diem immutauerit in fraudẽ aliorum creditorũ pœna falſi coercetur.
34 Proxenetæ uel alij ſcientes aliquem facultatibus labi lucri cauſa alicui affirmantes illum idoneum eſſe de dolo actione tenentur contra uero ſi non lucri cauſa.
35 Creditor alicuius mercatoris quem nouit iam iam decocturum ſi alij idoneum eſſe falſo affirmauerit,ut pecunia ſibi crederetur ex qua ſibi poſtea ſatiſfieri procurauit actione de dolo ab eo qui credidit conueniri poteſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quomodo procedendum, animaduertendumque ſit in illos, qui decoctoribus conſilium, auxilium, opem ue dederint, ſeu quo uis modo fauerint.*

1 CIRCA propoſitam rub. partē ✝ Bal.
in iure ciuili, & pontificio ſing. memo
riæ, ſummæque ſcientiæ uir, & qui fa
cile præter dicendi elegantiam, ueteri
bus Iuriſconſultis (ni fallor) compa-
randus eſt, & qui ingenii qualitate, &
fiducia doctrinæ, & qui præ cæteris
ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit,
ut de Labeone Pomponius inquit in. l. ij. ff. de origi.
iur. in conſi. cclxxxij. uol. v. in quæſtione Milani, nō
nulla, quæ ualde ad rem pertinent eleganter tractauit,
adeo, quòd utile, & neceſſarium nobis uiſum eſt, Bald.
ad uerbum referre, & in ſingulis quæſtionibus quid
ſentiamus ſubiicere, hauriemus enim ex eius fonte,
prout in. iij. parte fecimus, iudicio, arbitrioque noſtro,
quantum quoquomodo uidebitur. Scribit igitur Bal.
in uerba infraſcripta.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. In quæſtione Mila
ni, qui dicitur dediſſe conſilium. V. in fuga, & fallimen
to. d. V. mercatoris falliti, & fugitiui ciuitatis Mediola-
ni in præiudicium nonnullorum creditorum mercato
rum. In primis ſiquidem uidēdum eſt de iure commu-
ni, utrum ex eo, quòd. d. V. erat amicus. d. Milani, & ha
bito ante paucos dies cum ipſo Milano colloquio, &
patefacto ſecreto fugæ, poſtea aufugit, & fugam arri-
puit, portatis poſtea in domo M. codicibus rationum,
& cum equis, & famulo. d. M. præſumatur M. ei dediſſe
conſilium fraudulentum ad necem creditorum, quin-
imo etiam opē, & auxilium. Et an. d. M. propterea obli-
getur, & maxime conſiderata forma ordinamentorum
mercantiæ ciuitatis Milani, ubi præmiſſa perpetrata di-
cuntur. An uero non teneatur in aliquo, & maxime
cum. d. V. cum fidantia poſtea ſit reuerſus, & uoluerit
uſque ad interulam dare, & de reſiduo componere, &



ſi teneretur in aliquo, in quo, & in quantū. In Dei nomi
ne cōſuletur quid iuris, cum. d. M. dicit ſe nullum con
ſilium pręſtitiſſe ad fugam, nec ad aliquod malum, uel
damnum creditorum, ſed potius ad bonum, et bono
animo ſicut per cōfeſſionem. d. Milani apparet. In Dei
igitur nomine ſuper prædictis, et quolibet prædictorū
reddatur conſilium rationibus fulcitum, præſuppoſi-
to, quòd. d. V. aliàs erat facturus, et obſtinatus ad fugā,
etiam ſi S. Franciſcus ei perſuaſiſſet contrarium, quia
nolebat mori in carcere, et eligibilius ſibi putabat fuge
re, quàm mori, licet eſſet inhoneſtius, ſicut etiam ipſo
2 facto dedit intelligere. ✝ Et primo uidendum eſt utrū
ex colloquio præſumatur cōſilium datum ad malum,
et uidetur quòd ſic, quia cuius finis eſt malus præordi-
natio præſumitur doloſa. C. de adul. l. ſi hi qui. Item ſi
nis demonſtrat principium. C. de inſtit. et ſubſt. l. repre
hendenda. Item ad hoc facit Bar. ff. de priuil. credi. l. ſi
uentri. §. eorum. cuius uerba adſunt, ut infra. Quidam
accuſatur de conſilio pręſtito ad homicidium, & de ho
micidio probatur. Item quòd ille fuit locutus cum ho
micida, et ſtatim iuit, et occidit, ſed neſcitur quid dixe-
rit, ei certe ex breuitate ſpatii præſumitur conſilium
dediſſe, Bar. in contrarium uidetur, quia non cōſtat de
conſilio, Porrò aliud eſt conſilium, aliud colloquium,
At colloquium poteſt eſſe bonum, et malum. C. de in-
3 offici. teſta. l. omnimodo. ff. pro ſocio. l. merito. ✝ Item
non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, fre
quenter. et facile. C. de proba. l. neque natales. C. unde
leg. l. non hoc. Non obſtat dictum Bar. quia non debet
ita indiſcrete intelligi, ſed eo caſu quando præceſſerūt
cauſæ, et inditia odii aliàs diceretur falſum. Itē ex ami
citia præſumitur quis dare amico bonum conſilium,
quia amicus amico uult bonum, ut not. de fideicō. lib.
l. in teſtamento. Sed conſilium fugæ non eſt bonum
conſilium, ſed ignominioſum, & infame, fama autem
omni lucro præferenda eſt. ff. ſi quis om. cau. teſta. l. iu
lianus. Vnde Apoſtolus, Expedit mihi magis mori,
quàm ut gloriam meam quis euacuet. Nam bene pro

Universidad de Deusto Biblioteca



toto fama non uenditur auro.C. de poſtul.l.quiſquis.
Hactenus Bal. Cuius ſententia prima fronte hæſitatio-
nem habere uidebatur,ex his, quæ de fuga facta cum
equis,et famulo Milani,ac codicibus rationum in do-
mum eiusdem allatis poſtea ſubiungit,quæ ad conſili
um præſtitum argumēto eſſe uidebantur. Sed hæ præ
ſumptiones,quia uir bonus Milanus exiſtimabatur,et
in nobili officio conſtitutus erat,quia amicus,et credi
tor erat V.et aliis argumentis delictum excludentibus
( ut puto ) tolluntur. Vulgare enim illud eſt,et uerum
præſumptiones præſumptionibus elidi.l. diuus.ff.de
reſti.in integ.et ſcribit Rom. in conſi.lx.uiſis et plena
ſunt omnia iuris uolumina.Et his addes conſi. Bal.re
ferri a Dec.in reg.conſilii.ff.de regu.iur.et in.c.j.extra
de offi.deleg.num.21.uer.poſtremo.in quibus locis ci-
4 tat eundem Bal.in.l.j.C.de ſer.fug.in.iiij.oppo. ‡ Vbi
ait,illum dici conſulere,qui uerbo ſuadet,& qui delin
quenti adminiſtrat,dicitur opem præſtare. Addit Dec.
ad iuris articulum quando quis dicatur conſilium præ
ſtare Bar.in.l.non ſolum.in.§.mandato. in fi.ff de in-
iur.Ang.de arc.in prac in uer.mandatorem.in fi.Ang.
in conſi.xxij pro deciſione quæſtionis. Vero.in conſi.
xxvij.col.j.et in materia conſilii Luc.pen. in rubri.C.
de ſilent.

Item ex uerbis Baldi notandam ualde arbitror in-
terpretationem ac declarationem ad id , quod Bart.
ſcripſit in.l. ſi uentri in.§.corum.ff. de priui.cred. eſt
enim Bartoli ſententia recepta ut complures referen
do ſcribit Mar.in.l.ſtatuliber col.pe.ff.de queſt.& ma
xime Alex.in conſi.lxix.uiſa facti.nu.5. uol.ij.Natu-
ralis enim ratio ſuadet,& ſi lege deficeremus,ut intel-
ligatur quando cauſæ,et inimicitiarum ſeu odii argu
menta præceſſere, et hanc Baldi declarationem meri-
to ad cœlum tulit Seuer. in trac. de deb. ſuſp. in.x.q.
prin. To.xvj.adde fel.in.c. afferte de præſump.nu.13.
qui idipſum probat,et citat eundem Bal.in.l.j.col.iij.
de ſer.fug.

5 ‡ Scribit deinde Bal, in hæc uerba. Secundo uiden-



dum eſt,poſito,quòd conſtaret de malo,& prauo con
ſilio,cum tamen dictus V . eſſet aliàs facturus dictus
M . ueniat in aliquo puniendus, & uidetur, quòd ſic,
quia quando conſilium datur ad malum, committen-
dum tenetur ille,qui cōſuluit ſecuto maleficio, & hoc
ex eo tanquam concurrens maleficio, ut not.in regu.
nullus ex cōſilio.de reg.iur.lib.vj.et ibi do.Dy.tenet,
quòd indiſtincte puniatur conſilium datum ad malefi
cium etiam ſi principalis erat aliàs facturus,idem uide
tur tenere glo. in.l. non ſolum. in.§. proculus.&.§.ſi
mandato. Sed contra tenet glo.expreſſiſſima inſtit.de
oblig.quæ ex delic.§.ope.et.ff.de uerbo.ſigni.l.ſæpe.
quę glo.decidunt expreſſe ubi principalis erat aliàs fa-
cturus non attento conſilio,uel contra conſulens non
tenetur,& eſt ratio,quia principali non eſt ſecutus con
ſilium,ſed ſui animi motum. Dicendum ergo uidetur,
quòd aut principalis habebat propoſitum faciendi,ſed
uoluntatem non perduxiſſet in actum abſque cōſilio,
quòd tunc teneatur conſulens,aut perduxiſſet in actū
quocunque modo,et tunc non teneatur,quia cum fa-
cturus eſſet in pleno dolo nō poteſt dici,quòd laudan
do conſulens augumētauerit malitiam,quia quod ple
num eſt,adiectione non indiget,et hęc opinio uidetur
uera de æquitate,quia delinquens iſtud conſilium pro
nihilo reputauit , et per conſequens non fuit ſecutus
conſilium,iſta eſt ratio in qua fundatur gl.in.d.§.ope.
et hoc etiam tenet Pau.de liaz.in.c.j.de pœnis.in cle.
et præſertim quando iudicamus de cōſilio ex præſum
ptionibus , quia tunc cautius eſt agendum ſecundum
Inno. qui ita elegāter notat in.c. quia uerisſimile.extra
de præſump. Hucuſque Bal. Cuius ſententia declaran
da,atque intelligenda eſt, ( & ſi uerba forſan non pati
antur ) ut qui fraudulentum conſilium alicui dederit,
qui et abſque conſilio facturus erat eadem pœna ple-
ctendus non ſit,qua delinquēs punitur, mitiori autem
pœna iudicantis arbitrio conſulens maleficium puniē-
dus ſit.c.ſicut dignum.§.qui uero.de homi.l. non ſo-
lum.§.ſi mandato.in uerſi.atilicinius.ff.de iniur.& ut

ſupra intelligendum Bal. plene ſcripſit Dec. in reg. con
ſilii. ff. de reg. iur. & in. c. j. nu. 13. de offi. deleg. & a fre-
quentioribus ita receptum eſſe ait, & eundem Bald. in
pluribus locis idem probantem citant, & Alb. nos hoc
iure uti, refert ſcripſiſſe, in. l. ob hęc uerba. ff. de his qui
notan. infa. & hanc ſententiam frequẽtem eſſe ſcripſit
Alcia. in. l. ſæpe. in fi. ff. de uerb. ſigni. Quod uero rela-
tus Innoc. eleganter ait in. c. quia ueriſimile. extra de
præſump. poteris ſexcentis docto. locis probare, ac de-
clarare, ut per Feli. in. c. afferte nu. 9. & ſ. q. de præſum.
Nunc iterum ad Bal. redeo, qui quærendo ait, ſequi
tur uidere, an conſulere ad fugam ſit conſulere ad ma
6 leficium. ✝ Hic uidendum eſt utrum fugere ſit malefi-
cium, & dico, quòd aut fugiẽs eſt ſeruus, uel ſeruili ma
cula aſperſus, & eſt maleficium, ut in. l. j. C. de ſer. fug.
& l. fi. C. de ope. lib. Aut eſt ingenuus, & tunc aut fugit
cum re aliena, & eſt maleficium ratione rei, quia con-
trectando facit furtum, idem ſi cum re, quæ aliquãdo
fuit aliena, ut cum pecunia ſibi depoſita ad numerũ,
licet ibi proprie non ſit furtum. l. ait prætor. §. ſi debi-
torem. ff. quæ in fraud. credit. Aut fugit abſque rerum
alienarum, uel quaſi exportatione, & iſta fuga non eſt
maleficium, ſed eſt quædam latitatio. ff. quib. ex cau.
in poſ. eat. l. fulcinius. §. quid ſit autem latitare. Vnde
etiam ſiquis captus fugit, & condemnetur, non dicitur
condemnatus de maleficio, ſed de contumacia. l. j. ff. ſi
quis iusdi. non obtem. Vnde dicunt docto. quòd fuga
non imponitur alicui ad maleficium, ſed ſuſpitioni, ut
notat Cy. in. l. j. C. de rap. uirg. & patet in aut. de exhi.
reis. §. ſi uero. & communiter per omnes doct. in. l. ad-
monendi. ff. de iure. Hęc ille. Cuius ſententiam probat
Seue. in. d. trac. de deb. ſuſp. in. x. q. et uide, quæ copio
ſe Nic. boe. ſcripſit. q. ccxv. et antequam ueniam. et do
cto. in. l. ſed eximendi uerbum. §. item ſiquis. ff. ne quis
eum. l. j. ff. de ſer. corrup. & his addes, quæ ſtatim in
ſubſequenti. q. adnotabimus.
7 ✝ Ait deinde Bald. ſequitur uidere de ope, et dico,
quòd ſi amicus meus, me inſcio, fugit cum equis meis,





uel famulo meo non dicor opem præſtare, nam ſcien-
tia, non ignorantia punitur. C. de inceſt. nup. l. cum an
cillis. C. de tabul. l. generali. libr. x. & notatur in. l. j. ff.
de recep. & C. de ſer. fug. l. quicunque. & l. j. & l. ij. C.
de his qui latro. & dicit Longo. quòd ſiquis arma alte-
rius tollere præſumpſerit, & cum eis malum fecerit,
nõ ſit culpa cuius arma ſunt, ſed illius, qui cum eis ma
lum fecerit, ut in Longo. de his, qui cum arm. alt. dam.
fec. c. fi. Sed plus dicitur eod. tit. c. j. ſi quis alicui arma
præſtiterit ſimpliciter, & ille, qui accepit, non impute-
tur ei culpa, qui præſtiterit, ſed ei, qui cum eis malum
perpetrauerit, oportet igitur quòd ad hoc præſtet opẽ,
ut in. l. ij. §. homines coactos. ff. ui bon. rapto. & ſiquis
cultro accepto, de taberna lanionis filium interfecit,
ipſe eſt parricida non lanio, ut in. l. ij. ff. de orig. iur. Ex
his apparet, quòd. d. M. neque ex cõſilio, neque ex ope
tenetur, quia neutrum fuit obligatorium, neque uerũ,
& hoc de iure communi certiſsimum dico, ſcilicet, ea,
quæ proponuntur in ſuo themate ſic ille.
8 ✝ Vero uerius eſt, quòd ait Bal. unde Mar. in pract.
ſua crim. in. §. conſtante. nu. 64. in materia auxilii præ
ſtiti memoria tenendum ait, ut in inſtituenda, atque
concipienda inquiſitione dicatur, exempli loco Sem-
pronius ſciens, prudensque, nec ignarus opem, & auxi
lium maleficio, & delinquenti præſtiterit, idque proba
ri debere, aliàs fruſtra inquiritur, citat Ange. in. §. iube-
mus. in aut. de ecc. tit. & Bart. in. l. omnes. C. de agri. &
cẽſi. lib. xj. et Alex. in addi. ad Bar. in. l. is qui opem. ff.
de fur. & adde Io. de amic. conſ. liij. ſuper inquiſitione
formata. Item adde, quòd idem Bal. ſcribit in. l. quicũ-
9 que. nu. 22. C. de ſer. fug. ✝ Si cõmodaris alicui equum,
uel arma, uel famulum, quia rus ſe iturũ dicebat, cum
tamen iturus eſſet homicidii admittẽdi gratia me non
teneri, quoniam delictum ignoraui, citat. l. apud anti-
quos. C. de fur. & ff. de pœnis. l. metrodorum. Et poſt-
quam de ope, auxilioque præſtito meminimus, placet
hic loca ſubiicere, in quibus materiam copioſe tractatã
inuenies Barto. in. l. is qui opem. ff. de fur. & apud eun-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dem in.l.j.C.de ſer.fug.Pet.de anca.in conſil.ccxvij.
Feli.in.c.ſicut dignum.in.ij.&.iij.col.de homi. Deci.
plene in.c.j.de offi.deleg. Vero.in conſi.j.Mar.in con
ſi.cxxij.in fi.& latiſsime in pract.ſua in.§.conſtante.a
nu.40.uſque ad nu.78.& in ſing. ſuis ſingul.cccc.ſæ-
pius.Iaſ.in conſi.cxxxvij.formata eſt inquiſitio. uol.
j.Io.de ami.conſi.liij.ſupra relato,& de eo,qui conſu
luit,ut peculium intricaret, uel rationes interciderer,
uel adulteraret, uel rationes ſibi commiſſas turbaret.
uide.l.j.in fi.ff.de ſer.corrup.

Plane circa id,quod ait Bal.de conſilio ad fugam in
10 præcedenti.q.& nunc de commodatis equis, ✝ Notan-
dum eſt,nō ſolum eum,qui e manibus curiæ aliquem
exemerit debitorem, creditoribus ſatisfacere debere,
ut ſcribunt doct.in.l.ſed ſi eximendi, & ſeq.ff.ne quis
eum qui in ius uoc.eſt ui exi.& Iaſ.in.§.pœnales.nu.
11 102.inſtitu.de actioni. ✝ Verum & ille,qui ſciens, pru-
densque debitorem fecerit fugere,quem creditores ca
piendum præparauerant, creditoribus reſarcire dam-
num,& debitum ſoluere tenetur,quod propter fugam
creditores conſequi nequiuerunt, ut eleganter conſu-
lendo ſenſit Pet.de anca.in conſi.cccxl.uiſo themate.
in fi.& citat in argumentum.l.fi.C.de ope.lib.C.de aſ-
ſeſ.l.iij.C.de exact.tribu.l.quoties.& ſubdit idem ſen
ſiſſe Ray.additque.ff.de eo per quem fac.erit.l.j.§.j.
& idem referendo Anca probat Io.de ana.in conſ.lv.
quia dubia.in fi.citat eundem Rayn.&.l.ſi ut certo.ff.
commo.cum his quæ Accurſi.notauit,&.l.ſi a bonæfi-
dei poſſeſſore.uer.ſi uero cuſtodiendum.ff.de rei uen.
& eandem ſentētiam probat Iaſ.in.l.j.§.quod autem.
nu.8.ff.ne quis eum.citat Bal.in.c. dilectis. in.vij.col.
de appel.adde Mar.ſing.cxxxvij.in iure clarum eſt.&
quæ ſcripſit Fran.cur.in repe.l.admonendi. nu.102.ff.
de iure.& uide elegantem text.in.l. & eleganter.in.§.
item labeo.ff.de dolo.ex quibus ad.q.Bal. declaratio-
nem habes,quòd ſi Milanus ſciens iam creditores V.
eum capere procuraſſe,& præparaſſe,ſignificaſſet id ei-
dem V.fugæque cauſam dediſſet,cō modando equos,



ut proponitur, omnibus creditoribus qui propter fu-
gam credita conſequi non potuiſſent ſatisfacere te-
neretur.

Ait poſtea Bald. ſequitur uidere an ille qui ſcienter
12 occultat debitorem alienum, ✝ faciat ſe ſuccedaneum
uel conſortem eiuſdem periculi. Videtur quod ſic,
ut.l.fi.C. de op.lib. ſed dicendum eſt cōtrarium quia
iura quæ hoc diſponunt locuntur in caſibus ſpeciali-
bus, & ibi eſt unus caſus ſpecialis. Alius eſt in debi-
tore tributorum ut.C.de exact. tribu.l.quoties. Alius
eſt quādo quis debitorem ui eximit.ff. ne quis eum.l.
pen. Quintus eſt quando quis impedit reum uel acto
rem uenire ad iudicium unde currit præſcriptio cōtra
creditorem ut.ff.de eo per quem fac.erit.l.fi.Cum igi-
tur in his caſibus ſit ſpeciale & ſpecialiter prouiſum
ſequitur quod in contrarium eſt ius commune ut.ff.
de lega.l.ius ſingulare,& hoc tenet inno.ſcilicet quod
illa edicta non habeant locum eſſe ſuos caſus extra de
off.deleg.c.paſtoralis in fin.& aliquid tangit eod.titu.
c.j. hæc Baldus.

Baldi ſententiam probat & commendat Seueri. in
trac. de deb.ſuſp.queſtio.x. To.16. & refert Baldum
Mar.ſing.43. debitor fugitiuus. Addo idem ſenſiſſe eū
dem Bald.in.l.fin.C.de ope.lib. Verum non eſt omit-
tendum non deeſſe qui contra Baldum ſentiant. Nam
Ray.& Sali.in ea.l.fi.ſunt in diuerſa opinione. Mouet
Saly.optima quidem ratio & eſt talis,licet ex titulo ne
quis eum,uis requiratur,hic tamen qui debitorem oc
cultauit conueniri poteſt ex titulo ſeu interdicto.ff.
de eo per quem factam erit ut in.l.j.§.j.eo.titu.quod
etiam ſine ui locum habet, nec quidem ſuperuacuum
eſt ut in rub. Acc. & Pau.notan. Addo prædictis Iaſo.
in.l.j.§.quod prætor nume.7.ff.ne quis eum,qui Rap.
ful.citat in rub. proxime relata ſcripſiſſe ſe putare ſi
propter huiuſmodi occultationem creditores eorum
credita perdiderint contra occultātes actione de dolo
conſulendum eſſe,argu.l.eleganter in.§.fi.ff.de dolo.
Idem probat Iaſo.inſti. de doct.§.pœnales num.103.

Universidad de Deusto Biblioteca



& hanc ſententiam contra Bal. probat arguméto eius
quod paulo ſuperius retulimus, ſi quis cauſam dede-
rit fugæ debitoris adeo ut creditores crebita conſequi
nequiuerint prẹſtare teneatur, & meo quidem iudicio
eadem ratio ſuadet, idem iuris eſſe in hoc caſu, quod
in illo, quam ſentẽtiam comprobabis ex his quæ infra
dicemus uerſic. poſt hæc Bal. & illinc aſſumes quæ ad
hunc locum attinent.

Subiungit deinde Bald. modo ueniamus ad ſtatu-
tum mercatorum, & præmitto quod ex receptatio-
ne ualiſiarum nihil poteſt imputari M. quia nec ui-
13 dit nec conſenſit, † Item dormiens non delinquit
niſi præceſsiſſet cauſa quare debuiſſet uigilare. ff. ad. l.
aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius, & ſi dica-
tur quòd fuit in poſteriori culpa retinendo, codices ra
tionum ex certa ſcientia, nam illico debuit reſtituere
ut. ff. de adulte. l. ſi adulte. cum inceſtu. §. inceſtum
14 autem. C. de inceſ. nup. l. cum ancillis. † Respondeo
incontinenti dicitur factum, quod eſt factum. intra
triduũ. l. iij. C. de erro. aduo. alias quod eſt ad caute
lam ſui factum modico tempore interiecto, ut. ff. de
uſu. l. ſciendum. Præterea ex quo creditores habue-
runt & acceptauerunt libros & codices rationum, & ſi
Magiſter incidiſſet in aliquam pœnam, legis uel ſtatu-
ti quia fruſtra de pœna laborat, qui rem conſecutus
15 eſt ut in. l. ij. poſt prin. ff. ſi quis caut. † Præſertim quia
iſta obligatio quæ deſcendit ex decreto Mercatorum,
eſt obligatio prætoria & per conſequens arbitraria, in
qua prædicta regula eſt, ueriſsima. ff. de publi. l. hoc
edicto. ff. quod met. cau. l. ſi cum except. §. ſatis de-
menter, & quid ſit ius prætorium apparet, quia deſcen
dit ex iuriſdictione conſulum qui ſunt prætores ſicut
ędiles corules. l. j. ff. de offic. conſ. uel ſaltim inſtar
prętoriarum inuẽtę, ex quibus oritur actio in factum.
16 † Præterea quãdo genus eſt, in obligatione reſpectu
ſpeciei tollitur genus ſoluta ſpecie. ff. de pigno. l. ſi
fundus. §. ſi pluris & . ff. de dol. excep. l. fideiuſſor. ff.
de leg. j. l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de pe-



tit. hered. l. Item ueniunt. §. idem recte: ſed quia
forte in hoc aliqui contradicerent, cum iſta actio, ſit
pœnalis a principio uel forte dicerẽt, quòd hæc pœna
eſſet applicanda fiſco, ideo ad huius dubii remotio-
nem uenio ad intellectum ſtatuti uerba autem ſunt
ut infra: Item quòd aliquis de ciuitate uel comitatu
17 † uel aliunde nõ audeat uel præſumat tales fugitiuos
nec patres filios maſculos fratrum ſorores, nec aſcen
dentes eorum, nec deſcendentes, maiores ut in præ-
cedentibus ſtatutis continetur albergare, nec rece-
ptare, in perſona, nec in rebus, nec in domibus ſuis,
nec aliis, nec dare eis, nec alicui eorum, in perſona,
nec in rebus, conſilium, auxilium, nec fauorem, nec
allegare, nec aduocare pro eis, & qui contrafecerit pu-
niatur in libris ducentus tertialorum pro qualibet uice
& nihilominus talis receptator & contrafactor tenea-
tur ad reſtitutionem prẹcij, rerum receptarum in du
plum. Et prædicti poteſtas, iudices & conſules iuſtitiæ
mercatorum multare poſsint, & debeant ſub prædicta
pœna librarum tertialorum ſui ſalarij inquirere, de
prædictis ut ſupra, & proceſſum facere, ipſis ſciẽtibus
ipſos eſſe fugitiuos. Relatis uerbis ſtatuti ſubſequitur
Baldus, & primo uidendum eſt quia ſtatutum dicit fu
gitiuos receptare, eſt autem fugitiuos, is qui in actu
fugæ deprehenditur, ita quod ſaltem unum pedẽ mo-
uerit. ff. de ędil. edic. l. quid ſit fugitiuos in glo. ita ta-
men. Ille autẽ qui non peruenit aliquo modo ad prin-
cipium facti, licet ad conſilium fugæ mente peruene-
rit non eſt fugitiuus quia ſtatutum debet intelligi de
actu ſaltem incohato ut in. l. cedere. §. ſubſecare. ff.
arb. fur. cæſ. & . ff. de uerbo. ſignifi. l. fugitiuus, oportet
igitur in primis apparere de actu uel de principio fugæ
tempore receptationis perſonæ, uel rerum hæc Baldo
noſto placuerunt.

Nos uero, quia aptiori loco, ſcilicet, in ultima parte
princ. tracta. de obligationibus, quæ ex decretis merca
torum deſcẽdunt, diſputabimus, prætermiſsis aliis cir-
ca interpretationem uerbi quid ſit fugitiuus Bal. ſentẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



tiam probamus, quam receptam a frequentioribus pu-
tamus, de quo Seuer. in trac. de debi. ſusp. q. j. & uide-
bis, quæ copioſe ſcripſit Nicol. boe. q. ccxv. & antequã
ueniam. nu. 1. qui complures alios iuris autores citat,
& maxime Soci. in conſ. xcix. nu. 1. & 2. circa primũ. & c.
uol. iiij. & in ſequen. conſ. & addimus Aſten. in uol. de
conſti. & Deci. in uerſi. fuga. quibus in locis fugitiuus
plene deſcribitur.
18 Subiungit Bal. ſed hic quęritur, cum ſtatutum dicat
quòd teneatur ad reſtitutionem preci, nunquid codi-
ces rationum debeant appreciari ſecundum nomina
contẽta in codicibus, an materialiter, & uidetur, quòd
quantum codex chartarum uendi poſſet, non quantũ
nomina, quia illud conſiſtit in fictione iuris, ut. ff. de
proba. l. qui chirographum. ſed ſtatuta maxime pœna
lia, & exorbitantia a iure communi, uel ius nouum di
ſponentia non recipiunt fictionem, ut nota. in. l. iij. in
§. hæc uerba. ff. de neg. geſt. in glo. communi, & uulga-
ri, quæ ab omnibus approbatur. In contrarium uide-
tur, quòd ſignificatiue, ideſt, ſecũdum nomina conten
ta in codicibus, ut. ff. de lega. j. ſeruum filii. §. cum qui
chirographum. Nam uerba ſtatuti referenda ſunt ad
effectum, effectus autem chirographi conſiſtit in nomi
nibus, ut de pact. l. poſtquam. Ipſa enim papyrus per ſe
parum ualet, & ſic eſſet parua pœna tanto delicto, &
pro hoc. ff. de fur. l. qui tabulas. & . ff. ad leg. aquil. l. in
l. aquilia ſi deletum. Ex quo ſequitur, quòd teneatur
quanti nomen uẽdi poteſt, dummodo probetur, quòd
dolo, & ex certa ſcientia ſciens quantitatem chirogra-
phorum receptauerit animo intercipiendi, & non ani-
mo creditoribus reſignandi, & interim conſeruandi,
19 ✝ & cum ad utrunque animum poſſit interpretatio
conuerti ſecundum qualitatem perſonæ iudicãdus eſt
animus. ff. de relig. & ſump. fune. l. et ſi quis. §. interdũ.
& . §. ſeq. & ſiquid commodi eſſet ad eum peruẽturum
præſumeretur malus animus, aliàs ſecus, ut. ff. de dolo
20 l. quod ſi cum ſcires. ✝ Præterea dictum ſtatutum de-
bet intelligi de receptante, qui præſtat auxilium, conſi



lium, uel fauorem, ipſo facto receptionis, quia illa clau
ſula de auxilio, et fauore, quæ ſequitur, declarat quali-
tatem præcedentium. ff. de uino triti leg. l. ſi. §. cui dul-
cia. tamen hoc ultimum nõ pono pro certo, ſed relin-
quo ſub dubio, credo tamen, quòd intelligatur de re-
ceptatione odioſa, ideſt, quæ eſſe poſſit fraudi credito-
rum non de ea, quæ ſit bona gratia ne codices rationũ
creditoribus ſubtrahantur, quia iſte habet cogitationẽ
negocii gerendi creditoribus, ne aliquo caſu, qui poſſet
contingere eis, ualeat ſubtractis inſtrumẽtis, ſiue codi-
cibus rationum cauſa deperire, hoc autem præſumen-
dum erit ex qualitate perſonarum, ac etiam ex iuramẽ
21 to recipientis. ✝ Quinimo cum & ipſi mercatores poſ-
ſint codices deponere apud aliquam fidam perſonam,
et talis depoſitarius in nullo peccet, ut de eden. l. quæ-
dam. §. his autem. et. ff. famili. hercis. l. ſi quæ. et. ff. de
pœn. l. ſi quis aliquid. §. inſtrumẽta. ubi eſt expreſſum.
Sunt enim ipſi codices, quo ad proprietatem ipſorum
mercatorum, et licet euadant uias ſuas per dolum, ta-
men in deponendo apud fidam perſonam non inter-
22 uenit dolus. ✝ Item ubi actus eſt indifferẽs ad bonum
et malum, et alium non lædit, præſumitur potius bo-
nus, quàm malus. Sed eſt actus indifferens iſta depoſi-
tio, et inquantum depoſitio neminem lędit, imo patro
cinatur. argu. quod ui, aut clam. l. ſi alius. §. belliſſime.
cum. §. ſeq. niſi expreſſe probaretur, quòd libri ideo ce
lati ſunt, ut ueritas occultetur, uel non de facili pateat,
ut notat Bar. ff. de tabu. exhib. l. locum. §. ſiquis dolo.
23 ✝ Vbi ipſe dicit, quòd tunc præſumitur animus occul-
tandi quãdo ſic occultatur, quòd nemini pateat, ſecus
ergo ſi pateat bono uiro, qui ueriſimiliter ſit creditori-
bus denũciaturus, ſicut iſte fecit, quem bonum uirum
eſſe rerum experiẽtia docuit, et incorrupta fides, et ſup
premum officium theſaurariæ ſibi creditæ ab illuſtri
domino noſtro ſicut cuique alii, quẽ dominus noſter
elegerit. Hæc enim, niſi per uirtutem non contingunt.
24 ✝ Denique omne magnum, & elegans officium uirtu-
tis eſt præconium, ut. l. ſi. C. de condi. in pub. hor. lib.

æ. Hactenus Bal. in ſupraſcripta uerba, qui adeo docte
ſubtiliter, & eleganter diſſeruit, ut neceſſaria additione
non egeat, ſolum quo ad id quod de codice dixit, du-
pliciter ſummi poſſe. addo in ſimili Paul. caſt. in conſi.
cclxxxv. uiſis. parte prima, qui de uulgari uerbo ban-
co idem ait.

25 ✝ Poſt hæc Bal. inquit, ſubſequenter eſt uidendum
utrum M. debuerit indicare, & prodere eum, qui erat
in procinctu fugę, & dicendum eſt, quòd non teneatur
indicare, nec prodere ſecretſi, ut legitur, & notatur in
l. idem. &. §. ſi tibi inditium. ff. de condit. ob turp. cau.
Nam turpiter faceret ex quo fidem dedit de ſecreto te-
nendo, quia fides etiam hoſtibus ſeruanda eſt. Idem
ſi non dediſſet fidem, tamen non teneretur indicare,
quia non ſpectat hoc ad officium ſuum, ut extra de te
ſti. cog. c. dilectorum. & patet. c. nerui teſticulorum Le
uiathan. xiij. diſtin. & plene notatur per Inno. extra de
homi. c. ad audientiam. ubi etiam plene tractat de ma
teria conſilii. Præterea receptator ſecundum æthimo-
26 logiá uocabuli non eſt aliud, quàm rei acceptor. ✝ Iſte
autem M. a fugitiuo nihil acceptauit, quia penitus igno
rauit. Et licet familia per prius receptauerit per impru-
dentiam, quinimo & ſi per dolum non præiudicat M.
ut extra de reſtitu. ſpoli. c. cum ad ſedem. quia familia
non erat ad hoc deputata, ut. ff. de publica. l. j. §. fami-
liæ, & ibi per Bar. Et ideo ſtatutum de receptatione re-
rum non habet locum, quia in receptatione tria requi
runtur, ſcilicet, deferens, actus delationis, & res recepta
ta, ut no. ff. de uerbo. ſigni. l. marcellus. Porrò iſte M.
non recepit ab aliquo, ſed in domo reperit. argu. ff. de
fur. l. ſi quis ex domo. Non enim erat præſens, nec ſci-
ens. arg. ff. nau. cau. ſtab. l. j. in prin. Nam ſic interueni-
re potius eſt caſus fortuitus, quàm factum hominis.
Quia igitur in M. nulla deprehenditur culpa, ergo nec
27 pœna. ✝ Veteres denique fraudem pro pœna accipie-
bant, ut. ff. de ædil. ædic. l. cum autem. §. excipitur. Et
eſt ratio, quia qualitas delicti denominatur a genere
pœnæ, & econuerſo genus, ut ibi patet. Accedat ergo



regula communis, quòd ubi nulla deprehenditur cul
pa ibi nulla deprehenditur pœna, ut. ff. de fideicom. li-
ber. l. ſed & ſi non data. §. ſi. & facit. ff. ad leg. aqui. l. qui
occidit. in ſi. &. ff. de ſer. fug. l. j. §. j. & ſeq. nec præſumi
tur habere animum receptandi ille, qui in paucos dies
receptauit, ut patet in. d. l. j. §. his autem. &. §. fina. Huc
uſque Bald.

Benuenutus autem quantum ad rem pertinet, illud
primum huic rei adiiciendum putat, in illoque iuris ar
ticulo, an M. creditoribus iam iam V. fugiturum indi-
care teneretur ſententiam Bal. declarandam, & intelli-
gendam, ſecundum ea, quæ eadem parte in uer. plane
nu. 10. retulimus. Deinde illud frequentatiſſimũ, quod
ad receptationem debitoris attinet, non eſt hic præter
eundum, eſt enim ſciendum ex interdicto de libe. ho.
28 exhi. ✝ Creditores agere nõ poſſe, ut debitor, qui for-
te in domum alicuius aufugit, exhibeatur, nec enim de
bitorem latitãtem exhibere quiſquam cogitur, Sed in
bona eius ex ædicto prætoris fit miſſio. l. ſi. §. ſi. ff. de li
be. ho. exhi. qua. l. motus Io. de pla. relatus a Iaſ. in. §.
præterea. nu. 50. inſti. de actio. ait, licet mercatorem de
coctum in domo propria receptum, non poſſum tamẽ
conueniri, ut exhibeam, alias ad id, quod intereſt, tene
ar, et ſubdit Iaſ. proxime ad relatam. q. accedere, quod
ſcripſit Bal. in tit. ſi de feu. fue. cont. inter do. & agn. c.
in generali. ait enim in uerba infraſcripta.

Extra quæro quidam detinet debitorem meum, &
ex hoc non poteſt mihi ſatisfacere, quia ex operibus
ſuis poſſet acquirere, et mihi ſoluere, nunquid poſſum
repetere ab eo iſtum meum debitorem dicit Inn. quòd
non, niſi habeam in eo ius reale ſicut habeo in uaſal-
lo, et aſcriptitio et in omnibus qui tenẽtur ad munera.
Ita not. Inn. extra de appel. c. dilecti. ubi uideas, ut. C.
de op. lib. l. ſi. eſt tamen aliud remedium, ſcilicet, quòd
agam actione iniuriarum contra eum, uel de dolo ſi
ſciens detinet eum in præiudicium meum, ut. ff. de do-
lo. l. cum quis. ſecundum Inn. Illud etiam cõſtat, quòd
poſſum agere interdicto de lib. homi. exhi in quo aliis

Universidad de Deusto
Biblioteca



præferor propter ſingulare intereſſe.ff. de proc.l.licet
in popularibus. Hæc ille. ſed et addes, quòd ſententiã
Io. de pla.et Iaſ.probat Mar.in ſing.ſuis ſing.ccclxvj.
aliqua tibi dixi.et ſubdit ex his colligi titulum de rece-
ptatoribus in ciuilibus locum nõ habere. Item addes
Pet.gerar.in ſing.ſuis ſing.xvij. diligen. referendo ad
uerbum Io. de pla.Iaſ.et Bal.in citatis locis duo elegã-
ter notaſſe. Alterum eſt Bal.male ſenſiſſe in eo, quòd
ait, interdictum de libero homine exhibendo compe-
tere, cum ſit caſus in contrarium in.d.l.fi. Et uerũ eſt,
quod ait Pet. (ut diximus) alterum ſe putare ait, ſi de
bitor habeat bona, quibus creditoribus ſatisfieri poſ-
ſit, actione iniuriarum, ut de dolo contra detinentem
debitorem agi non poſſe.Idque ex eo quoniam credi-
toribus ex ædicto prætoris conſultum eſt, iubet enim
prætor in bona eius creditores immitti, mouetque cũ
citata.l.fi.in fi. uerum ſi bona debitoris non ſufficerẽt
de dolo, uel iniuriarum actione agi poſſe non negat.
Cuius ſententiam probat Nico.boe.deci.clxxiiij.& ui
detur.&c.nu.3.& ego etiam nõ improbo, nec arbitror
id Inno.negaſſe, quinimo idem forſan ſenſiſſe, uerba
enim innuunt. Accedat, quod no. Accur.in ead.l.cum
quis.in uer.damni. Aedictum de dolo malo locũ non
habere, cum quis actionem aliam habet, qua conſequi
poſſit, quod ſua intereſt, quatenus ergo ſoluẽdo non
ſit debitor, & bona non habeat, quia nullam uidetur
actionem is habere cui propter inopiam debitoris ina-
nis eſt, de dolo malo actio dabitur.l.j.§.fi.cum multis
legibus ſeq.ff.de dolo ma.

Sequitur Bald.ulterius ad lucidationem ueritatis &
ad obſtruendum, ora loquentium contra iuſtitiã & ue
ritatem, licet nemini poſſit claudi os: quia (ut ſapiens
ait.) Nõ eſt arbitrij noſtri quod quiſq; loquatur. Tamẽ
ueritas omnia uincit, & obloquentibus ſilentium im-
ponit, ſciẽdum eſt in facto, & deinde concludẽdum in
iure nõ perſuaſiue ſed demonſtratiue ad oculũ, quod
de receptatione librorum nil poteſt impingi Milano, &
hoc ſic demonſtratur in dictis codicibus, rationum



erãt multæ rationes, & magnarum quantitatũ accepti
& ſoluti calculati inter dictum Milanum, & dictum. V.
Vnde nõ poteſt negari quin dictæ rationes eſſent cõ-
munes, ut. ff. de eden.l.j.§.rationes &.l. ſi quis ex ar-
gentariis.§.pertinere, & plene notatur in.§.editiones,
&.C.eo.l.j.&.l.fin.& occaſione rationũ prædictarum
etiam ipſe codex erat cõmunis, nec poterat per quin-
ternos diſſolui & diſſigillari, & pro parte cuſtodiri &
pro parte non. Vnde quo ad hoc corpus iſtud erat in-
diuiſibile, & maxime quia initium rationum quod in
codice cõtinetur omnibus commune extitit, ut.ff.de
eden.l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium, tabularum &
29 rationũ ꝑ partis totam cuſtodiri poteſt.ff.cõmu. diui.
l.ſabinus non dico totum contractari.ff.pro ſoc.l.me-
rito, & de acqui.her.l.duo fratres: & cuſtodia eſt, quid
indiuiſibile ut.ff.commo.l.ſi certo.§. ſi duobus uehi-
culum, & ſi duo ſunt qui habẽt codicem communem
licitum eſt: & iuſtum cuilibet cuſtodire, & apud ſe in
cuſtodiam tenere, donec per ſuperiorem deputetur cõ
munis cuſtos.ff.famili.her.l.ſi quæ cautiones.ff.de fi.
inſt.l.fi.nec enim debet quis pati quod rationes perue
niant ad manus deplorati qui poſſet eas conturbare.
ff.de in rem uer.l.quidam, ne forte de facili fierent ra
ſuræ uel cancellationes, uel ſuperadditiones, ut.ff.de
his quæ in teſta.del.l.j.ff.de fal.l.j.§. qui rationibus.
C.de teſta.l.ſi unus. Et ideo oportet ſcriptura eſſe ſub
fida cuſtodia extra de præſcr.c.ad audientiã. Cum igi
tur iſti codices ſint communes & M. intereſſit & cũ ipſa
ſit fida perſona, & magiſter intratarum Domini, indu
bitanter potuit recipere libros ad ſe pertinentes & ip-
ſos diligenter cuſtodire. Nam & ſi ſunt Domini eiuſdẽ
caſtri & unus recedit alter cuſtodire poteſt, ut. ff. de
fun.inſt.l.ſi ita.§.mulier uillæ cuſtos. Nemo enim te-
netur ius ſuum negligere, ut.ff.de pet.here.l.illud &
quod ſibi offertur, non debet refutare, ut.ff.de leg.iij.
l.iij.§.ſi rem & ſi media nocte offeratur, ut.ff.de feriis.
l.more Romano, &.C.de tranſ.l.non minorem. Dicet
aliquis rationes iſtæ multiplices: erant cãcellatæ, ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca



30 codex nõ erat communis. † Reſpondeo iſta ratio falſa
eſt, quia rationes etiam cancellatæ communes ſunt,
quia per eas probatur debitum hinc inde proceſsiſſe,
unde intereſt utriusq; partis:eas apparere tex. eſt nota
bilis in.l.fullo,§.fi.ff. de fur.facit. C. de cond. ſine cau.
l.diſſolutæ. C. de fide inſtr.l.ſi plures Apochis, in aut.
de mand. prin.§.publicorum. C. de apo. pub.l.j.C.de
diſcu.l.ne caſu lib.x. & iſta eſt ueritas, quod autem co
dices rationum fuerint bene cuſtoditi ex ipſorum pri-
ma lectione apparet, quæ prima figura eſt ſine omni
ſuſpitione, ut. C. de edic. diui.l.fi. Nam facies ſcripturæ
oculata fide oſtẽdit legalitatẽ, quod patet expr ſſe nõ
eſt probare neceſſe, ut. C. de fi.inſtr.l.comparationes,
&.ff.fin.reg.l.ſi per irruptionem.§.ad officium & relin
quere ſenſum & ire per ratiunculas eſt, infirmitas intel
lectus, ut aiunt duo luminaria, Philoſophiæ Ariſtote-
les & Auerrois, & per hæc clariſsime & pluſquam cla-
riſsime innocentia Milani apparet, contra mordentes
qui applaudunt quandoque uocibus, ſed mordẽt den
tibus curuato aculeo ut dicit Beatus Hieronymus, ſed
dicit Decretalis quod non eſt curandum quod oblo-
quatur iniquus, ſed quid ſentiant arbiter æquus. Huc-
uſque Bald. qui quaſdam alias dubitationes ſubiũgit,
quas nos hic conſulto omittimus cum ſupra in ea
parte in qua de ſtatutis uerba fecimus breuiter retule
rimus, & in hac parte nil addendũ iudicauimus. Cum
docte quidem & plene Bal. diſſeruit, ita uel nil niſi dicẽ
di facundiam defuiſſe putem, ſolum igitur quædam
alia ad hanc partẽ attinẽtia, ſummatim adnotabimus.

Sciendum eſt igitur frequenter euenire ut ſecuta ali
cuius decoctione uel conſanguinei uel amici decocto
ris in fraudem uerorum creditorum ſe creditores fin-
31 gant cum non ſint. † Vel ſi forte aliquando creditores
extiterint, et creditũ conſecuti fuerint, ad huc ſe in nu
mero creditorũ adiiciãt. Hi enim in crimẽ falſi incidũt
ut legitur et notatur in.l.ſi creditor. C. de falſ. et hoc
quottidianum in decoctoribus eſſe ſcripſit Ang. Are. in
pract. in uerſi. falſario, uerſi. quæro aliquis dictat. Item



falſus creditor hoc eſt, is qui ſe ſimulat creditorẽ ſi qd
acceperit furtum facit.l.falſus.ff.de fur.l.qm̃.ff.de co.
fur. ſũt et alij qui ex uoluntate decoctoris iura debiti
ſoluti extraneo cedunt ut cõtra creditores eius bona
32 defendãtur qui et ipſi falſi crimen nõ euitant, † quod
Sali. in ea.l.ſi creditor adnotauit. Sed et ſi quis cũ po-
ſterior creditor eſſet, cũ decoctore inito cõſilio, obliga
tionis diem immutauerit, in fraudem creditorũ pœna
33 falſi coercetur, † nec decoctoris uoluntas excuſationẽ
præbet.l.repetita.ff.de fi.inſtr. et notatur in nõ ſemel
relata.l.ſi creditor q̃ profecto et ſingularis eſt, et in de-
coctionib. memoria tenẽda, et uide.l.fi.C. de cri.ſtel.

Illud etiam uſitatiſsimum et pulcherrimum genus
fraudis tempeſtate noſtra tacendum non eſt, Solẽt ple
34 riq; et præcipue † Proxenete ſcientes aliquam faculta-
tibus labi lucri, cauſa alicui affirmare idoneum eſſe.
Vnde in hos de dolo malo iudicium dandum eſt, qui
aliũ lucri cauſa falsò laudãt ceſſat aũt de dolo actio in
eo qui nõ lucri cauſa idoneum aliquẽ affirmat, licet
falsò.l.elegãter.§.fi.et.ll.ſeq.ff.de dolo ma. Hoc am-
35 plius puto (quod nõ ſemel euenit.) † Si creditor alicu-
ius mercatoris ſe creditorem diſsimulans, alij idoneũ
eſſe affirmauerit, ut pecunia mutua daretur uel mer-
ces habita fide de precio uẽderẽtur, cũ ſciret facultati-
bus labi, et iam iam decocturũ et ex dictis rebus et pe
cunia creditis ſibi ſatisfieri procurauerit, hũc qui deci-
piẽdi cauſa laudauit falsò actionẽ, de dolo nõ euitare,
cõcedenda etenim eſt ei qui pecuniam credidit cõtra
affirmantẽ. Idq; propter dicta iura et legẽ ſeruus tuus
ff.eo. quam legẽ Bal. in hæc uerba in ſumma eſt inter-
pretatus. Qui fraudulẽter exhortatur actione de dolo
tenetur, etiã mouet me, quia nõ ſola eſt affirmatio ſed
decipiendi animus ex eo deprehenditur quod creditã
pecuniam receperit, et adde Acc. in.d.l. quod ſi cum
ſcires qui citando.d.l.ſeruus tuus idem ſenſiſſe uide-
tur. Adde etiam.l.ea quę.§.j.ff.de con.emp.l.in cau-
ſæ.§.j.ff.de mino, et quæ ſcripſit And. Tiraq. in com.
de ut.ret.pagi.771.nume.49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SVMMARIVM

## VLTIMAE PARTIS.

1 Dominorum & deponentium ſi extant depoſita in decoctionibus primo loco ratio habenda eſt.

2 Interpratatio ad. §. quoties in l. ſi hominem. ff. depo. & l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priui cred.

3 Depoſitarius ſi dominium tranſtulit quo ordine uocetur in bonis decoctoris. & ſi uſuras recepit priuilegium perdat, quod fallit in caſu legis qui nominibus. ff. de adminiſtra. tut. & de ratione.

4 Depoſitarij in bonis decoctoris ſimul admittuntur nec ordo inter eos ſpectatur, ſed ſatiſfieri debet pro rata, temporis prioritate non conſiderata.

5 Venditores mercium, an cæteris creditoribus hypothecam habentibus in ipſis mercibus uenditis præferantur, ubi, quod nõ niſi ſibi ſpeciali hypotheca in uẽditionibus præcauiſſet.

6 Pactum, quod res uendita ſit obligata ſufficit ſi in eodem inſtrumento poſt rei traditionem adijciatur.

7 Cautela pro uenditore cum de fide emptoris dubitat, ut in uenditione adijciatur rei uenditæ dominium non intelligi tranſlatum quo ad precium non ſoluetur.

8 Merces uenditæ ſi non extant, quod in alijs locum earum ſubrogatis non cenſeatur inducta hypotheca.

9 Contrahens cum mercatore non tamen ex eo, quod mercator ſit tacitam habet hypothecam.

10 Mutuans ad merces emendas caret hypotheca, & ſolum in perſonalibus habet priuilegium eſt enim ſpeciale in pecunia pupillari ad rem emendam, quod hypotheca competat.

11 In hypothecarijs creditoribus regula prior in tempore potior in iure procedit etiam ſi res hypothecata poſteriori tradatur.

12 Quæſtio notabilis in materia hypothecæ circa prioritatem.

13 Regula prior in tempore potior in iure procedit etiam ratione horæ, & ratione ordinis ſcripturarum, & ad id notabilis declaratio.

14 Promittens aliquem indemnem conſeruare non ſub conditione,



ſed per modum cauſæ ad diem obligatus cenſetur cum ſcilicet damnum paſſus fuerit.

15 Obligatio illa dicitur antiquior cuius dies antecedit licet altera ratione horæ alteram præcedat.

16 Creditores chirographarij omnes pro rata uocantur in bonis decoctoris temporis diuerſitate non conſiderata, et de ratione.

17 Hypothecarij creditores præferuntur niſi in fraudem hypotheca ſit adiecta, ut puta ſi a fugitiuo, et eo qui non ſoluendo eſt in debito etiam uero ſit addita.

18 Dictio pro rata quid ſignificet relatiue.

19 Priuilegia non ex tempore exiſtimantur, ſed ex cauſa, et ſi eiuſdem tituli fuerint concurrunt licet diuerſitas temporis in his fuerit.

20 Mercator qui in uarijs, et diuerſis locis habebat trafficum unius negociationis ſi decoxerit, quod creditores omnes nõ ſint confundendi, ſed ſeparatim in quocunque loco uocandi, in eo tamen quod ſupereſt alij admittuntur.

21 Mercator, qui duas negociationes exercuit, et ſeparatim habuit creditores ſi decoxerit, ſeparatim in qualibet negociatione uocantur creditores.

22 Lex procuratoris in. §. ſi plures. quæ loquitur in tributoria, & ſeruo, quòd in libero homine locum habeat.

23 Priuilegiarij, & hypothecarij creditores in tributum non uocantur.

24 Inſtrumenta negociationis illius contribui debent, & quomodo, quia plerunque apparatus ex merce ſunt.

25 Quæſtio notabilis ad diſcernendum, num una, uel plures ſint negociationes.

26 Interpretatio ad. l. procuratoris. in. §. ſi plures. ff. de tribu.

27 Banchum uulgare uerbum, quam interpretationem habeat.

28 Solutum a decoctore uni ex creditoribus, an poſſit ab alijs creditoribus reuocari.

29 Creditor anterior generalem hypothecam habens, an poſſit pecuniam ſolutam, & bona fide conſumptam reuocare a creditore poſteriori.

30 Priuilegiarij creditores habent ius reuocandi pecuniam ſolutam & bona fide conſumptam.

31 Hypotheca etiam in pecunia conſiſtit.

Universidad de Deusto Biblioteca

32 *Fortiora ſunt iura, quæ nobis facto noſtro quærimus, quàm ea, quæ a lege nobis conceduntur.*

33 *Vigilando quis ſuam conditionem meliorem non facit in tributoria actione, et idem quod in tributoria eſt in actionibus, quæ dantur occaſione negociationis.*

34 *Creditor a mercatore, qui decoxit, ſi ſibi uult ſatisfieri, debet præſtare cautionem ſe pro rata refuſurum, ſi alij emerſerint creditores, ſecus in alijs actionibus, quæ ratione negociationis non dantur, ſatisfieri enim debet his, qui primi ueniunt.*

35 *Cautio præſtita a creditore in exactione facit, ut uigilando ſuam conditionem meliorem non feciſſe dicatur.*



## QVI POTIORES IN BONIS DECOCTORVM HABEANTVR.

POSTQVAM Duce Baldo complures iuris articulos diſſeruimus & in hac ultima parte, ad iuriſconſultiſſimum Baldum, tanquam ad ſacram anchoram cõfugiemus. Nec enim nobis quærẽtibus, Dux magis expertus, magiſque ualens in propoſita quæſtione ſe offert. Igitur nil deſperandum duce Baldo, & auſpice Baldo. Verum quia licet docte non tamen clare & plene (ut quottidiana materia expoſtulat) diſſeruit, nos ut ſolemus, apertius, & plenius attingemus. Bald. enim in conſi. cccc. in libris theſaurariæ num. 2. lib. v. & in conſi. ccccxxxij. Caſus talis eſt, lib. j. diſputat & in. l. pro debito. C. de bon. aut. iud. poſ. ait in hæc ſeu ſimilia uerba. Mercator labefactata fide decoxit & aufugit, inſurgunt deponentes, & petunt depoſitum. Vẽdentes inſtant, & petunt pannos aut pretia. Hypothecarij ſe offerunt, & ſe præferendos aiunt. Vxores uero & Nurus dotium ſuarum cauſa ſe potiores inquiunt, concurrunt & alij pro extortis uſuris. Nonnulli pro furtis & inuaſionibus factis. Denique & alij ſimplices priuilegiarij eorum cauſam meliorẽ eſſe dicunt. Quæritur igitur quo ordine ſatisfieri debeat, quorũue cauſa
1 ſit prior Idem Baldus reſpondit. † Primo loco rationẽ habendam dominorum rerum, uerbi gratia deponentis, ſi extat depoſitum. ff. de priui. cred. l. ſi uentri. §. in bonis. Sed quia Baldus (ut uides) depoſitariorum cauſam plenius non attigit, ſed primoribus (ut aiunt) labris placet nobis plenius tractare. Sciendum eſt igitur duas leges prima ponte contrarias legentibus uideri,
2 ſcilicet. §. proxime relatum, † & §. quoties ſitum in. l. ſi hominem. ff. depo. Dicitur enim in. §. in bonis poſt priuilegia in bonis menſularij uendendis admitti qui depoſuerunt. At in. §. quoties legitur, quoties foro cedunt nummularij primo loco rationem haberi: depo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſitariorum,& ante priuilegia Accur. utrobique ſoluit,
uerum iudicio meo. Pau.caſtr. in citata.l. qui hominẽ
clarius rem explicat, quem addendo ferè in ſingulo
quoque capite referemus. Ait enim, ſi deponens do-
minium nõ tranſtulit quia in ſacculo forſan depoſuit,
& in re depoſita quæ extat, omnibus præferendus eſt
deponẽs, & quidẽ ante priuilegia realia & perſonalia.
Et hoc totum facit dominium quod eſt penes depo-
nentem, ut aliis præferatur.l. cum fundus. §. ſeruum
tuum, uerſi. quo ad peculiares. ff. ſi cert. pet. l. ſi filius-
fami. ff. eo.l. procuratoris. §. ſi plures, uerſi. ſed ſi dedi.
ff. de tribu. quibus adde legem, ſi uentri. §. in bonis ſu
pra citatam in illis uerbis, ſi tamen nummi extant uẽ-
dicari eos poſſe puto a depoſitariis, & futurum eũ, qui
uendicat ante priuilegia. Si uero dominium depoſita-
3 rius tranſtulit, † etiam ſi pecunia reperiatur in bonis
decoctoris, idem de ea quod de aliis bonis eſt iudican-
dum, quoniam in creditum abiit. d. §. ſi plures in uerſ.
ſed ſi dedi, & hoc caſu cum decoctione perſonali, tan
tum tractandũ ſit, ſiquidem deponens recipiebat com
modũ, ut puta uſuras eius cauſa potior, melior ue aliis
creditoribus non eſt, nec hic ſeparandus eſt a cæteris
aliis creditoribus, & merito aliud eſt enim credere,
aliud deponere. d. §. quoties, &. §. in bonis, ubi Angel.
inſtruit aduocatum, ut diligenter procuret libros mer
catoris eiuſdemque decoctoris inſpici, ut ſciat an uſu-
ras receperit depoſitarius, nec ne, & uide quod elegan-
ter idem Ang. ſcribit in cõſi. ccvij. Reperitur, in prima
dubitatione, ſed & his addes. l. lucius, &. l. diem ſpon-
ſaliorum in. §. j. ff. depo. & eundem Ang. in. l. priuile-
gia. ff. de priui. cre. uerſi. ul. concludere qui ait, ſic dictã
legem, die ſponſaliorum intelligendam, uidebis etiam
Bal. noſtrum in. l. ſi. C. dep. & Saly. ibidem in ult. quæ-
ſtione, inquiunt enim ratione dominij: ubi depoſita
reperiuntur depoſitarios præferendos, ſed ſi depoſita
non extant, quia de perſonali actione tractandum ſo-
lum eſt, depoſitarij cæteris diuerſam actionem ex titu
lum habentibus præferuntur, niſi ex eis aliquis uſuras



acceperit is enim priuilegium perdit, & ſimilis eſt aliis
creditoribus, quæ uera ſunt niſi aliquis ex aliis credi-
toribus potior ſit in priuilegio, ut in caſibus notatis ab
Accurſio in. l. ſi hominem, & quod diximus depoſita-
rios accipiendo uſuras priuilegium perdere, temperan
dum eſt, in caſu legis, qui nominibus. ff. de admi. tut.
& ratio temperamẽti illa redditur. quoniam in. d. l. du
plici de cauſa priuilegium conceſſum extitit, quia ſcili
cet depoſitarius, & quia pupillus. Vnde ſi una deficiat
depoſiti ſcilicet, alia remanet quia pupillus. §. affinita-
tis inſtit. de nupt. quæ ratio ex mente, et uerbis docto
rum eſt: ſubdit deinde Pau. ſed ſi uſuras deponens nõ
accipiebat & alij creditores erant qui hypothecas ha-
bebant, & hi ratione iuris realis præferendi ſunt. l. pro
curatoris. §. ſi plures uerſi. plane. ff. de tribut. l. pro de-
bito. C. de bon. aut. iud. poſ. Si uero alij creditores nõ
habebant hypothecam, nec priuilegium in perſonali-
bus actionibus & depoſitarius præfertur. l. ſi hominẽ
in. §. quoties in principio citata. At ubi priuilegium in
perſonalibus actionibus habebant, & ſiquidem impen
ſæ funeris, & hæc cauſa cum bona ſoluẽdo non ſunt,
pręcedit. ff. de relig. & ſump. fu. l. pen. Idem in aliis ca-
ſibus notatis ab Accur. in. d. §. qui hominem in uerſi.
depoſitariorum, ut illi creditores priuilegiarij præfe-
rantur, & ita intelligendus eſt. §. in bonis, dum dicitur
depoſitarios, poſt priuilegia admitti, & extra illos ca-
ſus deponentes admittuntur, ſicque intelligendus eſt.
§. quoties, in quo legitur ante priuilegia habendam ra
tionem eſſe depoſitariorum. Quibus addes Baldum &
Saly. in loco proxime relato. & eundem Bal. in conſil.
cclxxxij. in queſtio. Milani nume. 17. uolu. v. & Pau.
met. caſt. qui idem probauit, in conſi. cclxxxv. uiſis &
ponderatis, &c. nume. 4. in prima parte. Denique quã-
tum ad depoſitarios attinet, de quibus proxime dixi-
4 mus, illud quæritur, † utrum ordo ſpectetur eorũ qui
depoſuerunt, an uero ſimul omnium depoſitariorum
ratio habeatur & conſtat ſimul admittendos ut iuriſc.
ait in fine. d. §. quoties, & uide. l. ſeq. ſatisfieri ergo de-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bet cuilibet pro rata prioritate temporis, non conſi-
derata niſi (ut diximus) alter eorum uſuras receperit,
is enim habetur, ac ſi depoſiti titulũ non haberet, ut
Sali. probat, in. d. l. fin. quibus addes, Fran. Rip. in. d. §.
in bonis nume. 8. Illic enim ita ſcriptũ eſt. Nota quod
concurrentibus pluribus creditoribus. Hi qui gratis
crediderunt, præferendi ſunt fœneratoribus, etiam an
terioribus, ita hunc text. notauit Bald. in. l. fi. C. depo.
in fin. quinimo gratuiti creditores poterant ceſſa, ſibi
actione hypothecaria contra uſurarios quorum bona
ſunt tacite hypothecata debitori. pro uſuris extortis,
ut notatur per glo. & omnes in. c. cum tu, & in. c. tua,
de uſu. & per Alb. in. l. pro officio. C. de admi. tu. hy-
pothecaria agere, uel habito prætorio pignore, hæc il-
le qui alios citat, & quædam addit. Sed quoniam for-
ſan nimis generaliter locutus eſt, relatus enim Bal. lo
quitur in eo qui depoſuit, & uſuras recepit, ut priuile-
gium perdat, uidi alias iudicem uerbis prędictis, motũ
contra Iudæum (cui permiſſũ principis licebat fœne-
rarij) ſententiam dixiſſe, ut Iudæus qui pecunias ſub
uſuris crediſſet. Licet ſibi inſtrumento & hypotheca
cauiſſet, ratio tamen hypothecę, ſeu quod prior eſſet,
non haberetur. Benuenutus autem cõtra, mouit eum
l. lucius: ff. qui potiores, ubi quod is potior ſit, non tan-
tum fortis: ſed uſurarum nomine quæ acceſſerunt, &
ſcripſit Neg. in tra. de pig. in ſecun. mem. quinta par.
nume. 14. & iuris priuilegia facilius ammittuntur, quã
ea quæ quis facto ſuo, ſibi quæſiuit, ut infra dicemus
numero. 31. & ſeq. dicebat iuris interpretes ſecundum
relata loca intelligendos.

5 ✝ Nunc unde diuerterã ad Bal. redeo, Ait Bal. ſecun
do loco habendam rationem eſſe uenditorum merci-
um ſi merces extant, ideſt, merces ipſæ uenditoribus
reddendæ ſunt, tanquam pro precio eis ſingulariter
obligatæ, ſed ſi quo amplioris pecuniæ eſſent, id com-
modo aliorum creditorum cedere. ff. de actio. empt. l.
iulianus. §. offerri. Hæc Bal. cuius ſentẽtia exploſa eſt.
Si enim fuit habita fides de precio, & conſequenter



tranſlatum fuit dominiũ hipothecarii creditores præ-
feruntur, quoniam in creditum abierunt. l. procurato-
ris. §. ſi plures. uerſic. ſed ſi dedi. ff. de tribu. & ita rece-
ptum eſſe patet ex com. doc. in. l. ſi cũ dotẽ. §. fi. ff. ſol.
ma. & ex ſcriptis Negu. in tra. de pig. in. ij. mem. v. par.
nu. 13. & Franc. rip. in. l. ſi uentri, in §. in bonis. nu. 6. &
ſeq. ff. de priuile. cred. & uide, quæ plene ſcripſimus in
hoc ipſo trac. in. iij. par. uer. hic ſubiungi poteſt. nu. 31.
Et his addes Bal. noſtrum in. l. fi. C. commo. rectius ſen
ſiſſe, ubi quæſtionem hanc frequẽtem ait inter merca-
tores, & Pau. ca. in. d. §. ſi plures. Verum Salic. in ead. l.
pro debito ait Bal. ſententiam intelligi poſſe ubi uendi
tores ſibi conſuluiſſent, ut uenditæ res ſibi ſpecialiter
obligatæ eſſent, quod totum precium ſolueretur, quo
caſu uerum eſt uenditores creditoribus anterioribus
etiam hipothecas habentibus pręferri, & bene cenſuit
Sali. ut in. l. licet. C. qui pot. in pig. hab. & ſcripſit Fran.
cur. apud Alex. in. l. ſi cum dotem. in. §. fi. ff. ſolu. ma.
Adde Iaſon. in. l. qui Romæ. in. §. calimachus. nu. 5. ff.
de uer. ob. & ſcripſit Neg. in trac. de pigno ij. memb. v.
par. nu. 29. & ſeq. ubi etiam diſſeruit, num generalis hi-
potheca ſufficiat, & probat Iaſ. in conſil. cxj. uolu. iiij.
Matthæ. ab affl. deci. cccvj. uir & uxor. ſed idem Neg.
6 in eod. tract. in. iiij. par. nu. 55. belliſſime diſputat. ✝ Nũ
tale pactum, quòd res uendita ſit, obligata ſufficiat ſi
in eodem inſtrumento poſt rei traditionem adiiciatur,
& putat pactum adiiciendum, uel in initio contractus
ante traditionem, uel ſaltem in ipſa traditione, quòd ſi
non in initio contractus, nec in ipſa traditione rei, ſed
poſt traditionem adiiciatur aliis creditoribus anteriori
bus emptoris, eiuſdemque decoctoris non officeret,
quinimo eorum ratio priori loco habebitur, mouit eũ
præcipue. l. j. in. §. fi. ff. de reb. eo. cum. l. ſeq. item. l. li-
cet. C. qui po. in pig. hab. Item ait poſtquam quęſitum
eſt dominium emptori ſtatim ius creditoribus anterio
ribus hipothecas habentibus acquiritur. Vnde idem
uenditor pactum in præiudicium creditorum adiicere
non ualuit. arg. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & his

Universidad de Deusto
Biblioteca



addes, quæ plene præceptor meus Ludo.goz.ſcripſit
in conſi.xv.& conſi.ſeq. Licet autem non inſubtiliter
Neguſan.motus ſit. Carol.tamen Ruy.in cõſi.ccxiij.
col.v.nu.10.uol.j.& Cur.junior in conſi.cxlvj.& ſeq.
cõtra ſenſere, putant enim ſufficere ſi in eodem inſtru
mento pactum adiiciatur antequã contractus in mun
dum ſit relatus, quorum ſententiam æquiorem puto,
ac probabiliorem, & ex facto peritus, & prudens iudex
ſecundum hanc ſententiam iudicauit, & recte, & uide
7 bis Matth.ab affl.deci.cccvj.in fi.uir & uxor. † Cauti
us igitur egerit uenditor ſi cũ fide emptoris dubitabat
rei uenditæ dominium non trãsferat, quo ad precium
non ſoluetur. hoc enim modo poteſt, licet pactum ſim
pliciter adiectum in uẽditione, quôd dominium non
tranſeat ad emptorem non ualeat.l.cum manu ſata.§.
fi.ff.de contrahen.emp. & ſcribit Abb. in conſil.lxvj.
uiſo quodam lib.j.Deci.in conſ.cccxl.ſuperioribus.
& quid in hoc pacto ſcripſerit Matthæ.ab affl.deciſio.
cccxxxviij.nobilis.&c.ſi libet legito. & Andr.tiraq.in
com.de utroque ret.§.j.glo.ij.nu.34.uſque ad nu.37.
pag.xlviij.& ſeq.
8 † Subiungit idem Bal.in citata.l.pro debito. (ut ali
quando ad eum redeamus) ſi merces non extant, ſed
ſunt uenditæ, & aliæ loco earum ſubrogatæ uerius eſ
ſe puto hipothecam a iure inductam non eſſe, quia ſo
la res uendita eſt pro pretio obligata (quod reproba
uimus) non autem alia res empta ex pecunia inde re
dacta.ff.de in rem uer.l.quidam.ubi lex notabilis ual
de, & eſt ratio, quia pretium ex illa re redactũ non cen
ſetur obligatũ, ergo nec res, quæ ex eo emitur, & idem
in permutatione ubi ſpecies eſt in obligatione, ut non
ſuccedat alia loco alterius.ff.de uerb. ſig.l.labeo.&.l.
mater.C.de rei uend.Hæc ille.Placet ſententia Bal. ut
hipotheca inducta non intelligatur, & merito idẽ Bal.
9 in.l.procuratoris.in.§.ſi plures.ff.de tribu.ait. † Licet
quis cum mercatore cõtrahat, non tamen ex eo, quòd
mercator ſit, tacitam habet hipothecam, citat ea.l.ſeu
ſeq.uer.quid tamen.& Bal.ſentẽtiam probare poteris



ex his, quæ Bar.& alii iuris interpretes ſcripſere in.l.ſi
10 cum dotem.in.§.fi.ff.ſol.mat.ubi etiam inquiunt, † ſi
ad merces emendas pecuniam expreſſe aliquis mutua
uerit, & huic præferendum generalem anteriorem ha
bens hipothecam, quoniam qui modo prædicto mu
tuauit, caret hipotheca, ſolum enim in perſonali priui
legium habet, quo creditoribus perſonalem habenti
bus dumtaxat præferendus eſt.glo.in.l. quod quis.ff.
de priuil.cred.Bar.& Sali.in.l. interdum.ff. qui pot.&
ſcribit Neg.in tract.de pigno.in.ij.mem.v.part.nu.5.
& nu.13.in quo loco alios refert, & ita receptũ eſſe ait,
& idem Neg.tractauit in.iiij.mem.ij.part.nu.203.ſub
dens ius ſingulare eſſe in pecunia pupillari ad rẽ emẽ
dam, ut ſit tacite hipothecata, etiã cum priuilegio præ
lationis pro reſtitutione mutuatæ pecuniæ.l.idemque
ubi Bar.ff.qui pot.in pig.hab.Et quoniam inter hipo
thecarios creditores, quorum cauſa ſit prior Bal.non
diſſeruit, nos etiam conſulto omittemus, & quia plene
quidem, & non ineleganter tractauit Neg.in tract.ſuo
de pigno.& hipo.maxime in.ij.mem.v.par. pauca ta
men ſubiiciemus.
11 † Et illud primum, quod durum mercatoribus uide
tur, regula illa in hipothecis, qui prior eſt in tempore,
potior eſt in iure, ut in reg.qui potior.de reg.iur.in.vj.
locum etiam habet ſi creditori poſteriori res hipothe
cata tradatur, adhuc enim prior eſt potior.l.ſi prior.§.
fi.ff.qui po.quod & Neg.adnotauit in eod.trac.ij.me
mo.v.par.nu.7.quod nota. Vidi enim aliquando mer
catores poſteriorem creditorem cui res tradita eſt, po
tiorem facere quodam colore, quòd poſterior non cre
didiſſet pecuniam, niſi pignore ſibi præcauiſſet.
12 † Ex facto etiam quæſtionem in decoctione Bene
dicti ab Auria agitatã audi, cum Benedictus mille ſcu
tos Nicolao deberet, obligauit ſe Titius Calend.Mar
tii, & quidem in forma ualida, ſi Benedictus infra octo
menſes non ſolueret in præſtituto die de ſuo ſoluere.
Eodemque die Calend.Martii, & incontinenti Benedi
ctus Titium indemnem ſeruare promiſit, & quidẽ ſibi

Universidad de Deusto
Biblioteca



cauæ Titius inſtrumento adiecta bonorum omnium
hipotheca,dictoque die Calend. Martii,diuerſa tamẽ,
ac poſteriori hora coram eodem tabellione idem Be-
nedictus ex cauſa ſe obligauit Gellio ad ſummam ſcu
torum quingẽtorum ſimiliter inſtrumento,& hipothe
ca in eo adiecta , ac dilatata ſolutione ad octo menſes
tractatum fuit,cum Benedictus in die dicto octo,ſcili-
cet,menſium Nicolao mille non ſoluiſſet,& idem Ti-
tius longe poſt præſtitutum diem octo menſium Nico
lao de ſuo ſoluiſſet,uter potior in bonis Benedicti de
13 coctoris habendus eſſet. ✝ Dicebat Titius ſe potio-
rem,quoniam prior in tempore potior in iure ( ut pro-
xime diximus ) quæ regula procedit etiam ratione ho
ræ,ut notatur in.l.ſi pluribus.in.§.fi.ff.de ſolu. & ſcri
bit plene Soci.in.l.ij.nu.xj.& ſeq.ff.ſolu.ma. & Marſi.
ſing.cccxix.hora.&c.Deci.in conſi.clxix.& diligenter
&c.col.fi.Probabat etiam eius ſentẽtiam Titius ex or-
dine ſcripturarum,conſtabat enim ex libro tabellionis
ſe priorem in ordine,& citabat Ang.in aut.de hære.&
fal.§.etenim dixiſſe ſi in eodem inſtrumẽto bona ſunt
obligata primo Scio deinde Gaio hipothecam Gaii po
ſteriorem eſſe propter ordinem ſcripturæ,&, ut inquit
Bald.in.l.aduerſus.C.de fur.prior eſt in tempore, qui
potior eſt in ordine ſcripturæ,citabat etiam.l.quoties.
ff.de uſuf.&.l ſi quis ex argẽtariis.§.initium.ff.de edẽ.
& quæ ſcripſit Felin.in.c.paſtoralis. nu.7.& ſeq.de re-
ſcrip.et Neg.in tract.de pigno. in.iiij.mem.ij.par.nu.
125.et Matth.ab affl.deci.cclxxxvij.ſi uno.&c. Adde
bat etiam Titius Benedictum,qui eum indẽnem con-
14 ſeruare ✝ promiſerat, non ſub conditione obligatum
cenſeri,ſed per modum cauſę ad diem,cum damnum
paſſus fuiſſet,ut eleganter ſcripſit Alex.in conſ.xxxij.
uol.iiij.et Deci.in conſil.Dlj.plene,et ſubtiliter.nu.7.
Vnde retrotrahitur obligatio.l.qui balneum. et.l.po-
tior.ff.qui po.in pig.hab.et ceſſat propterea illa inſpe-
ctio,an ſit obligatus ſub conditione ex caſu,uel mixta
uel poteſtatiua potius, quæ non retrotrahitur, in quo
iuris articulo ſcripſit Neg.in non ſemel relato tract.in



ij.mem.v.par.nu.17.

Ex contrario dicebat Gellius ſuã cauſam meliorem
cum dies obligationis indemnitatis promiſſæ a Bene-
dicto Titio tunc uenerit , cum Titius damnum paſſus
extitit,cum autem proponatur,& cõſtet Titium dam-
num paſſum poſt diem obligationis ſuæ merito ſe prę
ferendum,probabatque,ac ſe defendebat,&.§.fin.qui
incipit Lucius ſito in.l.ſi pluribus.ff.de ſolu. & autori
15 tate clariſſ.iuriſconſulti Pau.ca.eo.in loco,✝ qui ait,il-
lam obligationem dici antiquiorem cuius dies antece-
dit,licet altera ratione horæ alteram præcedat,& Iuriſ
conſ.id dixiſſe aſſeuerabat,eod.in loco,& conſequen-
ter declarabat, quod dicitur creditorem ratione horæ
priorem eſſe,temperandum locũ non habere,ubi dies
poſterioris obligationis antecederet. Nec mouere quẽ-
quam debere ſi quiſpiam diceret in eodem creditore
Iuriſconſ.in.d.§.lucius, locutum eſſe. Nam ex uerbis
Iuriſcon.& Paul.aperte colligi aſſeuerabat, illam obli-
gationem antiquiorem cuius dies antecedit,cum ergo
dies obligationis ſuæ anteceſſiſſet merito ſui primo lo-
co rationem habẽdam eſſe . Idemque Gellius dicebat
non referre in perſonali obligatione Iuriſconſ. loqui,
quoniam hipothecaria actio perſonali accedit,idem er
go debet eſſe iudicium,ut in reg.acceſſorium. de reg.
iur.in.vj.& probatur in.l.ij.& his,quæ ibidem iuris in
terpretes ſcripſere.C.per quas perſo.nob.acquir.item
ex his,quæ ſcripſit Bar.in.l.ſolutum.§.per liberam.ff.
de pigno.actio.& quòd naturam principalis obligatio
nis ſequatur ſcripſit plene Neg.in.d.trac.in.iiij.mem.
ij.par.nu.62.

Pronunciauit iudex titium priorem,& potiorem, in
bonis Benedicti decoctoris. Hæc iudex aut titij aduo
cati his quæ non inſubtiliter, in iure propoſuit, Gel-
lius reſpondere. Lector igitur cogita : & quædam alia
quæ ad hypothecarios creditores attinent , attigimus
in ea parte in qua de contractibus diſſeruimus.
16 ✝ His igitur cognitis ad Baldum redeo , Ait Baldus
ultimo loco omnes chirographarios uocari , pro rata

Universidad de Deusto
Biblioteca



non conſiderata in his temporis diuerſitate, quia lici-
tum eſt debitori, per cumulum creditorum facere de-
teriorem cauſam priorum creditorum, neq; dominiũ
neque hypothecam, neque priuilegium habentium.
ff. de ſepa. l. j. §. ex contrario, & hæc eſt ratio quare in
chirographariis creditoribus non conſideratur tẽpus,
quam rationem tene memoria. Hactenus Bald. cuius
rationem probare poteris, ex his quæ ſcripſit Ancara.
in conſi. cj. ex predicto themate, &c. & ex eo conſilio
Fran. P. inter conſilia Soc. num. 76. uol. iiij. quos Neg.
retulit in dicto tract. in quarta parte, num. 51.

In ſumma ex uerbis Baldi, in. l. pro debito, & quem
ad uerbum etiam retulit, Petr. ubal. in tra. de duobus
fratribus in octaua parte, nume. 32. collige rerum do-
minos cæteris præferendos, poſt hos hypothecarios
admitti quia hypotheca rem ſequitur. l. reſcriptum. ff.
de pac. l. diſtractis, & l. pignoris. C. de pigno. & quia cre
ditores ſibi magis conſuluerunt, unde fortius ius ſibi
acquirunt. §. furti inſti. de obli. quæ ex delic. & inquit
Ange. in. l. priuilegia. ff. de priui. cre. quod etiam in his
bonis procedit quę a chirographariis creditoribus pro
uenere (ut diximus) & probatur in. l. procuratoris. §. ſi
plures, uerſi. quid tamen. ff. de tribu. & probat Pau. in
conſilio. cccxv. uidetur dicendum in prima parte. Sed
17 † quod diximus hypothecarios præferri. uerum qui-
dem eſt, niſi in fraudem creditorum, decoctor ſe debi-
torem cum hypotheca conſtituerit, ut ſcribit Baldus,
in conſi. ccccxxxij. Caſus talis eſt, uol. j. tractat enim
Baldus de eo qui poſtquam aufugit, ſe debitorem ali-
cuius cum bonorum obligatione conſtituerit, & ratio-
ne bonæ ſummæ, & quia a fugitiuo obligatio facta ex
titit, etiam ſi uerus debitor fuiſſet, cum debitor nõ ſol-
uendo erat, in tributum cum aliis uocari ait. Et illud
placet adnotandum, quod in fine conſilij idem Bald.
ſubdubius de prælatione ait non eſſe admittendum:
quod ſtatim oſtendemus. Hypothecarios autem priui
legiarij creditores in perſonalibus ſecuntur. l. ſed an
hic. ff. quod cum eo. l. ex facto in fin. ff. de pecu. ff. de



iur. fiſ. l. deferre. §. fin. Poſtremo reliqui creditores ha-
bentes perſonalem ſine priuilegiis in tributum uocan
18 tur. † Tributio autem fit pro rata eius quod cuiq; de-
betur, Idque & ratione Baldi, & addo ſingularem le-
gem Procuratoris in. §. ſi plures, cum. l. ſeq. ff. de tribu.
& Pau. caſt. in conſilio. cclxxxv. Viſis & ponderatis, in
prin. & colum. fin. uolumi. j. & poſtquam de nomine
pro rata meminimus, uide quid de eo ſcripſerit And.
Tiraq. in com. de ut. ret. §. xj. glo. viij. pagina. 519. Verũ
quia Baldus, de priuilegiariis creditoribus non diſſer-
uit, nos etiam miſſam hanc quæſtionem faciemus, &
illam de dotibus. Tum quia aliqua attigimus, Tum
etiam quia extat titulus de priuil. cre. in qua præcipue
uide legem priuilegia, & quæ ibidem Accurſius & An-
gelus notarunt, & plenius Fran. Ripa. ad quem confu-
19 gies, & ſumme regulam, † ex illa lege priuilegia perſo-
nalia, non ex tempore exiſtimari, ſed cauſa & ſi eiuſdẽ
tituli fuerint concurrunt, licet diuerſitas temporis in
his fuerit, & de priuilegio mutuantiũ in refectionem
edificiorum ſcribit Decius poſt alios in. l. creditor. ff. ſi
certum pet. De dotibus etiam ſunt, qui plene, & ele-
ganter ſcripſerint.

Reliquum eſt, ut quædam ſingularia in decoctioni-
bus mercatorum referamus, quæ una cum Paul. caſt.
ex eleganti & ſingulari. l. procuratoris. in. §. ſi plures
uſq; in fin. & legibus ſequentibus colligemus, & illud
primum quæro, mercator quidam in uariis & diuerſis
20 locis habebat tabernas, † ſeu menſam eiuſdem nego
ciationis, & (ut noſtri recentiores iuriſconſulti dicunt)
Apothecas & traffigũnt puta Anconæ, Romæ, & Flo-
rentiæ, deinde labefatata fide decoxit. Num credito-
res omnes, & qui Romæ, Anconæ, & Florentiæ con-
traxerunt confundendi, ſeu commiſcendi erunt, & in
tributum uocandi, uel ſeparatim, & ait Paulus ſepara-
tim uocandos, ideſt creditores: qui Romæ contraxe-
runt, non ſunt audiendi in bonis exiſtentibus Floren-
tiæ, quo ad integre non fuerit ſatisfactũ creditoribus,
qui Florentiæ contraxerunt, ſolũ enim audiendi ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



in bonis quæ Romæ ſunt, ſi tamẽ ſolutis creditoribus,
qui Florentiæ contraxere aliquid ex bonis, quæ Flo-
rẽtiæ ſunt, ſupererit id quod ſupereſt, creditoribus Ro
mæ tribuendum eſt. ff. de mili. teſt. l. ſi certarum in ſi.
& in prin. & hoc ait Pau. probari in prin. illius. §. uſque
ad uerſi. plane &c. in quo loco prius Ange. notauerat,
ſed his adde in eodem prin. §. prædicti probari, ſi mer
21 cator duas negociationes exercuiſſet, ┼ puta ſagariam
& linteariam, & ſeparatos habuerit, creditores in di-
ctis mercibus, ſeparatim eos in tributum uocari, & illa
ratio in prædictis redditur, quia unuſquiſque creditor
magis merci quam mercatorum credidit, & ne ex alte
rius re, merce ue alij indemnes fiant, alij damnũ ſen-
tiant, & conſequenter ex his nota legem illam loquen
tem in tributoria & in ſeruo, & in libero locum habere
quod & Guig. relatus a Paulo caſt. ſenſit & probauit,
Ang. Are. in. §. introduxit in quinto notabili & in fi. in
ſtituti, quod cum eo. & idem ex facto cõſulto, placuit
Paulo noſtro ut patet in conſi. cclxxxv. Viſis & pon-
deratis, in prima parte, qui id diſputando declarat. Ve
rum non me latet Raph. cum. acutiſſimi ingenij, uirũ
in conſi. clxxij. Titius & Seius: contra ſenſiſſe. Ait. n.
fuiſſe conſultum. §. ſi plures loquentem in ſeruo, & in
libero locum habere, propter rationem textus, & ſic
creditores, qui ratione unius negociationis contraxere
non concurrent, cum cõtrahentibus ratione alterius.
Nec obſtare dicebat. ff. de admi. tut. l. inter tutores, &
quod notatur. C. de compen. l. j. quia licet fiat compẽ-
ſatio debiti, & crediti ex diuerſis negociationibus in
præiudicium debitoris, non tamen in prẹiudicium cre
ditorum eius. Putat tamen, idem Raph. §. ſi plures lo-
quentem in ſeruo, ad liberos homines, non eſſe trahẽ-
dum. Mouet eum quia non legitur, iure cautum pri-
uilegium dari creditoribus, eo quod contraxerunt
ratione diuerſæ negociationis, cum æs alienum uni-
uerſas facultates imminuat, & totum patrimonium re
ſpiciat. ff. de iudi. l. fideicõ. in. §. tractatum. Nec ſubdit
reperiſſe, hanc eſſe iuſtam cauſam interpretandi, ſepa-



22 rationẽ ┼ ſi diligenter inſpiciatur titulus. de priui. cre.
& de ſepa. & addit. §. ſi plures loqui in tributoria quæ
propter ſciẽtiam dominij datur, ut uocetur in tributũ
quod ex ea merce. &c. ff. de tribu. l. proc. §. per hanc, &
ſic ſolum cum agitur tributoria, ideſt ut dominus uo
cetur in tributum. Nam cum ratione domini illius, ne
gociationis, cuius cauſa cõtraxit, ſequitur quod etiam
inter eos fit illa ſeparatio, quia dominus unicuiq; eorũ
præfertur, in diuerſa negociatione ex cõcurrit, cũ quo
libet eorũ, in eadẽ negociatione, ubi ergo nõ ageretur
tributoria, ſed ſimpliciter de peculio uel de in rẽ uerſo
tunc nõ fit illa ſeparatio, ut. l. pe. eo. ti. ex quo apparet
quod in libero, ubi nõ agitur tributoria ſed ſimpliciter
ratione crediti non habet locum. Item nec ratio illius
§. ſi plures habet locum in libero, ut quaſi uidetur ſcri
pſiſſe ibid. Guig. cũ magis uideatur credi perſonæ. Sed
in ſeruo bene habet, locum propter naturam tributo-
riæ, quæ eſt ratione illius merces, & domino ſciente,
ſubiicit etiam nonnullos citaſſe. l. ſi cum militi in prin.
ff. de compen. &. ff. de teſt. mil. l. ſi certarũ. §. j.; de ſepa.
l. j. §. ſi filij, quæ nihil faciunt, ſi bene intelligant: pro-
pterea quæ ſe ſcripſiſſe, ait in. d. l. ſi certarũ, & in. d. §.
ſi filij. Hæc Raphael in uerba ſupraſcripta, Ego autẽ a
Paulo Ange. Guig. & Ange. Aret. inter iuris præcepto-
res enumeratis diſſentiendum nõ putaui, qui. §. ſi plu-
res in ſeruo & tributoria loquentem, & in libero locũ
habere ſenſerunt, ſecundum ea quæ ſupra retulimus.
Nec moueat quod Raphael non inſubtiliter dicebat.
Et primum quod ait, non eſſe iure cautũ priuilegium
dari creditoribus, ex eo quod ratione diuerſæ negocia
tionis cõtraxerint eum, æs alienum uniuerſas faculta-
tes reſpiciat, eſt enim conſiderandum hic nullum eſſe
priuilegium, ſed ex bono & æquo ac optima ratione
inductum eſſe, ut creditores ſeparatim in negociatio-
nibus quarum cauſa crediderunt, uocentur. Vnde ad
exemplum tributoriæ, æs alienum totum patrimoniũ
nõ reſpicit, cũ mercis &c. & hæc eſt iuſtiſſima cauſa, ut
negociationũ nõ fiat confuſio. Non eſt ergo curandũ,

Universidad de Deusto Biblioteca



ſi in titulo de ſepara. Non legatur. Accedit quod ex de
creto prætoris ſeparationem impetrare fruſtra eſt, cũ
ſeparationes negociationũ ipſe mercator prius fecerit.
Nec etiã moueat, quod dicebatur, cũ agitur tributoria
dominum uocari in tributum, ſed ubi agitur de pecu-
lio, uel de in rem uerſo nõ fit ſeparatio, ex quo ſubdit
apparere, quòd ubi non agitur tributoria, ſed ratione
crediti ſeparationem ceſſare. Sciẽdum eſt enim ubi do
minus conuenitur de peculio priuilegium habere, ut
æſtimatio peculii fiat deducto eo, quod ſibi, hisque
qui in ſua poteſtate ſunt, debetur, ut inquit Iuriſcon. in
l. j. ff. de trib. ubi etiam Accur. notauit, quod prætor ſu
ma æquitate moderatus eſt, excipiendo caſum quãdo
ſeruus in peculiari merce, ſciente domino, negociatur,
erat enim periniquum, quòd ille, qui cum ſeruo in illa
merce, ſciente domino, negociaretur domino poſtpo-
neretur, ideo prætor illam actionem introduxit per
quam dominus in tributum cum cæteris creditoribus
uocatur, qui cum ſeruo illius mercis cauſa contraxere
& ex quacunque cauſa ſibi debeatur, ut ſcribit Aret. in
§. introduxit. inſti. quod cum eo. Nec propterea ſequi-
tur neceſſario ubi non agitur tributoria ratione crediti
ceſſare ſeparationem, ſeparatio enim inducta eſt, quia
ſeparatos habuit ſeruus creditores in negociationibus
& æquitas, ac ratio naturalis ſuadet, unumquẽq; uoca
ri in illa negociatione in qua credidit, quod Iuriſc. in-
nuit in. d. §. ſi plures. in illis uerbis, æquiſſimum puto
ſeparatim tributionem faciẽdam ne ex alterius re, mer
ce ue alii indemnes fiant, alii damnum ſentiant. Deniq;
nõ refragatur, quod dicebatur, illam rationem locum
habere in ſeruo, non autem in libero propter tributo
riæ naturã. Tum quia ratio illa generalis eſt, tum etiã
quia & libero conuenit. Vt enim in ſeruo ſecundum
ſeparatas negociationes, qui ſeparatim credidere ſepa-
ratim uocari ſtatutum eſt, cur diuerſum in libero ſtatu
endum ſit, non uideo. Quia uerum eſt magis merci, &
illi negociationi, quàm perſonæ mercatoris creditum,
ratione enim illius negociationis, præcipue contraxe-



re, & de qua ratione meminit Accur. in. l. ſi. ff. de noui
opc. nun. Et hoc quàm ſingulare, quàmque quottidia-
num ſit, nemo eſt profecto, qui neſciat, qui in foro uer
23 ſatus ſit. Huic tamen rei quædam adnotãda ſunt. ✝ Et
illud primum, priuilegiarios, & hipothecarios credito-
res in tributum non uocari, his enim ius pignoris ſal-
uum eſt, & illis priuilegium, ut in uer. plane. ea. l. procu
24 ratoris. & no. Are. in. d. §. introduxit. ✝ Deinde & illud
inſtrumẽta negociationis illius cõtribui debere, quod
æquiſſimum eſt, quia plerunque apparatus ex merce
ſunt, ut idem Iuriſcon. ait in citata. l. procuratoris. §. ſi
propter mercem. & ſcripſit Ang. in loco proxime rela-
to. Poſtremo adiiciendum eſt, quod ex facto conſulto
placuit Pau. ca. in relato conſi. cclxxxv. uiſis. par. j. de
25 eo enim quæritur apud eum ✝ quidam nummularius
ſeu mercator menſam nũmulariam exerceret, ſeu in
permutandis pecuniis uerſaretur, & duos libros ratio-
num conſcripſiſſet, alterum in quo creditores menſæ,
& illius negociatiõis deſcripſiſſet, alterum uero in quo
generaliter omnes creditores adnotaſſet, Num quia co
dex menſæ nummulariæ publice tenebatur, alius ue-
ro clã, & libro menſæ maior fides habenda erat, quàm
alteri libro mortuo mercatore, ſeu nummulario in bo
nis eius creditores deſcripti in libro nummulariæ men
ſæ aliis potiores ſint? Et ex his, & quibusdam aliis, quę
proponebantur omnes confundendos, & in tributum
uocãdos probat, nec creditores nummulariæ negocia-
tionis audiendos eſſe ait, ſi potiores in illa menſa, & re
bus eiusdem dicant, & tanquam ſeparatos creditores
in ſeparata negociatione. iuxta non ſemel relatum. §.
26 ſi plures. ✝ Ait enim hoc admittendum quando credi
tores, qui in alio libro notati erant in negociatione ali-
qua diuerſa a negociatione menſæ nummulariæ credi
diſſent. Vbi enim duas negociationes, quis exercet cre
ditores cuiuslibet negociationis magis negociationi,
quàm perſonæ credere cenſentur. At ubi quis negocia
tionem unicã exercuit, creditores, qui extra illam ne-
gociationem contraxerunt, concurrunt, & in tributum

Universidad de Deusto Biblioteca



uocantur,cuius rei illam rationem reddit, quia hi, qui
extra negociationem menſæ contraxerunt non merci
ſeu negociationi alicui credidiſſe exiſtimandi ſunt,ſed
perſonæ. Vnde contraxerũt non tam ratione menſæ
nummulariæ, quam rationum totius patrimonij , &
uniuerſarum facultatum declarat, etiam Pau.caſt.uul
gare illud uerbum Banchum quam interpretationem
habeat,& uide in ſimili,queſt.Bal,in conſi. cccl xxxij.
27 in quinta par. ✝ Et hæc non quidem uulgaria ſunt,
ſed ſingularia conſideranda & notanda ad declaratio-
nem prædictorum,&.d.§.ſi plures.

Nouisſime prętermisſis, aliis quæſtionibus:quas eo
dem in loco diſſeruit Paulus,ad propoſitę materiæ ple
niorem cognitionem,reique de qua diſputatur finem,
neceſſaria eſt illa inſpectio, & generaliter quærere.Nũ
quod uni ex creditoribus eſt ſolutũ, quod decoctore,
28 alius creditor reuocare posſit. ✝ In quo iuris articulo
quoniam loca doctorum ſunt , in quibus plene hæc
quæſtio tractatur,ſat eſſe duxi loca ipſa referre tractat
igitur Bar.plena & eleganti diſtinctione , poſt Iaco.de
Arc.in.l.pupillus.ff.quæ in frau.cre. ubi Ang. plenius
rem explicat,& bellisſime ſcripſit Io.And.apud ſpecu.
ſub rub.de ob.& ſolu. uerſi.ex quo uidimus de ſolu-
tione facta,uni ex duobus reis, & Sali.in.l.pecuniam.
C.de priu.fis.doc.in.l.ſi.in.§.& ſi præfatam,ubi Alex.
ſub nume.8.C.de iur.deli.quibus addes Ang.in cõſil.
ccvij.Andreas Segnini,Pau.caſt.in conſi.clxxix.uiſo
puncto,in ſecunda parte,& uidebis Neg. in trac.de pi
gno.in ſe.mem.quintæ partis, nume.38.& in ſecundo
mem.tertia par.nu.27.& plene,Mat.ab aff.deciſi.cxc.
pulchrum dubium &c. qui cum quæſtionem quotti-
dianam,& in citatis locis : diſputatam copioſe referat,
& nos breuiter referemus, De eo enim quæritur apud
29 eum.✝ Num creditor anterior hypothecam,ex inſtru
mento generalem habens , pecuniam poſteriori credi
tori ſolutam , & bona fide conſumptam , posſit ab eo
reuocare,& ait Regio nomine, ſententiam dictam hy-
pothecariam priori creditori non competere,& conſe-





quenter conſiliarios ſenſiſſe , quod ſolutum , & bona
fide conſumptum reuocari non poſſe, & quantum cõ-
iicio conſiliarios mouit.l.pupillus.ff.quæ in frau. cre.
l.ſi non expedit.ff.de bonis aut.iud.pos.Et illud præ-
cipue quia abſurdum eſſet , reuocationi locum eſſe.
Finge enim ait Afflic.plures creditores unius decocto
ris eſſe,& debitorem eumdemque decoctorem ſecun-
dis creditoribus ſoluiſſe, dum fides eius erat integra,ſi
prioribus creditoribus agendi , contra ſecundos , qui
exegerunt , ius eſſet totus mundus litibus uexaretur,
& mercatores,quodammodo commercio priuarẽtur,
& in hoc uerſatur ſacri conſilij æquitas. Idem ſubiicit
glo.in.l.pecuniam.C.de priuil:.fis.loqui in creditore
30 priuilegiario,✝ & ſimiliter Bar.& creditoribus priuile-
giariis , ius reuocandi eſſe concedit ( nec enim negare
poterat ) ut.l.ſed an hic.ff. quod cum eo.l.ex facto.ff.
de pecu.&.ff.de iu.fis.l.deferre.§.ſi.hæc ille.

Sed licet Neapolitani conſilij , ratio & autoritas me
magnopere mouerit,non tamen a Io.Andr.& cæteris
legum prudentum uerticibus diſſentio eſt, enim a fre
quentioribus receptum in facto propoſito,quod ſolu-
tum eſt,reuocari poſſe, & meo quidem iudicio,l.clara
ſancitum eſt,ut patet in.l.ſi.§.& ſi præfatam uerſi.ſin
uero creditores,& uerſ.ſeq.C.de iu.del.Et animaduer
tendum eſt,ubi pecunia conſumpta eſt,non de hypo-
thecaria actione (ut Aff.ait) tractandum eſſe. Tunc.n.
cum pecunia extat, quia in pecunia etiam hypotheca
31 conſiſtit, ut.ff.qui pot. in pig.hab.l.idéq;.✝ in ſi.ff.de
pig.l.ſi fundus.§.in uẽdicatione, hypothecaria agitur
ubi dicitur idem iuris eſſe , ſi dolo deſiit posſidere. At
ubi (ut in propoſita.q.) bona fide pecunia conſumpta
eſt,conditione ex.l.agendum eſt,uel in factũ actione,
ut in.d.l.ſi.§.& ſi præfatam,et.l.deferre in.§.fin.ff.de
iu.fis.et.d.l.pecuniam cum gl.quæ certam hanc inter
pretationem habuit.Et hoc ubi cautio non eſſet inter
poſita,ex illa enim agẽdum eſſet,ut Saly.ait in.d.l pe-
cuniam,et notauit Accurſ.in.d.l.ſed an hic, et de qua
cautione ſtatim dicemus.Nec mouere quẽquã debet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



l.pupillus,et.l.ſi non expedierit,clarum eſt.n.non re-
fragari huic ſententiæ idque ex ipſarum lectione,et in
terpretationem illã habent quã ex relatis locis lector
colliget. Minus etiã moueat cõſiderata ęquitas a ſacro
conſilio,quia abſurde hoc conſtitui uidetur,ut reuoca
tioni ſit locus,quoniam non eſſet finis litium. Nã lex
in creditoribus priuilegiariis aperte ſtatuit, ergo non
eſſe abſurdum patet. Et ſi quis adhuc abſurde hoc cõ
ſtitui putet,cogitet longe abſurdius eſſe conſtitui credi
toribus qui ſibi hypothecis præcauerunt,non etiã con
ſultum,ut in ſimili iuriſconſult. inquit,in.l.ita uulne-
ratus.§.quod ſi quis.ff.ad.l.acqul. Accedit quod bene
eſt creditoribus hypothecariis cõſuli ut reuocare poſ-
ſint, quoniam his qui habent priuilegium conceſſum
extitit,& hypothecarij creditores (ut diximus) priuile
giariis præferuntur, et fortiora ſunt iura,quæ nobis fa
32 cto noſtro q̃rimus, ✝ quàm ea, quæ a lege nobis tri-
buunt.§.furti inſti.de obli.ex deli.et no. Ang.in.l.pri-
uilegia.ff.de priui.cre.et probatur in.l.quod principi,
et in.l. Auguſtæ.ff.de leg.ij.in.l.ſi filius.§.erit rubria-
no.ff.de fide. liber. Vnde quæ ſingulari iure conceſſa
ſunt,facilius quàm ea quæ cõmuni iure inducta ſunt,
tollũtur.l.militis codicillis.§.militia,miſſus.ff.mil.teſt.
et his quæ proxime diximus,adde Bal. Nouel.in trac.
de dote in.x.par.nu.1.et Aym.cra.in conſi.cxxxv.nu
me.28.uerba decreti &c. Quod aũt dicitur, extra priui
legia et hypothecas creditorem, uigilando meliorem
conditionem ſuã facere, et occupantis meliorem cau-
33 ſam eſſe ✝ ſecundum diſtinctioné Bar.in.d.l.pupillus
et cæterorum in relatis locis ubi debitor ſoluẽdo non
eſt,in tributoria actione locum non habet nõ.n. uigi-
lantium et occupantium melior eſt cauſa,ſed oẽs cre-
ditores cõcurrunt,et in tributũ uocãtur priuilegiariis,
et hypothecariis exceptis.l. procurato.§.fi. et.l.ſeq.ff.
de tribu.et Pau.caſt.in.d.§.ſi plures idé quod in tribu
toria dicendũ ait, in actionibus quæ dãtur occaſione
negociationis.ut nõ ſit melior cõditio occupantiũ cu-
ius rei illa ratio redditur, quia magis merci quã pſonæ



crediſiſſe cenſentur,et probat Are.in.d.§.introduxit.
& ex alia ratione Guiglielmi ſubiicit. Idem Paulus in
decoctoribus mercatorũ, omnes creditores ad omnia
bona nõ uocari,ſed quemlibet ad ſuam negociationẽ
quod nõ eſt in aliis creditoribus, qui ratione negocia-
tionis,ſeu mercis non contraxere,hi.n.in quibuscũq;
34 bonis audiendi ſunt, ✝ & propterea in decoctionibus
mercatorũ iure,prouiſum eſt, ſi creditor a mercatore
qui decoxit ſibi ſatisfieri petat. quoniam fieri poteſt,
ut alius quoq; uel alij exiſtere poſſint, creditores ut
puta cõditionale debitũ immineat, uel in occulto ſit,
creditori petenti ſibi debitum non ſoluatur, niſi præ-
ſtita cautione,ſe pro rata refuſurum,ſi alij emerſerint
creditores quoniã (ut diximus)non eſt melior cõditio
occupãtium,ſeu uigilantium. Idq; ratione mercaturæ
& negociationis receptũ eſt, quando creditores magis
merci quàm pecuniæ credere cẽſentur. Cũ regulariter
in aliis actionibus, quæ ratione ſeu occaſione negocia
tionis non dantur creditoribus, qui primi ueniũt ſine
cautione ſatisfieri debeat.l.fi.§.& ſi præfatã.C.de iur.
deli.l.ſumma cum ratione.ff.de pecu. quoniam inter
hos melior eſt uigilantium conditio, ſecũdum diſtin.
prædictorum:quibus addes.l.ex facto.ff.de pecu.in fi.
& Pau.caſt.in citato cõſi.cclxxxvij.uiſis,in prin.par.j.
35 qui ait, ✝ ſi aliquibus ſolutum ſit creditoribus,propter
cautionem meliorem conditionem effectam non eſſe,
ſed perinde haberi, ac ſi ſolutum non fuiſſet quæ ſin-
gularia, & memoria tenenda. Idem Pau. non ſemel ait
& ego uera in iure eſſe puto. Licet non me lateat, huic
ſententiæ generalia uerba doctorum, in citatis locis re
fragari, & præſertim quę ſcripſit Bal.in cõſ.cccxxxij.
caſus talis.lib.j.& in conſi.cccc.num.8.lib.v.qui quo-
niam relata per nos iure nõ citarunt, nec quęſtionem
propoſitam diſputauerunt, non eorum ſententiæ,ſed
pauli inherendum eſſe placuit.

FINIS TRACT. DE DECOCT.

Universidad de Deusto Biblioteca

# SVMMARIVM

## PRIMAE PARTICVLAE VLTIMAE PARTIS PRINCIPALIS.

1 AEquitas in curia mercatorum præcipue ſpectanda eſt, & ex bono, & æquo in cauſis eorum procedendum reiectis iuris apicibus.

2 Interpretatio ad.l.i.ff.de iuſt.& iure,& ſeq.

3 AEquitas ex circunſtantijs conſideranda eſt, & quæ ſint circunſtantiæ.

4 Interpretatio ad l.placuit.C.de iudi.

5 Apices iuris qui dicantur,& ſeq.

6 Declaratio ad Bar.in.l.fideiuſſor in.§.quædam, & in.l.quintus.ff.mand.

7 Sermones circa uniuerſalia faciliores, ſunt, ſed circa particularia ueriores.

8 Collegia mercatorum, quod poſſint ſibi ius proprium conſtituere,& in quibus,& ſeq.nu.& nu.15.& ſeq.

9 Statuta mercatorum, quod non egeant confirmatione.

10 Statuta mercatorum num in alio foro ſeruanda ſint, ſeu potius coram conſulibus eorum tantum,& nu.13.& ſeq.

11 Interpretatio ad Accurſium in.l.pe.C.de conſt.pecu.

12 Mutinenſis qui emit merces Bononiæ ſi mutinæ ad precium cõueniatur ſeruandum eſt ſtatutum Bononienſe, quod litis deciſionem reſpicit,& cur diuerſum in eo qui mercator non eſt, et a mercatore conuenitur, ut mercatorum ſtatutum non ſeruetur quando non adeſt populi uel principis confirmatio.

13 Conſtitutio quæ de uno iudice loquitur, et in alio locum habet.

14 Interpratatio ad l. diffamari.C.de inge.& manu.

15 Mercatores an poſſint ſtatuere, ut pater pro filio teneatur.

16 Statuere mercatores poſſunt, quod contra ſcripturas eorum non poſſit obijci exceptio præſcriptionis.

17 Statuere mercatores non poſſunt aliquid, quod naturaliter,& euidenter ſit iniuſtum, item contra ius publicum totius ciuitatis,& illud, quod monopolium ſapiat.



18 Statutum aromatariorum, quod in funeribus ceram a quoquã dari uetat niſi prius hæredes defuncti aromatario eius, quod defunctus debuit ſatisfecerit eſt improbatum.

19 Statutum quod uetat opus ab uno ceptum, ab alio perfici non poſſe abſque conſenſu eius, qui inchoauit non ualet.

20 Statutum, quod certas tantum perſonas artem aliquã ſeu exercitium facere iubet, reliquas uero uetat improbatur.

21 Mercatores, quod poſſint ſtatuere cimatores impoſterum non accedere cum emptoribus ad eorum tabernas, licet accedere conſueuerint inſpiciendi gratia qualitatem pannorum.

22 Statutum, quod ſit unicus purgus, uel quod non poſſint niſi certi homines artem lanæ exercere, quia hæc monopolium inducunt non ualet niſi a publico approbetur.

23 Statutum, quod omnes ſine fraude,& ſecundum certam menſuram pannos faciant, quodque rectori artis omnes ſubijciantur ualet.

24 Mercatores non poſſunt ſtatuere, quod nullus ex eis poſſit alium in ius uocare coram præſide, ſed tantum coram conſule.

25 Mercatores inter alias perſonas eis non ſubiectas, ſtatuere non poſſunt niſi ſe foro ſubijciant uel agant, ſi enim agunt reconueniri poſſunt.

26 Matriculatus in diuerſis artibus ſeu negociationibus, ubi ſit conueniendus.

27 Statutum, quod contra apochas mercatorum nihil opponi poſſit, ſed ad ſolutionem compellantur, qui ſoluit allegans indebitum, & non auditus, condictione in debiti poterit repetere.

28 Mercatores poſſunt decernere, quòd priuatæ ſcripturæ fides habeatur.

29 Statutum mercatorum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, quomodo intelligendum ſit.

30 Statutum quod iubet ſcripturas manu propria, mercatorum ſcriptas exequendas eſſe, quòd locum habeat etiam in ſubſcriptis. Item in ſcripta ab alio mandato mercatoris.

31 Lex municipalis, quæ iubet ſcripturis mercatorum plenam fidem haberi ualet, et fides habetur inter eos, et ſi alibi agatur, ſeu in alio loco producantur.

32 Statutum Senenſe, quòd libris mercatorum credatur, habet lo-

cum in libris extraneorum mercatorum ſi tamen in collegio Senenſium mercatorum ſint matriculati.

33 Stante ſtatuto Senenſi, quòd credatur libris mercatorum, ſi Seius mercator centum quæ debebat Titio mercatori numerauit, et in codice numerationem annotauit, quòd propter legē nouam poſt numerationem latam non cenſeatur adempta facultas Seio numerationem ex codice probandi.

34 Stante ſtatuto quòd libris mercatorum credatur, credetur libris eius, qui deſijt mercator eſſe, quos ſcripſit dum mercator fuit.

35 Statutum ſi dicit libris mercatorum ſtari ad plenariam probationem non admittitur probatio in contrarium.

36 Libris hebræorum ſi ex priuilegio principis ſtari debet ad plenariam probationem non auditur uolens contra probare.

37 Statutum, ſeu conſuetudo mercatorum omni ſcripturæ ad eorum fauorem credi mandans non ualet.

38 Statutum, quòd libris mercatorum credatur ad fauorem ſcribentium intelligitur iudicis conſenſu accedente.

39 Statutum, quòd libris mercatorum credatur, intelligitur niſi mercator ſit notatus infamia.

40 Statutum, quòd libris mercatorum credatur, intelligitur in his, quæ ad negociationem, ſeu mercaturam pertinent.

41 Statutum, quòd non poſsit contrahi cum filiofamilias, niſi ſit mercator, intelligitur ſi in cauſam mercaturæ contrahatur, et in re dubia tanquam cum mercatore contractum præſumitur, et uerſum in mercaturam.

42 Statutum, quòd libris mercatorū credatur, interpretatur dummodo in territorio in quo ſtatutū uiget, liber conſcriptus ſit.

43 Differentia inter ſtatutum factum a collegio mercatorum, et a populo, quòd libris mercatorum credatur.

44 Statutum, quòd conſulibus in cauſis mercatorum tribuit iuriſdictionem, an ad heredes mercatorum, qui tamen mercatores non ſint, porrigatur.

45 Clericus heres mercatoris, quòd non poſsit coram conſulibus mercatorum ex negocio mercaturæ a defuncto geſto conueniri, et quare.

46 Conſtitutione Florentina, qua officialibus mercaturæ in quibuſdam iuriſdictio tantum tribuitur, num cenſeatur adempta iuriſdictio ordinarij.



47 Statutum, quòd conſulibus mercatorum cognitionem, quæ a guarentigia proficiſcitur, prohibet, quomodo intelligatur.

48 Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rub. de offi. dua. colla. off.

49 Statuta, quibus conſulitur mercatoribus, & artificibus, ut melius mercatura exerceatur ad ſtatum ciuitatis, et publicam utilitatem pertinent.

50 Statuta mercatorum confirmata a populo, num dicantur ſtatuta illius populi, ſeu mercatorum.

51 Obligatio, quæ deſcendit ex decreto mercatorum, cenſit prætoria, et conſequenter arbitraria.

52 Actiones pœnales deſcendentes ex ſtatutis Ducum, Comitum, et Marchionum annales ſunt quando ciuiliter inſtituuntur, ſecus ſi criminaliter.

53 Statuta mercatorum, quòd non dicantur ius prætorium, ſed pacta, et quòd benigne interpretanda ſint.

54 Carum nomen, quid ſignificet, relatiue.

Universidad de Deusto Biblioteca

# D. O. M. A. X.

## IMPLORATO AVXILIO.

### VLTIMA PARS.

## QVOMODO PROCEDENDVM SIT IN CAVSIS MERCATORVM.

1 IN CVRIA ✝ mercatorum æquitatem pręcipue ſpectandam, & ex bono, & æquo cauſas dirimendas eſſe, & de apicibus iuris disputare minime congruere, nemo eſt profecto, qui neſciat. Id enim in ſexcentis locis recentiores Iuriſcō. tradidere, quorum aliqua hic referemus in ſingulis diſceptationibus alia poſtea relaturi. Notauit enim id Bar. noſter in. l. ſi fideiuſſor in. §. quædam. & in. l. Quintus Mutius. ubi optimus tex. ff. manda. idem Sali. & Alex. ſenſere in. l. placuit. C. de iudi. & probat idem Alex. in conſil. xlj. uiſo puncto. col. ij. lib. iij. & in conſ. lij. nu. 4. & in fi. uol. vj. & conſ. cxiij. nu. 12. & ſeq. eo. uol. & Ro. non improbat in conſil. cxciij. negari non poteſt. &c. et aſſenſit Bal. in l. ſi pro ea. C. mand. in fi. col. et in conſil. cccc. in. v. lib. nu. 10. et conſi. cccclxvj. nu. iiij. eo. lib. Ang. etiam ait in. l. argentarius. ff. de eden. in tribunalibus mercatorū ueritatem, et æquitatem uigori præualere, et idē Ang. eleganter ſcripſit in conſi. ccxix. arbitror dictam litem &c. et in ead. opi fuit Dec. in reg. in omnibus quidem. ff. de reg. iur. qui hanc ſententiam ab Imo. et Ange. et pleriſque aliis confirmari ſcripſit, a qua non recedit Soci. in conſi. xciiij. in cauſa. nu. 6. uolu. iij. et conſi. lxiij. nu. 7. eo. uol. et Fulg. conſi. vij. eſt et Iaſ. in eadem ſententia in conſi. lxxxij. uiſis. &c. uol. j. et Bert. in conſil. cxlix. uol. iij. et eſt relatum apud Lud. goz. in repe. l. ij. ſub nu. 163. ſeu. 165. C. de pact. inter emp. Pau. etiā par.



alia loca referendo uerū eſſe affirmat in conſi. lxxxlj. nu. 20. uol. j. animaduertendū, &c. et in conſ. lxxxviij. nu. 4. eo. uol. ad ueritatem, &c. Verum licet hoc uerbū in ore omnium ſit, ſunt forſan multi, qui uim, ac poteſtatem relatorum uerborum minime norunt, et præſertim mercatores, qui id ſe ſcire profitentur, ut in calce tractatus dicemus. Vnde neceſſarium eſſe duximus et generaliter prius uerba prædicta excutere, Iuriſconſultorum prouidentia laudata, quæ opem mercaturæ, et mercatoribus tulit, propt r ęſtimationem eorum, et ſpeciatim deinde forenſes diſceptationes proponere, ex quibus relatorum uerborum euidētior intellectus præſtabitur. Daboque operam ( ut Ciceronis uerbis utar in Oratione pro Quintio) Multis iniuriis iactatā, atque agitatam æquitatem, in hoc loco, ideſt, mercatorum foro conſiſtere, et confirmari, id quo facilius contingat, generaliter prius ( ut diximus ) diſſeremus, deinde ad ſingularia peruenìemus. Et primū dicet aliquis relatos iuris interpretes longe erraſſe, qui ius ſingulare eſſe ſcripſerunt, in curia mercatorum ex bono, et ęquo
2 procedi. ✝ Id enim generaliter decretum uidetur, nā Iuriſcon. in. l. j. ff. de iuſti. et iur. ait, ius eſt ars boni, et æqui, et reliqua. et paulo inferius boni, et æqui notitiā profitemur. In quorum uerborum interpretatione Accur. et plerique alii bonum ab æquo diſtinxere, exiſtimantes ius aliud eſſe bonum, aliud æquum moti. l. j. ff. de uſucap. et. l. hac lege decernimus. C. de pact. conuentam ſuper dot. Quæ tamen diuerſitas inter bonum, et æquum non probatur, ſed in eadem lege utriuſque fit collatio, ſicut enim bono melius eſt, ita æquo poteſt eſſe æquius. ff. de fur. l. ſi ſeruus communis. §. quod uero, et quemadmodum non ualet argumētatio, ſeu conſequentia, Aurum eſt melius argento, igitur argentum non eſt bonum, ſic minime procedit iſtud ius excellit æquitate, ergo illud, quod uidetur bonum, non poteſt dici æquum. Et hoc argumētandi genere Cicero illos improbauit, qui utile ab honeſto ſeparabant. Nihil enim utile eſt, quod non ſit honeſtum, et certe nil cen

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſebitur bonum, quod æquitati repugnet. Placet igitur
Budei expoſitio, qui in adnotationibus ad Pandectas
poſt effuſum ſermonem ait, Cum æquum, et bonum
dicimus abſolutam bonitatem, æquitatemque ſignifi-
camus, et iuris medullam, germanamque iuſtitiã. Cu-
ius interpretationem Io. Oldend. non improbat in di-
ſputatione ſua forenſi iuris, et æquitatis, et ait Roma-
nos olim perpendiſſe bonitatem cum æquitate ſic eſſe
cõnexam, ut aliàs bonum, et ęquum aliàs bonũ æquũ
ſine copula dicerent, et adducit Ciceronem in Bruto,
ſubditque diſputatione longa ex mente, ac uerbis Bu-
dei, tacito tamen autore, æquitatem appellari bonum
et æquum, ſeu conuenientiam, bonam fidem, natura-
lem iuſtitiam, uerum ius, germanam iuſtitiam, ſimpli-
citatem legum, æquam lancem, humanum ius, huma-
nitatem, benignitatem, gubernatiuam ſapientiam, arbi
trium boni uiri, religionem, remiſſionem anguſti iuris.
Quibus omnibus fere dicendi modis tanquam idem,
hoc eſt, æquitatem ſignificãtibus, Iuriſconſultos, et Im
peratores uſos fuiſſe, legibus probat, et adde prædictis,
quæ plene Andr. tiraq. ſcripſit in com. de utroque ret.
§. xxxv. glo. j. nu. 25. et ſeq. et ante. nu. qui multa ad-
dit, et Alcia. in pareg. iur. lib. ij. c. xj. Sed, ut clarius ſen-
3 ſus traditus ad. l. j. habeatur, † ſciendum eſt etiam ex
circunſtantiis rerum æquitatem præcipue conſideran-
dam, et ab apicibus iuris ex circunſtantiis illam diſcer-
ni, et ab illis recedi. Circũſtantias igitur, quæ in iure ua
riant, omnia, ex quibus æquitas colligitur, quę de iure
multum remittit, Iuriſcõſ. in. l. aut facta. ff. de pœ. ſeptẽ
modis conſiderari eleganter ait. Et ſunt tales, CAVSA
quare aliquid factum ſit. PERSONA, quæ, et qua cum
fecerit. LOCVS ubi factum ſit. TEMPVS quando fa-
ctum ſit. QVANTITAS, magnum ne, an exile ſit. QVA-
LITAS, quomodo facta ſit. EVENTVS, metu, ui, er-
rore, dolo, culpa, caſu fortuito, factum ſit. Quæ idem
Ioann. Old. in citato loco notauit, et ſenſiſſe uidetur
Bal. in citata. l. j. ſub nu. 5. dum æquitatem in genere,
& in ſpecie definit. Et ex his, ac infra dicendis, colliges



quare in. l. j. nõ ſemel citata, iuriſconſultus dixerit ius
eſſe artem æqui & boni, euenit enim ut ius quod in ge
nere ſuo æquum, & bonum eſt. (ſunt enim iuris regu-
læ & poſitiones iuſtiſsime, adeo ut ſecundum naturã
iuſtiores dari non poſſunt) ſi ad facti ſpeciem ſingula-
rem transferas, atq; deducas ex circumſtantiis, æquo
aliud æquius eſſe iiſdem legibus, & ſumma cum ratio-
ne probes, habes exemplum in. l. ſi ſeruus communis.
§. quod ue. ff. de furtis. Item in. l. ſi me, & Titium. ff. ſi
cer. pet. Licet enim ars boni & æqui dictauerit, ubi nul
lum negocium tecum contraxi, te mihi non obligari,
ex circunſtantiis, tamen æquis eſſe iudicauit iuriſcon-
ſultus, pecuniam meam quæ ad te peruenit, eam mihi
reddi. Sed ut propius ad rem accedamus, exemplum
perſonæ ratione belliſsime, iuriſconſultus adiecit in
l. bona fides. ff. depo. Et hæc eſt æquitas ratione perſo-
næ a quinto Mutio Sceuola conſiderata, in. l. quintus.
ff. man. iunctis his quæ eleganter ſcripſit Bart. in. l. ſi fi-
deiuſſor, in fi. ff. de fideiu. Vnde Baldus noſter, in. c. ſi
pro debilitate de off. dele. ait bonam fidem ualde re-
quiri, in his qui plurimum negociantur, quem refert,
ac probat Iaſ. in. l. iurisgẽtium, in. §. ſed cum nulla, nu-
mero. xj. ff. de pac. & Alex. in conſi. cxiij. nume. 13. uo-
lumi. vj. Huc pertinet quod recentiores iuris interpre-
tes ſcripſerunt in. l. placuit. C. de iudici. æquitatem in
4 ſpecie ſcriptam rigori in genere, † etiam ſcripto præ-
ferendam uulgaris eſt enim iuris regula generi per ſpe
ciem derogari, ut in regula generi de reg. iur. in. vj. Be-
ne igitur cenſuerunt plerique ex noſtratibus iuriſcon-
ſultis, qui ratione perſonarum mercatorum, & propter
æſtimationem eorum in eorũ cauſis ex bono & æquo
procedendum eſſe tradidere.
5 † Sed iã apices iuris qui ſint, uideamus & optimus
legum interpres, Barto. in. l. ſi fideiu. in. §. quædam. ff.
mand. Apices iuris eſſe putat, quæ ſubtilitatem quan-
dam reſpiciunt, magis quàm facti ueritatem uerbi gra-
tia ſi eſſet inſtituta directa actio, cum utilis cõpetebat,
uel non eſſet lis conteſtata, & ſimilia ſubiicit prædicta,

Universidad de Deusto
Biblioteca



non eſſe intelligenda, ut iuris ciuilis ratio non habeat:
quia eſſet contra legem, bona fides. ff. depo. hęc ille cu
ius ſententiam probauit, Bal. ibidem Saly. in. l. placuit
C. de iud. Iaſo. in. l. alienam, colum. ij. C. de procu. qui
citat Bald. in. c. j. colum. ij. de conſtitu. dicentem iuris
apices dici, quicquid bonam fidem, non tangit ſed ex-
trinſecus agitatum eſt, probat etiam Soc. in conſi. cxx.
cum in præſenti, colum. vij. uerſi. Nec ex eo uolum. j.
huic rei eſt, & illud adnotandum, quod Bal. ait in. l. ſi
pro ea, nume. 14. C. manda. ſcripſit enim prima fronte,
Bar. ſibi parum conſtitiſſe uideri, dixit enim (ut retuli-
mus) in. §. quædam iura ciuilia, ſeruari oportere. d. l.
6 bona fides, ait in. l. quintus ait. ¶ In curia mercatorum
(ubi negotia æquitate terminanda ſunt) non poteſt op
poni exceptio non interuenit ſtipulatio, ſed fuit nudũ
pactum, quę contraria eſſe uidentur. Vtrunque tamen
uerum eſſe ſubiicit, quia aut ius commune detrahit iu
rigentium ex cauſa, & tunc ſeruandum eſt ius com-
mune, ut in ſolennitate teſtamentorum, aut ius com-
mune non intromittit, ſe detrahendo iurigentium, ſed
non adiicit ei robur, ut in pacto nudo, & tunc ſeruan-
dum eſt iusgentium, ubi mera & ſola æquitas debet at
tendi hactenus ille, qui id notandũ ait et refert ac pro-
bat Marc. Blan. in trac. de compro. nu. 43. Tho. xij. ſed
& clarius, & magis ſecundum naturalem æquitatem,
dicendum eſt, quod Apex cuiuſcunque rei ſummitas
acuminata eſt, atque indiuiſa. Vnde regulæ a ſummi-
tate iuris productæ metaphoricos apices dicũtur, quæ
ſi nimium, plerunque a caſu aliquo ſingulari remotæ,
conſideratis rei de qua agitur circumſtantiis. Vnde Io.
Oldendor, apices iuris uariis uocabulis, demonſtrari
poſſe dicebat, quod & prius Budeus notauerat. Veluti
ſummũ ius, ius iflexibile generalis definitio, ſubtilitas
uerborum, ſeueritas legum, perdurũ ius, ſtrictum ius,
nonnunquam ſumma ingiuria. Sed hoc ultimum im-
proprie, unde illud Terentianum ſummum ius ſum-
ma ingiuria, de quo Terentij uerbo meminit (ut dictũ
eſt) declarando Abba. in. c. capellanus. num. 5. de feriis



& uidebis Andr. Tiraq. in citato loco. liij. in. §. xxxv.
in glo. j. ſed ut unde diuerteram, redeam generaliter,
uis noſtrum uitium, in ſe non habet, poſitionesq; iuris
iuſtisſimæ ſunt, euenit tamen (ut diximus) ſi generales
iuris regulas, ad caſum ſpecialẽ transſeramus ius ſum-
mum, quod bonũ in ſe eſt, ex circumſtãtiis, ſi ſeruares
efficeres, ſummam iniuriã. Veluti ſeruare pactum eſt
iuris poſitio iuſtisſima. l. j. ff. de pac. ſi tamẽ pactum ad
aliquam facti ſpeciem transferas, ueluti cum turpis res
in pacto deducitur, aut contra leges, bonosue mores
pactum eſt initum, doloue malo factum eſt, iuris for-
mulam adduceres: ſerua pactũ, eſſet profecto ſumma
iniuria, idq; ex circumſtantiis habes, in iure ſexcenta
exempla. l. iurisgen. §. prætor ait. l. ſi unus. §. pacta. l.
contra iuris ciuilis. ff. de pac. l. ſi. l. pactum quod dotali
l. pacta quæ contra. C. de pac. l. generaliter. ff. de uerb.
obl. quod ſenſiſſe uidentur, & Bud. & Io. Olden. in re-
latis locis, non tamen ad rem noſtrã retulere. Hæc eſt
igitur illa æquitas, hæc eſt anguſti iuris remisſio merca
torum ratione, & hac circunſtantia inſpecta, a iuriſcõ-
ſultisq; conſiderata. Hinc Sceuola ut ait, Cicero de cla-
ris oratoribus per acutus erat, ad excogitandum, quod
in iure, aut in æquo uerum eſſet, aut non eſſet. Hinc
etiam Donatus ille Terentianus interpres, non merus
grammaticus in Adelphis ait. inter ius & æquitatẽ hoc
intereſt. Ius eſt quod omnia recta, & inflexibilia exigit,
æquitas eſt quæ de iure multum remittit. Hinc deniq;
Celſus adoleſcens relatus a Paulo iuriſconſulto, in. l.
ſi ſeruum in. §. ſequitur. ff. de uerb. ob. quæſtionem de
bono & æquo eſſe ait. In quo genere, plerunq; ſub au-
toritate iuris ſcientiæ pernitioſe erratur, circumſtantiæ
igitur ſunt quæ uariant, & quæ præcipue conſiderãdę
ſunt, & ex quibus (ut Sceuola Celſus, & plerique alij
minuunt) a regulis iuris generalibus recedimus, & ex
his collige nullam in Bartolo fuiſſe, repugnantiã dũ
in. §. quædam dixit, in curia mercatorum iura ciuilia
ſeruari, & in. l. quintus agi. ex pacto nudo aſſeuerat.
Quoniam ſtrictum illud ius quod nuda pactio actionẽ

Univerſidad de Deusto
Biblioteca



non pariat ex circumſtantia perſonæ. mercatorũ tem-
perandum moderãdumq;, ex mente ac uerbis legum,
placuit. Seruabit ergo ius ciuile generaliter, his exce-
ptis,quæ ex circumſtantia perſonæ, ſingulariter non
ſunt immutata, ex uerbis ſeu mente eiusdem iuris
ciuilis.

7 ✝ His igitur generaliter cognitis,quoniam ( ut Philo
ſophus ait ) Sermones circa uniuerſalia faciliores qui-
dem ſunt,ſed circa particularia ſunt ueriores, ut refert
etiam Iaſ.in conſi.xviij.in præſenti.&c.col,ij.uol.iij.
neceſſarium eſſe duxi inuentas res in ordinem diſtri-
buere,& ad ſingularia ( ut in initio polliciti ſumus) de
ſcendere,non quòd in omnibus uelim uerboſos com
mentarios facere,ſed in ſumma,quæ ad interpretatio-
nem relatorum uerborum,noſtramque materiam per
tinent,referre.Et hoc ordine eundum eſt.

Primum de cõſtitutionibus, & ſtatutis mercatorum
aliqua referemus.

Deinde de iudicibus,ſeu conſulibus ipſorum tracta-
bimus.

Poſtea de libellis,ſeu petitionibus.

Tum de exceptionibus.

Quibus expletis,de probationibus, ac cæteris, quæ
occurrent,dicemus,quid ſingulari iure inter mercato-
res receptum ſit.

Ad extremum iudices breuiter admonebimus.

Igitur iuxta propoſitum ordinem de conſtitutioni-
bus mercatorum quasdã diſceptationes ſubiiciamus.
Et primum uulgarem illam quæſtionẽ,& antiquis tem
8 poribus agitatam proponemus,✝ Num mercatorũ col
legia ius proprium ſibi poſſint cõſtituere, in quo iuris
articulo receptum eſt poſſe,& quidẽ recte. Quæ enim
licita collegia inter collegiatos ſtatuere rata ſunt.l.ij.
in fi.C.de conſt.pecu.ubi Accur.& Bal.notarunt.§.fi.
in aut.de fideiuſ.col.j.& probat Bar.in.l.omnes popu
li.nu.6.ff.de iuſti.& iur. & placet eod. in loco Ange.&
Bal.item Iaſo.ſub nu.37.Seueri.ſub nu.xj.Io.cro.ſub
nu.17.& notarunt Bal.& Sali.in.l.fi.C.de iuriſd.omni.



iudi.Sed hæc intelligenda ſunt, ut ſtatuere poſſint in
his in quibus iurisdictionem habent, pertinẽtibusque
ad mercaturam,& ipſos mercatores,non autem in his
quæ remota ſunt ab eorum officiis,& profeſſione,ex-
empli loco ſi ſuper hæreditatibus decernerent.arg.l.fi.
& eorum,quæ in ead.l.not.ff.de iurisd.om.iud.idque
ex ſnia Bar.& ꝑcipue Bal.in ead.l.omnes populi. ſub
nu.8.et Bar.in.l.fin.nu.20.ff.de colle.illic.et ex facto
conſultus idem reſpondit Bal. in conſil.xliij.præſup-
poſito,&c.lib.iiij.quod nota.et uidebis Ro. in conſil.
ccc.omnipotentis Dei.qui addit longam conſuetudinẽ
iurisdictionem tribuere etiam non habenti, & conſe-
quenter in his, quæ extra profeſſionem ſunt. Item ſi
dicta ſtatuta communi iuri,ſeu municipali,quod ciui
tas ſibi conſtituiſſet,contradicerent,dũmodo diuinum
ius,uel naturale non improbarent, ſeruanda tamẽ in-
ter eos ſunt.hoc enim iure,& ipſi mercatores,& eorun
dem hęredes utuntur, alii uero uti non aſtringuntur.
Cuius rei illa ratio redditur, quia talia ſtatuta conuen
tiones dicuntur.ff.de legi.l.ſed et ea,ergo aliis non no
cent.l.ſi unus.§.ante omnia.ff.de pact. Hoc amplius
9 ſubiicit Bal.in.l.ij.nu.7.C.de conſti.pec.✝ huiuſmodi
ſtatuta ſuperioris cõfirmatione non egere, cum a lege
approbata ſint,ut in ea.l.patet.&.§.fi. in aut. de fid.et
facit.l.fi.C.de iurisd.om.iud.quod et uerius eſt ſecun
dum Ang.Seue.et Cro.in.d.l.omnes populi.et Sali.in
d.l.ij.et.l.fi.paulo ſuperius citata,quẽ uideas quicquid
idem Bal.ſibi parum conſtans dixerit in ea.l.& in.l.hu
manum.C.de legi.ac quidã alii ſcripſerint,ut dicemus
in prin.ſeq.particulæ.

10 ✝ Incurrit hic alia inſpectio, num mercatorum ſta-
tuta in alio foro,ſeu curia ſeruanda ſint,ſeu potius co
ram conſulibus,eorum ue iudicibus tantum, & explo
ſa Accur.ſententia in.l.ij.C.de conſtitu.pecu.plerique
probarunt,quod poſt ueteres Iuriſcon.notauit Bal.in
ead.l.ſub nu.7.Scripſit enim in hæc uera.Si ſtatutum
mercatorum reſpicit actus eorum uel ſidem actorum,
ut puta dicit ſtatutum,quòd mercator poſſit conueni-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ri ex nudo pacto, uel quòd ſcripturæ priuatæ mercato
rum plena habeatur fides, & ſtatuta talia ualere ait, et
in quolibet foro, & nedum ſeculari, ſed etiam epiſcopa
li ſeruanda ſunt. idque notatur in. l. ex ea. ff. de poſtu.
quod et uerum eſt, niſi ſtatutum referret ſe ſolum ad
ipſos iudices, uerbi gratia ſi ſtatutum mercatorum di-
ceret, quòd cõſules mercatorum redderent ius ex nu-
do pacto, uel credãt unius mercatoris legalis dicto, uel
non admittant exceptionem contra ſcripturam merca
toris. Tunc enim ſtatutum in alio foro non eſſet ſer-
uandum, quia in alio foro non loquitur. Si uero ſtatu-
tum reſpicit modum procedendi, ut puta eſt ſtatutum
eorum conſuetudine confirmatum, quod procedatur
de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, iſtud ſtatutum
non ualet, niſi in eorum foro. Vnde coram poteſtate
ſeruabitur, iuris ordo ſecundum doctrinam doctorũ
in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. in. l. j. C. de eman.
libe. Et ideo ſtatutum deciſiuum concludens, iudici
non mutat ſuum forum. Sed ſi concludit actioni, ſiue
cauſæ ualet ubique in decidendo, ſed non in ordinan
do iudicium, hactenus Baldus in ſuprascripta uerba,
qui ſubiicit hæc memoria tenenda, & alij plerique cõ-
ſentiunt, ut ſcribit Iaſo. in. l. omnes populi, nume. 39. ff.
de iuſt. & iur. & ibidem Ioan. Crot. nume. 19. & probat
Aſten. in tertio uolu. de conſti. & decr. in uerbo curia,
quibus addes quæ eleganter Rom. ſcripſit in conſilio
ccxlij. unum &c. & conſil. ſeq. & addes Paul. caſt. in. l.
eum qui in. §. quod exigimus. ff. de conſtitutio. pecu.
ubi idem probat.

Sed & his quæ diximus, quædam adnotanda ſunt,
& illud primum, quod belliſſime Salicetus ſcripſit in. l.
ij. C. de conſti. pecu. ait enim prædicta a frequentiori-
bus recepta eſſe, & ſub nume. xj. ſubdit in hæc ferme
11 uerba. ⁜ Attendite, non enim puto a cæteris Accurſiũ
diſſenſiſſe, ſed de alio apud eum quæſitum eſſe, finge
quod qui mercator non eſt, uel alienæ negociationis,
ſeu ſcholę emit cinnamomũ a mercatore uel ſciphum
ab aurifice mercator, ſeu Artifex conuenit emptorem,
coram



coram poteſtate, qui rei eſt iudex, & ad rei geſtæ pro-
bationem exhibet, librum ſuum cui ex forma ſtatuti
mercatorum, ſeu illius artis & profeſſionis plena habe
tur fides, excipiat reus ſe non aſtringi ſtatuto, quia alie
næ profeſſionis eſt, ſenſit Accurſius ſtatuto locum nõ
eſſe, quoniam utriusque ius commune non eſt, cõtra
uero, ſi ambo mercatores uel aurifices eſſent. Et refert
hanc interpretationem ad Accurſium fuiſſe, ex mente
Lamb. de Ramp. ſecundum Cyn. qui eum in dicto lo
co retulit, & uerum eſſe putat. Hæc mouere quemquã
poſſe addit. Si Mutinenſis emeret merces Bononiæ &
Mutinæ ad præcium conueniretur, Bononienſe ſtatu-
tum ſeruari oportere, quod litis deciſionem reſpiceret
ut idem ſcripſit, in. l. cunctos populos. C. de ſum. trini.
& tamen mutinenſis, illo ſtatuto non ſubiicitur, quo-
niam contrahendo Bononiæ, hic ſe ſtatuto Bononiẽſi
ſubiecit, & ſubditum fecit per contractũ, in territorio
contrahentium factum. At collegia ſocietates, & ſcho-
læ huiuſmodi: nec locum ſeu territorium nec iuriſdi-
ctionem habent ratione loci. Sed tantum perſonarum
eiusdem duntaxat artis & profeſſionis. l. fina. ubi pro-
bari inquit. C. de iuriſd. omnium iudi. Subiicit deinde
prædicta uera, niſi ſtatuto ciuitatis aliud expreſſe ca-
ueretur uel ſtatuto mercatorum, ſeu alterius profeſſio
nis & ſcholæ, quod a principe ſeu poteſtatem habente
approbatum eſſet, propterea ſubiungit, ex his collige 21
ſpecialem approbationem, quo caſu ſit utilis, ut puta ſi
aliqua in illis ſtatutis ſint, ſancita quæ alios etiam præ-
ter profeſſionis homines ligaret, & ſtatuta etiam inter
eos, in his quæ publicæ leges uetarunt, ſeruanda non
ſunt. l. ſodales. ff. de colle. illi, niſi ab autoritatem ha-
bente confirmentur. Hactenus Saly. quem etiam quo
ad confirmationem uidebis, in. l. fin. ſub nume. 1. C. de
iuris om. iud. quibus adde quod Seue. in citata. l. om-
nes populi ad uerbum retulit Sali. & probauit & placet
Saliceti. ſenſus ad glo. Ange. Are. in. §. ius ciuile nu. 4.
inſtit. de iure natu. gen. uel ciui. & ex facto conſultus
Socinus Salicetum referendo ſequitur, ut patet in con-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſilio.cclxxxviij.columna.v.uerſic. minusque obſtat,
libro ſecundo.

Deinde ſciendum eſt, quòd Iaſ.in.l.omnes populi.
ſub nu.39.referendo Sali. parum ſibi liquere ait ſi ſta-
tutum mercatorum mandat libris eorum plenam fidẽ
haberi,& ſeruãda ſunt eorum ſtatuta litis deciſionem
reſpiciẽtia,etiam in alio foro,quare etiam non ſeruen-
tur contra alios,qui non ſunt mercatores. Sed ex his,
quæ diximus cur cõtra illum,qui mercator non eſt,ſta
tutum ſeruandum non ſit,ratio colligitur,& bene qui-
dem Sali. Cy. Lamb. de ramp. Ange.& Soc.cẽſuerunt.
Et cur diuerſum ſit, alia ratio ex mente Bal. reddi po-
teſt. Ait enim Bal. ſtatuta mercatorum conuentiones
dici.ff.de leg.l.ſed & ea.quod comprobabis ex.l.fi.ff.
de colle.illic.in illis uerbis. His autem poteſtatem facit
lex pactionem,quã uelit ſibi ferre dum ne quid ex pu-
blica lege corrumpant,&c. Pactiones autem,& conuẽ-
tiones inter aliquas perſonas ne aliis noceant ante om
nia animaduertendum eſt.l. ſi unus.§. ante omnia.ff.
de pactis.

Denique,quod diximus, ſtatuta mercatorum cauſa
rum deciſionem reſpiciẽtia,ubi uerba relata ſunt, ſeu
directa ad conſules,officiales ue eorum, alios iudices
ut puta Poteſtatem,etiam inter ipſos mercatores ſerua
re non teneri,Seue.in ead.l.omnes populi.ſub nu.12.
13 non inſubtiliter notauit, ✝ mouit eum, quia conſtitu-
tio,quæ de uno iudice loquitur,ut puta de prætore,&
in alio locum habet in ea re iuriſdictionem habente,
ſecundum Bar.in.l.ij.in.§.æquidem.ff.ad tertul.citat
etiam Dy.in.l.ij.in.§.ſi mater.ff.ad tertul. & Tanc.de
cor.in ſua cõpen.c.xij.q.xxj.quod cõprobabis ex his
quæ Arc.ſcripſit in conſ.cvij.in fi.& Anc.in cõſ.cccxl.
& cõſ.ſeq.licet contra innuat Sig.in cõſi.ccxliij.& ſeq.
& uidebis Cor.in conſi.cccxix.in ultima hæſitatione.
uol.iij. Addit etiam differentiam conſtitutam a doc.&
ſuperſtitioſam,& uerbalem uideri dum conſiderant ad
quem iudicem uerba referantur,igitur reiicienda. arg.
l.ſuperſtitioſam.C.de contrahen. & commit.ſtipul. ut



ſubdit ſi hæc ſentẽtia admitteretur,euenire facile poſ-
ſet,quòd reus iuxta.l.diffamari.C.de ing.& ma.poſſet
14 conuenire actorẽ coram prætore, ✝ & ſtatutum inter
mercatores factum eluſorium redderetur, cuius præte
xtu quis forte contraxit,& ideo ſibi non cauit,ut cauiſ-
ſet,& ſubdit ex his illud ſequi,quòd ſi reus in terminis
legis diffamari cõueniſſet actorem coram poteſtate, ut
terminus ad agendum ſtatueretur, & ſtatutus fuerit,
quòd actor, qui prius coram officialibus mercaturæ
agere potuiſſet tanquam præuentus amplius non poſ-
ſit.arg.eorum,quæ Bal.ſcripſit in.l.ordinarii.C.de rei
uen.quod etiam aliis probat,& memoria tenendũ ait,
& cogitandum eſſe ſubiicit, cum relatum a quoquam
non legerit. Mihi autem in propoſito iuris articulo co-
gitanti durum uidebatur ab eo in quo omnes conſen-
tiunt diſſentire. Et quoniam rationes Seueri me ualde
mouent,ideo ex mente forſan legis,& iuris interpretũ
diſtinguendum uidebatur, quemadmodum in pactis
Iuriſcon.eleganter ait in.l.iuriſgentium.in.§.pactorũ.
ff.de pact. Nam illic ita eſt: Pactorum autem quædam
in rem ſunt,quędam in perſonam,in rem ſunt quoties
generaliter paciſcor ne rem petam, in perſonam ſunt,
quoties ne a perſona petam,ideſt,ne a Lucio Titio pe
tam, Vtrum autem in rem,an in perſonam pactum fa-
ctum eſt,non minus ex uerbis,quàm ex mente conue
nientium exiſtimandum eſt. Plerunque enim (ut Pe-
dius ait) perſona pacto inſeritur,non ut perſonale pa
ctum fiat,ſed ut demonſtretur,cum quo pactum eſt fa
ctum. Hactenus Vlpian. Quæ diſtinctio mihi uidetur
probabilis,non minus ergo ex uerbis,quàm ex mente
ſtatuentium exiſtimandum eſt,an coram conſulibus,
& officialibus tantum ſtatutum ſeruari uoluerint. Pla-
ne ſi dictio taxatiua tantum, ſeu dumtaxat in ſtatuto
adiecta ſit,dicendum erit de conſulibus tantum eorũ
ſtatuentes ſenſiſſe,& coram aliis iudicibus ſeruari no-
luiſſet. Intelligenda eſt ergo Bal. & cæterorum ſenten
tia ubi conſtat uerba ad conſules mercatorum relata
non demonſtrandi gratia, ſed quando conſtat ex uer-

Universidad de Deusto Biblioteca



bis,ſeu mente ſtatuentium perſonas conſulum,ſeu of
ficialium eorum egredi noluiſſe. At ubi demonſtrandi
cauſa perſona conſulis inſeritur in ſtatuto,ut demon-
ſtretur,ſcilicet,conſulem inter eos ius dicere. Seue. ſen
tentia admittenda ſit. Item & in re dubia,quãdo in am
biguo pactum reale potius iudicatur, & hæc ſecũdum
ea,quæ in citato.§.Barto.Pau.Alex. & Iaſ. ſcripſerunt,
quæ diſtinctio ex eo probatur, quòd Bald. & ipſemet
Seue.& plerique alii huiuſmodi ſtatuta conuentiones,
& pactiones dici,recte ſunt opinati,& nos comprobaui
mus ex.l.fi.ff.de colleg.illici.

15 ✠ Tractandum nunc eſt clarius, & in ſumma ſuper
quibus poſſint ſtatuere,& quædam alia permixte refe
remus,a materia tamen non aliena.& Bal. in citata.l.
ij.quærit,nũ mercatores poſſint ſtatuere, ut pater pro
filio teneatur, & ait non poſſe,niſi filius mercator patri
quæſtum referat,cuius rei illam rationem reddit, quia
tale ſtatutum eſt contra ius gentium,nec mouere glo.
debere ſubdit in rub.de dec.decu. quia in ſtatuto ciui
tatis loquitur,nõ autem unius collegii,tu autem uide-
bis,quæ in eodem loco Sali.ſcripſit,& nos plenius atti
gimus in trac.noſtro de decoctorib. in ea parte in qua
de ſtatutis diſſeruimus,quæ eſt quarta, ideo hic omitti
mus,& uidebis Seue.in.l.omnes populi. num.13.ff.de
iuſti.& iure.

16 ✠ Quæſiuit etiam Bal.in ead.l.ij.nu.9.num ſtatutũ
ualeat,quòd cõtra ſcripturas mercatorum non poſſit
obiici exceptio præſcriptionis, & probat ualere, cum
poſſint aliter,quàm ius cõmune decreuerit ſtatuere,ut
in ead.l.ij.probatur,& Bal.ſententiam probauit Aſtẽ.
in.iij.uol.de ſtatutis,& conſti.in uerbo mercator.

17 ✠ Idem Bal.in relato loco ait, non poſſe aliquid de-
cernere,quod naturaliter, & euidenter ſit iniuſtum.l.
ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.faciend. & not.in.l.j.C.
quæ ſit longa conſue. Item contra ius publicum totius
ciuitatis ſtatuere uetantur exempli loco in depoſitis
mercatorum banni exceptionem obiici non poſſe. iu-
xta ea,quæ leguntur, & not.in.l. bonafides.ff.depoſi.



quæ Aſten.& Seuer.in citatis locis probarunt. Additq;
Seue.& illud ſtatutum improbandum, quod monopo
lium ſapiat.l.j.ff.de monop.

18 ✠ Sali.etiam in ead.l.ij.& illud ſtatutum aromata-
riorum improbat,quod in funeribus ceram a quoquã
dari uetat,niſi prius hæredes defuncti aromatario eius
quod defunctus debuit,ſatisfecerint,eſt enim iniuſtũ,
& ambitioſum,& uide tex.notabilem in.l.fi.cum aut.
19 ſeq.C.de ſepul.uiol. ✠ Delendum & illud ſtatutum pu
tat,quod uetat opus ab uno cœptum, ab alio perfici
20 poſſe abſque conſenſu eius, qui inchoauerit. ✠ Et illa
lex improbanda eſt,quæ certas tãtum perſonas artem
aliquam,ſeu exercitium facere iubet,reliquas uero ue
tat.ſecundum Bar.in.l.fi.ff.de colleg.illic. nu.20.& iu
xta.l.j.de monop.quæ comprobabis ex his,quæ ele-
ganter ait Anca.in conſi.cxlvij.ſummæ prudentiæ, &
21 autoritatis.col.fi. ✠ Qui ex facto conſultus cum tonſo
res pannorum, uulgo cimatores dicti, conſueuerint
cum emptoribus ad tabernas,ſeu ſtationes mercatorũ
accedere inſpiciendi gratia qualitatem, ualoremque
pannorum,num ſtatuere poſſint, ut poſt hac ad taber
nas eorum non accedant,& ait poſſe,& ſtatutum ab o-
mnibus in albo, ſeu matricula mercatorum deſcriptis
obſeruandum eſſe.

22 ✠ Idem Sali.in citato loco respondit, non ualere il-
lud ſtatutum,quòd ſit unicus (ut ipſe ait) purgus in ci
uitate,uel quòd non poſſint,niſi certi homines artem
lanæ exercere. Talia enim ſtatuta monopolium indu-
cunt,merito ſunt improbata, niſi a publico approben
23 tur. ✠ Subdit idem Sali.illud ſtatutum improbandum
non eſſe,omnes ſine fraude,& ſecundum certam men
ſuram pannos facere debere, quodque rectori artis o-
mnes ſubiiciantur, quæ & Seuer. & Crot. in citatis lo-
24 cis approbarunt,& ipſe etiam æque non reprobo. ✠ Ve
tantur, & illud ſtatuere mercatores, quòd nullus ex
eis poſſit alium in ius uocare coram præſide, ſed tan-
tum coram eorum conſule.l.fin.C.de iuriſd.om.iudi.
ubi Sali.notauit ſub nu.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nunc ad Baldum noſtrum redeamus, qui in.l.ij.nõ
ſemel citata, & in tractatu ſuo de conſtituto materiam
hanc plenius tractauit. Ait Bald. mercatores inter alias
25 perſonas, eis non ſubiectas decernere non poſſe, † niſi
ſe foro ſubiicerent, uel ni ſe ditioni eorum ſupponerẽt
uel agerent. Si enim agunt recõueniri poſſunt mutuæ
enim petitiones corã eodẽ iudice expediri debent aut.
& conſequenter. C. de ſenten. & interlo. omn. iudi. l. ſi
idem cum eodem. ff. de iuris. om. iud. & idem probauit
Bald. in dicto trac. nume. xj.

Subiungit idem Baldus, quid ſi aliquis in albo diuer
ſarum artium, uel negociationum deſcriptus eſt, ſeu
( ut uerbis eius utar) matriculatus ſit in diuerſis arti-
26 bus, † ſeu negociationibus, & ait inſpiciendam artem
eſſe, ex qua cõuenitur ad iudicem enim illius artis per-
tinet. ff. de leg. iij. l. legatis ſeruis. §. ſi unus. ff. de trib. l.
procuratoris. §. ſi plures. Sin autem eſt negocium, ex-
tra utramque artem ad neutrum pertinet cognitio, ſed
ad commune forum præſidis confugiendum eſt, lex
eſt notabilis. ff. nautæ cau. ſtabu. l. iij. §. eodem modo
in his enim quę ad mercaturam pertinent, conſules
mercatorum, ſunt iudices extra uero negocium mer-
caturæ ipſorum, notio non eſt, nec poſſunt ſtatuta fa-
cere, ut idem Bald. ſcripſit in. l. fin. C. de iuris. om. iud.
& in relato tractatu, de conſti. nume. xij. quibus addes
quæ eleganter ſcripſit Ang. in conſi. vj. data eſt, & quę
nos plenius diſſerendo diximus in prima parte princi-
palis trac. uerſi. proxime accedit, nume. 56.

27 † Quæritur apud eundem Bald. in eadem. l. ij. ſub
nume. 3. mercatores legem tulerunt, quod contra eo-
rum apochas ſeu apodiſſat, nihil opponi poſſit, ſed om
nino ad ſolutionem ſeu ſatisfactionem compellantur
Gerimus mercator ad ſoluendum uirtute Apoche a
conſule compulſus, nec auditus eſt, cum indebitũ eſſe
allegaret. Num quod ſoluit conditione indebiti repe-
tetur, & prima fronte propter autoritatem rei iudicatæ
repetitionis locum non eſſe uidebatur. l. j. C. de cond.
indeb. contra tamen reſpondit ſententiam nõ obeſſe,



quoniam in primo iudicio diſputari non potuit, hæc
exceptio utrum debitum: ſeu magis indebitum eſſet,
quod peteretur, quod ergo non eſt diſcuſſum, ſentẽtia
terminatum dici non poteſt. Quibus adde Bart. in. l. j.
in. §. & paruis. ff. quod ui aut clam, qui quæſtionem
plenius explicat, & in eadem eſt opinione, & uidebis
Saly. & in. l. j. in fin. C. de condi. inde. & in. d. l. ij. Huic
28 rei eſt, † & illud adnotãdum mercatores priuatæ ſcri-
pturæ fidem habendam eſſe, decernere potuiſſe ſcri-
pſiſſe & probaſſe Io. ab amicis in conſi. xlij. in præſenti
conſultatione &c. nume. 5.
29 † Item queritur apud eundem, & eodem, in loco
quam interpretationem habeat ſtatutum illud merca-
torum, quod contumax habeatur pro confeſſo, & ait
ex trinã citatione, nec unam pro tribus ſufficere, pro-
pter magnum præiudicium, quod inde loquitur. ff. de
iure fis. l. ſenatus. §. quod ſi tribus, & addit ubi in con
tumacia ſententia dicitur, in ſententia de contumacia
meminiſſe oportere. l. ij. §. ſenatus uerſi. quoties. ff. de
iure fis. quæ ſimpliciter Aſten. in tertio uolu. de con-
ſtitu. & Deci. in uerbo mercator retulit & probauit, &
placuit Alex. apud Bart. in. l. abſentem nu. 4. litera. E.
in fi. ff. de pœnis & conſenſit Feli. in. c. conſuluit col. v.
uerſi. v. fallit, nume. 13. de offi. deleg.
30 † Vulgaris eſt illa quęſtio, & agitata ualde de lege
municipali, quæ ſcripturas manu propria mercatorum
ſcriptas exequendas iubet, num ſi ſcriptura manu alte
rius facta ſit, ſubſcripta uero manu mercatoris locum
habeat, lex municipalis in qua illud pleriſque placuit
& uerius eſſe puto, & ſubſcriptam ſcripturam exequẽ-
dam. Idq; ex ſententia Angeli Imo. & Alex. ac Aret. in
l. ſi ita ſtipulatus in. § Gryſoganus. ff. de uerb. obliga.
& idem ex facto cõſulto, placuit Alex. in conſi. cxlvij.
Ponderatis his nume. 3. & ſeq. uolu. ij. quod reſpon-
ſum in materia de qua eſt diſputatio noſtra, de merca-
tore ſcilicet & mercatura, notandum puto. Nec me la-
tet Iaſo. notaſſe in. l. emptor in. §. lucius. ff. de pact. nu
me. 3. & ſeq. & in aut. ſi quis in aliquo. C. de eden. nu. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca



& in. d. §. Gryſoganus nume. 9. & ſeq. Decius enim, in
c. quoniam contra nume. 61. de proba. idem probauit,
& legi a Iaſone citatæ, ac rationibus reſpondit, quibus
addes quod idem Aſten. ſenſit in citato uolu. de cōſt.
& Dec. in uerbo ſcriptura, in ultimo uerſi. & ſubiicit ſta
tutum locum habere, & in ea ſcriptura quæ ab alio ſit
ſcripta mandato tamen mercatoris citat Geminia. in. c.
ſi pro te in notabilibus, de reſcri. in. vj. & Alex. in. l. di-
uus, in. §. item ſenatus. ff. de fals. de quo uide quid du-
bitando Felin. ſcripſerit in. c. cum inter num. 9. de ſen-
ten. & re iudi. Geminiani tamen ſententiam defendit,
Mar. in ſingu. cccclxxj. Sepe contingit, & ſubdit ei qui
ex mandato ſcripturam fecit, credendum non eſſe
cum ſit uox unius citatque. Idem ſenſiſſe Imol. in
conſilio. 91. in cauſa &c. colum. j. & ſemetipsum in ru
brica. C. de proba.

31 ✝ Meminimus in pleriſque locis, de lege munici-
pali, quæ libris ſeu ſcripturis mercatorum plenam fidē
haberi iubet, quam ualere Bald. ſcripſit in. l. cunctos
populos nume. 16. C. de ſum. trini. & probat Iaſo. com-
plures referendo in repe. l. admonendi. nume. 100. ff.
iure. Pro quo. l. quędam in. §. nummularios. ff. de edē.
in illis uerbis, quarū probatio ſcriptura codicibusq; eo
rum maxime continetur, & frequentisſime, ad fidem
eorum decurritur, qui textus eſt maximo argumento,
ut inter ipſos mercatores ualeat, & facit. l. ij. de conſti.
pecu. &. c. cum dilectus, de conſue. Idque uſque adeo
receptum eſt, ut ſcripturis in loco factis, fides habeatur
ſi alibi, agatur, ſeu in alio loco producantur, ſecundum
Io. And. apud ſpecu. in titu. de inſtru. edic. §. nunc di-
cendum in additione magna, cuius initium eſt, in pri-
uatorum circa fin. & placet Butr. in. c. ij. In tertia co-
lum. de ſfide inſtrumen. & tanquam quottidianum,
& notandum in citato loco Iaſo. retulit, & plenius in. l.
cunctos populos, in prima lect. numero. 33. C. de ſum.
trini. & ad rem facit, quod Baldus ait, in. l. ſi non ſpe-
ciali, nume. 4. C. de teſta. ſcripturam factam, in aliquo
loco priuilegium illius loci, ubique ſeruare, quod &



Decio placuit, in. c. j. nume. 36. extra de proba. & Feli.
in. c. cum dilectus nume. 14. de fide inſtrumen. ubi ue-
rum eſſe ait, inter eiusdem locis homines, & probauit
prædicta Seuer. in repet. l. cunctos populos ſub nume
ro. 164. in quo loco, & in repet. l. admonendi, ſub nu-
mero. 63. poſt Baldum, hoc amplius tentauit dicere ſæ
nis finge lex municipalis eſt. uel conſuetudo quod li-
bris mercatorum credatur, & extraneus mercator in
32 eadem ciuitate librum rationū conſcripſit, ✝ ſi idem
extraneus mercator in albo, ſeu matricula mercatorū
ſænis deſcriptus fuiſſet, & cōſequenter in collegio mer
catorum fuiſſet eius libro fides haberetur. Cōtra uero
ſi deſcriptus non eſſet. Idem Seuerinus ſub ſeq. nu.
affert ſpeciem talem. Titio creditori ſuperioribus an-
nis centum, quæ debebat Seius mercator numeraue-
33 rit, ✝ & ſe ſoluiſſe ac numeraſſe, in codice rationum
aſcripſerat, nec aliter ſibi de ſolutione cauerat. Titius
mercator idemque creditor centum petit, excipit de
ſolutione Seius, ipſamque ex codice rationum probat
cui municipali. l. fides habebatur, replicat Titius im-
mutatum ſtatutum decretumque eſſe noua lege, ſut
amplius libris mercatorum fides non habeatur. Num
ſcio noua lex municipalis præiudicet, cum ipſe ante
legem nuper latam ſe ſoluiſſe, in codice adnotauerit?
& ait ſe diſputaſſe, in. l. omnes populi in quinta quæſt.
princ. & uerum eſt, quod ait, nam ſub nume. 83. inquit
defenſionem probandi ſolutionem, ex codice rationū
ante nouum ſtatutum, Seio quæſitam eſſe, ideo ex. l.
noua adempta non cenſeri. l. teſtium. C. de teſt. uerſi.
his, ſcilicet qui ſine ſcripſit &c. Si uero Seius poſt im-
mutatam legem, et ſic poſt nouam legem ſoluiſſet con
tra ſe habere, huiusmodi enim defenſio probandi ex
proprio codice ſublata intelligeretur, ex. l. noua, & de
ſe quæri deberet, Seius qui cautionem ſeu quietatio-
nem non deſideraſſet.

34 ✝ Sed & illud quęri poteſt ſi mercator eſſe deſiit, nū
uirtute legis municipalis fides habenda ſit libris, quos
dum mercaturam exercuit, conſcripſit, & credendum

Universidad de Deusto Biblioteca



puto,pro qua ſententia eſt,quod ſcripſit Accurſi. in.§.
pe.in aut.de tabel.& eſt argu.text.in.l. prætor.§.item
etiam qui deſiit.ff.de æden.& probauit Aſten.in rela-
35 to.iij.uol.in uer.probatio.† ubi hoc amplius adiicit,
ſi ſtatutum diceret libris mercatorum ſtari (ut ait) ad
plenariam probationem non poſſet probari contrariũ.
ſecundum Alex.in.l.ij.§.ſi abſens.nu.7.ff.ſi ex noxa.
cau.citatque glo.in cle.j.in uerbo feciſſe narramus.de
36 proba.& ſubdit,† utile eſſe ad priuilegia,quæ hebræis
cõceduntur,in quibus ſolet adiici hęc clauſula,quòd li
bris eorum ſtetur,& plenariam faciant probationem,
habent enim hæc uerba uim præſumptionis quam uo
cant iuris,& de iure,quæ Iaſ.in eodem.§. in.vi.nume-
ro placuerunt.

Sed quoniam,quę de ſtatuto,ſeu conſuetudine mer
catorum diximus,quòd fides habeatur temperamenta
quædam recipiunt, iccirco nonnulla in ſumma adno-
37 tabimus. † Et primum ſi ſtatutum diceret generali-
ter omni ſcripturæ mercatorum ad eorũ fauorem cre-
dendum,quia hac cõſuetudine, ſiue ſtatuto ad falſum
inuitarentur,& ratione caret,non ualeret.l. conuenire
ff.de pact.dota.c.erit autem.iiij.diſt. idque ex ſenten-
tia Bal.in.l.uni.C.de confeſ.nu.13.quem retulit,& pro
bauit Abb.in.c.bonæ.ij.de poſtu.præla. in fi.& Iaſ.in
dicta repe.l.admonendi.nu.102. qui ex mente prædi-
38 ctorum,ſtatutum † quod libris mercatorum ad fauo-
rem ſcribentium fidem haberi mandat,intelligendum
eſſe ait,judicis conſenſu accedente , & ſi iudici uidebi-
tur mercatoris ſtatu , atque conditione , qualitate rei,
atque negocii,ac quantitate cognitis,atque perſpectis,
quæ ſententia utilitati rerum eſt conſentanea, & meri
to placuit Alex.in.l.quędam.in.§.nummularios.in.j.
col.ff.de eden.& Fran.cur.in.d.l.admonendi.nu.214.
39 † Addit Iaſ.& tertio conſuetudinem,ſeu ſtatutum hu
iuſmodi intelligendum,niſi mercator notatus eſſet in-
famia,ſi enim infamis,& culpatæ,ſeu ſuſpectæ uitæ eſ
ſet,fides libro habenda non eſſet,citat Bald.in.l.cun-
ctos populos.C.de ſum.trini.ubi Seuer.notauit Bald.



referendo ſub nume.164. & uidebis omnino eundem
Bal.in.l.caſſius.nu.x.ff.de ſenat. & in eadem ſentẽtia
fuit Bar.in.l.quædam.in.§. nummularios.ff.de eden.
& arg.eſt.l.ſiquis ex argentariis.§.j.ff. de eden.in illis
uerbis. Quid enim ſi humilis,& deploratus unus edi-
dit,ut dubitare quis merito de fide editionis poſſit?qui
bus addes Gram.in conſi.xxxv.nu.27.

40 † Declarat etiam Iaſ.in relato loco conſuetudinem,
ſeu ſtatutum prædictum interpretandum in his, quæ
ad negociationem,ſeu mercaturam pertinent,ut puta
ſi mercator ſit pannorum , & in libris rationes panno-
rum deſcripſerit. Contra uero ſi extra negocium mu-
tuum,ſeu depoſitum adnotauerit. argu.l.iij.§.eodem
modo.ff.nau.cau.ſtab.idque Io.an. ſenſit in citata ad-
di.quem referendo probat Ludo.rom.conſi.cciiij.pro
diſcutienda.& conſi.ſeq.& Arc.in conſ.xxxiij.conſul
tatio præmiſſa,col.j.& in conſi.xliij.in præſenti.& ſeq.
& placet Dec.in.c.j.nu.35.& in conſil.xl. uiſo tenore.
nu.3.& comprobat Iaſ.pluribus ſimilibus in.l.age.C.
41 de tranſac.& Aym.cra.in conſi.iij.nu.15. † Huc perti-
net,quod Bal.inquit in.l.ſi.C.ad ſenatuſcon.macedo.
ſi lege municipali cauetur cum filiofamilias non poſ-
ſe contrahi,niſi ſit mercator interpretandam ſi in cau-
ſa mercaturę cõtrahat,ſecus ſi in diuerſa,ratione enim
mercaturæ non perſonę lex municipalis permiſit,& in
ducit legem illam,contraque ſubiungit facere.ff.naut.
caupo.ſtabu.l.iij.§.eodem modo. Cæterum illud ue-
rum ait,ſi conſtat extra negocium mercaturæ cum fi-
liofamilias contractum non ualere contractum , in re
autem ambigua præſumi tãquam cum mercatore con
tractum.uerſumque in ipſam mercaturam,unde ſi mu
tuo quid acceperit in merces uertiſſe cẽſetur, idque ait
Bar.placuiſſe in.l.macedoniani.eo.tit.ubi idem Bald.
notauit,& arg.magno eſt text.in.d.l.ſi.& idem placuit
Stepha.de fede.in trac.de interp.iur.in.iij.par.nu.24.
qui ait,in dubio cõtraxiſſe uideri in cauſa mercaturæ,
& in eadem opi.fuerunt Pau.& Sali.in.d.l.ſi.& Arc.in
ſti.de excep.§.item ſi in iudicio.nu.18.Pau.caſt.in.l.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca



§.in filioſamilias.nu.4.ff.ad ſenatuſcon.maced.& hęc
etiam probauit Seue.in.d.l.admonēdi.nu.62. quibus
addes,quæ relatiue diximus in.ij.par.princi.tracta.in
uer.tractare hic ab re non eſſet.nu.169.& Feli.in.c.ij.
nu.28.de fide inſtru.

42 ✝Denique conſuetudinē,ſeu ſtatutum,quòd libris
mercatorum credatur,interpretandum uidetur,dum-
modo in territorio, in quo ſtatutum uiget, liber con-
ſcriptus ſit,unde ſi Senenſis Antuerpiæ moram trahe-
ret,& eodem in loco in libro adnotaret ſe ſoluiſſe cen-
tum,quæ Franciſco mercatori Senenſi debebat,uirtu-
te legis municipalis,quæ Senis eſt,ut ſcripturis merca-
torum ad eorum fauorem fides habeatur,ſolutio non
probaretur,ſecundū Seue.in.l.omnes populi.nu.164.
qui id Bal.ſenſiſſe refert,& idem Seue.eandem.q.atti-
git in.l.admonendi.ſub nu.65.& non ſoluit,& in eadē
ſententia fuit Iaſ.in prioribus commen.l.cunctos po-
pulos.ſub nu.23.qui eundem Bal. idem ſenſiſſe refert
in.c.cum dilectus.extra de fide inſtru. Verum non me
latet Phil.cor.in conſi.cccxix.circa primum,&c.uolu.
iij.in ulti.dubitatione. contra hanc ſententiam effuſo
ſermone complura retuliſſe,prætermiſſaque Bal.auto-
ritate dubitando in ſolutam quæſtionem reliquiſſe,
quod reſponſum uidendum eſt.

43 ✝Eſt & hic illud neceſſario adnotādū non improbe
conſtituendam eſſe differentiam inter ſtatutum a mer
catoribus factum,quod iubet eorum libris fidem habe
ri,& illud quod a municipibus eſt conditum,ſeu quod
ciuitas aliqua cōſtituit,ut mercatorum libris credatur,
in ſuperiori ſiquidem caſu,ſecundum ea,quę diximus
a frequentioribus probari,inſpiciendum eſt, num ſta-
tuentes ad eorum cōſules uerba retulerint, ſi enim ad
eos uerba direxerunt in alios foro tale ſtatutum ſeruā
dum non eſſet,dicendum eſt igitur, ut paulo ſuperius
diximus in uer.incurrit.&uer.denique quod diximus.
nu.10.& ſeq.nu.In poſteriori uero caſu,et ſi ad præto-
res,ſeu poteſtates ſtatuentes uerba retuliſſent,genera-
liter putarem,& in quocunque foro,ac loco inter eiuſ-



dem loci mercatores fidem libris habendam eſſe,ut di
ximus in uer.meminimus.&c. Cur tam uarie colliges
ex ſcriptis noſtris,nec hic diſtinguendum eſſe,ut in pa
ctis diximus,ſed generaliter in quocunque foro, & lo-
co inter ſubditos ſtatutum predictum ſeruandum,niſi
expreſſe aliter in ſtatuto contineretur.

44 ✝Fulgo.in conſi.cv.in propoſita quæſtione. &c.aſ-
ſert ſpeciem talem lege municipali conſulibus in cau
ſis mercatorum iuriſdictio tribuitur,num ad hæredes
mercatorum,qui tamen mercatores non ſint,porrigen
da ſit,& ait referendam non eſſe,& conſequenter con-
ſules hæredum mercatorum iudices non eſſe,hæredi-
tatemque negociatricem,& in hoc exercitio mercatu-
re eſſe dici recte non poſſe, cum ſit res incorporalis.ff.
de rerum diui.l.j.§.j. incorporalia autem huiuſmodi
officia non recipiūt,arg.ff.de acqui.rer.dom.l.ſeruus.
§.incorporales. Nec refert,quod dicitur hæreditatem
in multis partibus iuris pro defuncto haberi.ff.de ac-
qui.rerum domi.l.hæreditas.quoniam illud ex fictio-
ne eſt introductum,ad quam lex municipalis non re-
fertur.ff.de nego.geſt.l.iij.§.hæc uerba.ubi Accur.et
omnes conſentiunt.Hæc ille.Quæ ſententia uera eſt,
ſi lege municipali,quam ſibi ciuitas aliqua cōſtituiſſet
(ut proponitur)caueretur.At ſi mercatorum lege, et
quam ipſi mercatores ſibi cōſtituiſſent in ſupraſcripta
uerba decretum eſſet,dici forte poſſet,& non incolora
te hæredem mercatoris coram conſulibus conueniri
poſſe ex negocio mercaturæ,quod defunctus dum ui-
xit,geſſit,& adminiſtrauit,mouet,quod non ſemel di-
ximus,et præcipue ſub nu.8.et nu.14.hac eadem parte
ſtatuta mercatorum pacta,et conuentiones dici,et pro
pterea et mercatores, et eorum hæredes hoc iure uti
45 obſtrictos eſſe.✝ Dicet aliquis, finge clericum hæredē
mercatoris,eueniret ergo,quòd clericus mercatoris hę
res coram conſulibus ex negocio mercaturæ a defun
cto geſto conueniri poſſet,quod Fulg.non admittit,et
merito,ut Bar.Pau.et alii notarunt in.l.hæres abſens.
in prin.ff.de iudic. Sed illud ideo eſt,quia clericorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



priuilegium eſt fori in corpore iuris inſertũ. Nec enim
priuilegium fori perdit clericus ſi laico ſuccedat, ut ex
perſona laici conueniri poſſit, quia conceſſum eſt pri-
uilegium fauore publico, et ratione totius clericalis or
dinis, ut plene ſcripſit Iaſ. in aut. quas actiones. nu. 39.
C. de ſacro. eccle. eſt tamen et hic, et in eo, quod dixi-
mus in præced. q. cogitandum, et uidenda, atque con-
ſideranda. l. fi. C. de iuriſd. om. iud. quæ eos, qui in col
legio ſunt, ſolum reſpicere uidetur, et uidebis Rom. in
conſi. ccc. in caſu propoſito. &c. et his addes, quæ dice-
mus, cum de iudicibus tractabimus ſub. nu. 17. ego ta
men dixi, quid modo ſenſerim.
46 Decius in conſi. iij. & diligenter &c. ex facto conſul
tus ſuper cõſtitutione Florentina, quæ officialibus mer
caturæ in quibuſdam iuriſdictionem tantum tribuit,
non inſubtiliter diſſeruit, num in iiſdem cauſis ordina
ria iuriſdictio, ideſt prętoris adempta cenſeatur ipſum
legito, & ſat ſit locum retuliſſe, & illud addere prædi-
cta procedere ubi ciuitas, ſibi tale ius conſtituiſſet cõ-
tra uero, ſi mercatorum collegium id decreuiſſet, nõ
enim poſſunt mercatores ſtatuere, ut ordinaria iuriſdi-
ctio excludatur, ſecũdum ea quæ diximus, & dicemus
& probatur in. l. fi. C. de iu. om. iu.
47 † Apud Roma. in conſi. ccc. paulo ſuperius relato,
ita ſcriptum eſt, ſi lege municipali, conſulibus mer-
catorum cognitio litis quę (ut ait) a guarentigia profi-
ciſcitur prohibetur, tunc a guarentigia litem procede-
re dicendum eſt, cum inſtrumenti tanquam guarenti-
giati executio petitur, cõtra uero, ſi coram conſulibus
ad probationem inſtrumentum produceretur. Conſti
tutio enim quæ loquitur in uim petendæ executionis
locum non habet cum illud producitur, in uim facien
dæ probationis, ſecundum Bald. in. l. plane. ff. quod
fal. tut. & Bart. in. l. filius. ff. quod cum eo, et hanc ſen-
tentiam probauit Soci. in conſil. lj. Præſtantiſſime do-
ctor &c. lib. j. et ego etiam æque non reprobo, uerba
tamen municipalis legis diligenter inſpicienda ſunt,
quod et Bar. et Bal. in relatis locis notarunt.



48 † Nec tacebimus præceptorem meum, Ludo. Go-
zad. in conſi. lxxij. de officialibus ſcripturę ſeu Duanæ
Anconitanæ, quædam ex facto conſultum ſcripſiſſe,
ac alia attigiſſe, et ad mercaturam, et Anconitanas con
ſtitutiones pertinentia, quę quoniam legi poſſunt con
ſulto pretereo, ſunt enim præceptoris mei uiri qui-
dem ingenij acutiſſimi. ſcripta talia, ut inter manus
fere omnium uerſentur, et tu lector quæ ſcripſit con-
ſidera.
49 † Sciendum eſt, et illud, quod eleganter inquit
Aret. in reſponſis ſuis, in reſp. xxix. diligenter et ma-
ture &c. nume. 19. ſtatuta quibus conſulitur mercato-
ribus et artificibus. ut melius mercatura et artes exer-
ceantur ad ſtatum ciuitatis et publicam utilitatem per
tinere citat Barto. in. l. ambitioſa nume. 22. ff. de decre.
ab ordi. facien. Dicebat etiam Barba. mercatorum ſta-
tuta æqua eſſe ut patet in conſilio. xxix. numero. 5. in
ſecunda parte.
50 † Et quoniam diximus mercatorum ſtatuta con-
firmatione non egere, cum a lege ipſa ſint confirmata,
illud ſciendum eſt, ſi confirmentur a populo, non ta-
men ſtatuta populi uerbigratia Anconitani dicentur,
ſed mercatorum, ut eleganter probat Bal. in. l. ex pla-
cito numero. 7. C. de rerum permu. quod ſingulariter
notandum puto, propter multa ac uaria, et præſertim
ea quæ diximus paulo ſuperius, in uerſi. Denique et
in uerſi. Fulgoſius.
Hoc loco etiam admonendi ſumus, apud Bald. in
conſilio. ccclxxxij. num. 8. lib. v. ita ſcriptum eſſe. Fru-
ſtra de pœna laborat, qui rem conſecutus eſt. l. ij. poſt
prin. ff. ſi quis cau. Pręſertim quia iſta obligatio, quæ
deſcendit ex decreto mercatorum, eſt obligatio præ-
51 toria et conſequenter arbitraria, † in qua prædicta re-
gula eſt ueriſſima, ut. ff. de public. l. hoc edicto, et. ff.
quod met. cau. l. ſi cum exceptione. §. ſatis clementer,
et quod ſit ius, ius prætorium apparet, quia deſcendit
ex iuriſdictione cõſulum, qui ſunt pretores, ſicut ædi-
les curules et ſimiles. l. j. ff. de offi. conſu. et. ff. de uer.

Universidad de Deusto Biblioteca



oblig. l. ſtipulationum aliæ. §. prætoriæ, uel ſaltem inſtar prætoriarum inuentę, ex quibus oritur actio in factum. Hæc ille qui paulo inferius ſubiungit, in uerba infraſcripta. Sed quia forte in hoc aliqui contradicerent, cum iſta actio ſit pœnalis, a principio, uel forte dicerent, quod hæc pœna eſſet applicanda fiſco. Ideo & reliqua, merito autem adiecit Bald. ſed quia forte
52 aliqui contradicerent. ✝ Quoniam Iaſo. poſt Alex.
in. l. ſtipulationum, aliæ in ſi. princ. ait, quod dicitur actiones pœnales, deſcendentes ex ſtatutis Ducum Comitum, & Marchionum annales eſſe, ueluti actiones prætoriæ procedit, quando actiones pœnales ciuiliter inſtituatur, ad pœnam applicandam parti. Contra uero ſi criminaliter, tunc enim durant ad annos. xx. l. quærelam. C. de falſi. Ex quibus uerbis Baldi colligimus obligationes: ex decretis mercatorum, deſcendentes prætorias eſſe, pro qua ſententia uidetur text. in. l. ſecunda in. §. nouiſsime. ff. de origine iuris. In illis uerbis aut. eſt magiſtratuum edictum, unde
53 ius honorarium naſcitur. ✝ Verum huic ſententiæ
aduerſatur, quoniam talia ſtatuta non ipſi conſules, ſed mercatores faciunt, & qui conſules ab ipſis mercatoribus creantur, ut dicemus in ſequen. parte, & non ſemel diximus, & probatur in. l. finali. C. de iuriſ. omnium iudicum in. l. ſecunda. C. de conſtitu. pecu. & in §. fin. in aut. de fideiuſſ. Item cum legis permiſſu mercatores ſtatuta faciant. ius prætorium dici non poſſe, uidebatur, quemadmodum quod unaquæque ciuitas ſibi conſtituit ius ciuile, non autem prætorium dicitur. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Barto. in dicta. l. ſtipulationum aliæ in fin. ff. de uerbo. obli. ego autem ut breui dicam, quid nam ſenſerim, putabam huiuſmodi ſtatuta a mercatoribus facta pactiones, atq; conuentiones, recte dici poſſe lege finali. ff. de colla. illi l. ſed & ea ff. de lega. & ſupra non ſemel diximus, quæ pactiones, benigne interpretandæ ſunt, & cauendum ne ſub autoritate iuris ſcientiæ pernitioſe erretur. ff. de uerborum obligationibus. l. ſi ſeruus ſeruum





uum in. §. ſequitur. Et in ſumma æquitatem ante oculos habere debet, iudex in interpretatione earundem & prætores imitari. l. quod ſi ephaſi. ff. de eo quod cert. lo. Quę notanda ſunt, ad multa & uaria quæ ex relatis locis colligi poſſunt. Reliqua ſtatuta ad mercaturam pertinentia in diuerſis locis (ut materia expoſtulabat) notaui.
54 ✝ Et quia de nomine curia, in pleriſque locis
meminimus, ſi libet, de ſignificatione huius uocabuli uidebis quæ ſcripſit Zaſius in. l. ij. ff. de origine iuris, & plenius Nicol. Boer. in tracta. de poteſt. mag. con. nume. 167. & ſequen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SVMMARIVM

## SECVNDAE PARTICVLAE VLTIMAE PARTIS PRINCIPALIS.

1 Collegium mercatorum poteſt iudicem eligere cuius iuriſdictionem declinare nequeunt, & quomodo creandus ſit.

2 Collegium mercatorum poteſt plures etiam iudices ſeu conſules eligere non tamen ſeorſum quilibet adiri poteſt.

3 Maior pars conſulum an ſufficiat, ut, quod factum eſt ualeat præſertim alijs abſentibus, & in requiſitis.

4 Conſules tres ſi inceperunt, et unus eorum abeſt, quartus poteſt supplere uices illius abſentis, & quid in extra iudicialibus uerbi gratia ſi plures eligantur ad uendendum gabellas ſlorentiæ.

5 Conſules electi à collegio mercatorum ordinariam habent iuriſdictionem, & ſi tanquam ſuſpecti recuſati fuerint idem in his, quod in ordinarijs eſt dicendum.

6 Conſules electi à collegio mercatorum, quòd iuriſdictionem poſſint exercere abſque confirmatione.

7 Conſules licet habeant iuriſdictionem inter ipſos mercatores non propterea cenſetur adempta ordinario loci iuriſdictio. Quinimo, & ipſi mercatores, & conſules ordinarijs iudicibus ſubijciuntur.

8 Actor habet electionem agendi contra mercatorem uel coram conſulibus uel coram ordinario nec reus habet priuilegium petendi ſe remitti ad conſules.

9 Vbi quis coram pluribus iudicibus reſpondere tenetur actori datur electio coram quo uelit eum conuenire.

10 Conſules ex longa, & antiquata conſuetudine extra negocium mercaturæ cauſas poſſunt cognoſcere.

11 Conſules mercatorum cognoſcunt in his quæ ex mercatura ueniunt ideſt annexis, & connexis, ut puta pœnis.

12 Conſules mercatorum non cognoſcunt inter ipſos mercatores in his quæ ſunt extra mercatorem uerbi gratia, ſuper uenditione domus.



13 Conſules cauſas collegij mercatorũ poſſunt cognoſcere ſi a mercatura proficiſcantur.

14 Mercator ab eo qui mercator non eſt cauſa, & occaſione mercature coram conſulibus conueniri poteſt.

15 Mercatores an poſſint de delictis cognoſcere, et multã indicere.

16 Mercator qui deſiit mercaturam exercere pro his quæ geſſit tempore quo mercator erat, & quæ ad mercaturam pertinebant coram conſulibus mercaturam conueniri poteſt.

17 Clericus mercaturam exercens, quod mercaturæ cauſæ coram conſulibus conueniri poſſit quia non, ut clericus ſed, ut mercator conuenitur, et idem iuris eſt in milite.

18 Mercator forenſis qui Anconæ tabernam pergulam ſeu mẽſam habet ratione contractus, uel quaſi Anconæ poteſt conueniri et ſi domicilium non habeat coram præſide uel conſule in his tamen quæ ad mercaturam attinent.

19 Mercatores Florentini qui menſam nũmulariam certo loco exercent tenentur ibidem ſe defendere in his quæ ad menſæ rationem pertinent, nec excuſandi, ſunt ſi florentiam codices rationum tranſmiſiſſe dicant quia afferri lex iubet ſumptibus, et periculo eorum.

20 Mercator forenſis qui nec tabernam ſeu menſam aut pergulam Anconæ habebat ſi merces emit habita fide de precio aut uendidit præſenti pecunia habita fide de rebus ſi is receſſurus ſit num Anconæ conueniri poſſit, et quid ſi fides non eſt habita de precio uel rebus.

21 Mercatores Florentini qui Anconæ inſtitores habent poſſunt ibi dẽ ex eorum cõtractibus cõueniri directa uel utili inſtitoria.

22 Menſa poteſt conueniri, et ſi plures menſæ ſint in diuerſis locis principalis conuenietur ſi aliæ ei accedant.

23 Mercatores qui ad nundinas profecti ſunt non poſſunt nundinarum tempore in ipſis nundinis, et ſi pergulam habeant, ab his qui nundinas impetrarunt conueniri ab alijs uero mercatoribus qui cum eis contraxerunt poſſunt.

24 Mercator num ex aſſidua cõuerſatione in loco forum ſortiatur.

25 Contrahens certo loco cum mercatore qui habet bona in diuerſis locis num poſſit petere in alio loco ſibi ſatisfieri.

26 Senenſis Venetijs menſam nummulariam exercens ſi Senenſi Romæ ſimiliter menſam nummulariam gerẽti. §. per litteras

Universidad de Deusto
Biblioteca

*mandet, ut tercenta alicui ſoluat num Romæ coram auditore cameræ poſſit cõueniri ad dicta tercenta ſtante ſtatuto Senenſi, quod prohibet ſub pœnis Senenſem coram alia curia quam temporali Senenſi conueniri poſſe.*

27 *Statutũ Senenſe, quod prohibet Senenſe ſub pœnis alium Senẽſem in alia curia quam temporali Senenſi trahere an ualeat et ſit contra libertatem eccleſiaſticam.*

28 *Locus ubi mandatum factum eſt non attenditur, ſed ubi fit mãdati executio.*

29 *Interpretatio ad ſtatutum Anconitanum ſub rub. de non uocan. cit.*

30 *Conſules qua ætate creari poſſunt.*

31 *Conſules electi iurant, et de forma relatiue, et quod in iuramento intelligatur exceptum ius ſuperioris.*

32 *Conſules mercatorum qui iurant ſeruare ſtatuta a collegio facta num obligentur ad periurium, ſi non ſeruant ſtatuta idem, quod ius commune diſponentia.*

33 *Conſules mercatorum, quod poſsint per edicta citare ſi proponantur edicta in foribus auditorij eorum quia habent prætorium.*

34 *Conſules mercatorum a collegio creati an reuocari ſeu reprobari ab eorum collegio poſsit ante finitum officium.*

35 *Collegium mercatorum quomodo conſtituatur, et quomodo diſſoluatur, et circa id quædam alia relatiue.*



## DE IVDICIBVS, SEV CONSVLIBVS MERCATORVM.

POSTQVAM ſtatuta complura
ad mercatores, ipſamque mercaturã
pertinentia breuiter retulimus. Nunc
iuxta propoſitum a nobis ordinem
de iudicibus eorũ diſſeremus. Cum
igitur probauerimus mercatorum col
legium iuriſdictionem habere, & ſta-
tuta facere poſſe, in his, quæ ad eorum officium, nego
1 ciationemque pertinent. ⸸ Sciendum eſt etiam iudicẽ
ſeu conſulem ſolere, & poſſe ſibi eligere, qui inter eos,
& (ut dicemus) ius dicet, cuiũs iuriſdictionem, & pre
ceptionem declinare nequeũt, & periniquum, ac teme
rarium eſſe iudicum, ad quos negociationum cura per
tinet, forum declinare, ut eleganter Imperator inquit
in. l. fi. C. de iuriſd. om. iud. Conuenient ergo in unum
mercatores, & conſulem creabunt. Priuatorum enim
2 conſenſus iudicem non facit. l. priuatorum. C. eo. ⸸ Ni
hil etiam prohibet mercatorum collegium plures con
ſules eligere, dummodo illud non ignoremus, quemli
bet ſeorſum adiri non poſſe, in qua re plene quidem,
ac docte ſcripſit Bal. in. l. uni. ff. de conſul. in uerba in-
fraſcripta. Quarto quæritur pone Peruſii ſunt quatuor
conſules mercatorum, qui habẽt cognoſcere de factis
mercatorum, nunquid quilibet poſſet ſeorſum adiri, &
dic quôd non, quia iuriſdictio eſt conceſſa eis ſub uno
nomine collectiuo, ſcilicet, cõſulum, & ſub forma plu-
ralis numeri, quia dicitur conſules cognoſcant, nõ con
ſul cognoſcat, & ſic eſt forma data, quòd per plures co
gnoſcatur, non per unum, quia pluralis numerus non
uerificatur in uno, infra ad trebel. l. Lucius Phœbus. &
ideo licet mandatum legis uideatur aliàs datum cuili
bet inſolidum, ſecus in mandato hominis. C. de procu.
l. pluribus. tamen hic ſecus eſt propter datam formam
a qua non eſt recedendum. C. de iure fiſ. l. ſuper crean
3 dis. lib. x. ⸸ Sed nunquid ſufficit maior pars, dico, quôd

Universidad de Deusto Biblioteca



ſic, quia quando lex pluribus committit, ſemper tacite
uidetur ineſſe, ut ſufficiat maior pars, ut. l. maiorem. in
fra de pact. & . l. planc. i. quod cuiuſque uniuer. nomi.
etiam ſi tanquam ſingulis fiat commisſio, ſecus uero ſi
per hominem aliquid committatur. Subiungit Bald.
Quinto quæritur nunquid ſufficiat maior pars nume
ri aliis abſentibus, & irrequiſitis Res. Aut eſt actus in
quo conſideratur facientium utilitas, & animi affectio,
aut ſolius numeri impletio. Primo caſu requiri debét
abſentes, quia tractatur de eorum præiudicio, ut in ele
ctionibus. Secundo caſu ſiquidem eſt actus collegialis
debet conuocari collegium ſono tubæ, uel campanæ
more ſolito. Si uero eſt actus ſingularis non requiritur
conuocatio, ideo quod faciunt tres ex dictis cõſulibus
mercatorum quarto irrequiſito ualet, facit quod notat
Bar. in. l. hæredes mei. in. §. peto. ff. ad trebel. ubi omni
no uideas. Adde quòd ubi ex facto aliquorum genera
tur aliis ſingulis præiudicium, tunc debent ſimul eſſe
congregati, ſed ſi nõ generatur præiudicium, niſi ipſis
facientibus, & non eſt actus collegialis, ſed ſingulorũ,
tunc non requiritur collectio, primum probatur. ff. de
pact. l. & ſuum hæredem. §. hodie. ſecũdum probatur
in. l. per fundum. ff. de ſerui. ruſt. præd. Sed ſi eſt actus
collegialis ſemper requiritur, quòd ſimul ſint cõgrega-
ti. Subiicit Bal. Item nota, quòd ubi agitur de præiudi-
cio uniuerſitatis ad minus duæ partes debent eſſe præ
ſentes, ut in. d. l. planc. ff. quod cuiuſque uniuer. nomi.
Sed ubi tractatur de præiudicio ſingulorũ ſufficit ma-
ior pars quãdo lex hoc maiori parti committit. d. §. ho
die, quia regulariter non poteſt quis pręiudicare alteri.
ff. de magiſ. conue. l. j. §. j. ff. de pact. l. item magiſtri. in
glo. cum ſimili. & adde quod notatur in aut. de alie. &
emphi. §. in prædictis. in glo. & facit. ff. de pact. l. cum
4 in eo. † Et nota, quòd ſi tres inceperunt, & unus corũ
abeſt, quartus poteſt ſupplere uices illius abſentis, ut
hac. l. quod eſt notand. Et prædicta ſunt uera etiam in
extraiudicialibus, ut ſi eligantur plures ad uendẽdum
gabellas communis Florentiæ, ſufficit enim maioris



partis conſenſus ut. l. quod maior. ff. ad muni. quia in
factis publicis ſufficit, maioris partis legitime, tamen
congregatæ conſenſus, licet quandoque ſit ſecus in fa
ctis priuatorũ. Nam reſpublica per alios regitur ideo
ſufficit maior pars regentium. C. de decur. l. obſeruare
lib. x. & quod inceptum eſt, ab uno alter, propter illius
abſentiam, poteſt perficere, ut in. l. noſtra, & idem dico
ſi unus ex dictis quatuor conſulibus, nollet officium
acceptare, quia interim tota iuriſdictio reſidet in acce-
ptantibus, duntamen ſit maior pars, ut infra de ap-
pella. l. imperatores. §. ſi magiſtratus. Hucusque Bald.
quem aduerbium referre, non ab re eſſe duxi, quibus
addes. l ubi. ff. de tuto. & cura. datis ab his Bart. in. l. ſi
uni alias pomponius. ff. de re iudic. & eodem in loco
Pau. caſt. uerſic. interdum competit pluribus, non ut
uniuerſis, ſed ut pluribus. ubi addit mercatorum ſta-
tuta inſpicienda eſſe, in electione conſulum. Alexan.
etiam ſub nume. 7. & Iaſo. ſub nume. 5. ſe ad Baldum
noſtrum retulere uidebis etiam Bartol. & Alex. & alios
in. l. reſcrip. tum. ff. de pact. & omnes iuris interpretes,
in. c. prudentiam de off. delega. ubi inter alios Felin.
Baldum in prin. & in relato loco: non ſemel retulit, eſt
etiam prædictis adiiciendum, quod nos in tractatu no
ſtro de decoctoribus, diximus parte ſex. in qua de pa-
ctis conuentis, inter creditores & decoctores disputa-
uimus, & Inno. in. c. cum ab eccleſiarum de offi. ord.
& . l. magiſtratus, cum glo. ff. ad muni.
5 † Et notandum eſt, conſules electos a collegio mer
catorum ordinariam iuriſdictionem habere, ut Barto.
Ange. & Pau. in eadem. l. fina. notarunt, ubi Salyc. ſub
nume. 3. ſubiicit, ſi tanquam ſuſpecti recuſati fuerint,
idem quod in ordinario iudice dicendum eſſe, de quo
plene iuris interpretes, diſputarunt in. l. cum apertisſi
mi. C. de iudic. et ordinariam iuriſdictionem conſules
6 habere, ſentit Inno. in. d. c. cum ab eccleſiarum, † nec
puto conſulis a collegio mercatorum electos, ſuperio
ris confirmatione egere ſed electione legitime facta iu
riſdictionem a lege conceſſam exercere poſſe, ut in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



antecedenti parte diximus, ſub nume.9.& in hac ſen-
tentia fuit, etiam Pau.caſt. in.l.priuatorum.C.de iur.
omnium iudi.& ſentit Inn. in.d.c.cum ab eccleſiarũ.
Licet Cyn. & Alb. contra ſenſerint,noſtra autem ſen-
tentia in.l.fin. eodem titu. de iuriſdi.om.iud.clare (ni
fallor)probatur.Sed quamuis conſules inter ipſos mer
catores iuriſdictionem habent,non propterea ordina
riorum iuriſdictio adempta cenſetur, quinimmo &
7 ipſi mercatores & conſules ordinariis iudicibus, † ſub
iiciuntur,ut ſcripſit Innoc. in relato loco, & probatur
eadem.l.fina.ubi ſpeciatim & Bald.& Paul.notarunt.
in qua.l.Cyn.in ſecundo not. belliſſime inquit.Cum
mercatores coram præſide loci etiam reſpondere te-
8 neantur, † in manu ac poteſtate actoris eſſe, an uelit
coram conſulibus uel ordinario agere facit.l. j. C. de
offi.præ.urb.& quod ſcripſit deciſi.in conſi.iij. Subii-
9 cit Pau.generalem eſſe regulam. † Vbi quis coram plu
ribus iudicibus reſpondere tenetur. Actori electionẽ
dari, coram quo reum uelit conuenire.l. cum clericis.
C.de epis.& cleri.l.j.C.ubi in rem act.l.ſed & ſi ſuſce-
perit.§.ſi ea res.ff.de iudi.Nec reus priuilegium habet
petendi ſe remitti, ad conſules mercatorum. Id enim
ius ſingulare eſt, in militibus, & ſcholaribus.l.pen.C.
de iuriſdi.omnium iudicum,& aut.habita.C.ne filius
pro patre,& his adde.l.iij.§. qui ſtichũ.ff. de eo quod
cer.lo.Phil.Franc. in.c.Romana.§.contrahentes, nu-
mero.1.de fo.comp.lib.vj.

Conſules igitur, in his quæ ad officium mercatorũ
negociationesq; pertinent ius inter mercatores dicẽt,
cauſasque cognoſcent, ut in eadem.l.fin.iuris inter-
pretes ſcripsere,& Bal.in.l.iij.§. eodem modo.ff.nau.
10 caup.ſtab. † & ſcribit Rom.in conſi.ccc.omnipotentis
Dei poſtulato ſuffragio in caſu &c. Vbi addit ex longa
& antiquata cõſuetudine, extra negocium mercaturæ
cauſas poſſe cognoſcere. Longa enim conſuetudo nõ
habentibus tribuit iuriſdictionem. C. de diuer. offi.l.
uiros,lib.xij.ff.aequa plu. arcen.l.fin. c.cum cõtingat
11 de foro compe.de pœnis.c.Romana lib.vj. † Item &



in his quæ ex mercatura ueniunt, ideſt annexis & de-
pendentibus ab ea, iuriſdictionem habent.l. ſi quis
ex argentariis.§.rationem.ff.de eden. ubi Bal. Alexã.
& Iaſo.ſcripſere, & idem Iaſo. in.l. ſed ſi plures nu.7.
ff.de uulg.& pup. exempli loco,in pœnis in contracti-
bus eorum adiectis poſſent cognoſcere,ut inquit Pau.
& probat ex.l.quicunque.§.ſi ei quem.ff. de inſtitũ.&
ex his quæ notantur in.l.ij.C.ubi cau. fiſca.addit plu
ra Iaſo. & præcipue glo.in.c.accuſatus, in uerbo iudi-
cati de heret.in.vj.&.l.lucius, in.§.Paulus reſpondit.
ff.de admi.tut.quod comprobabis,ex pluribus a Mar-
ſilio congeſtis in.l.j. in.§. diuus Adrianus numero.4.
usque in finem.ff.de quæſt.quæ breuitatis gratia non
referuntur.
12 † Vnde quæſitũ fuit ſi inter duos mercatores extra
negotium mercaturæ,& ea, quæ ex mercatura ueniũt
orta ſit controuerſia,uerbi gratia ſuper uenditione do
mus,num conſules mercatorum huius controuerſiæ
iudices ſint competentes? & receptum eſt non eſſe. in
his enim quæ ad mercaturam attinẽt, ius dicent, & ut
ſupra Accur.Cy.Bar.Bal.Ang.& Pau.in ead.l.fi.ſenſe
runt,& probat multis ſimilibus Iaſ.in.l.age.C.de tran
13 ſac. † Addentes conſules cauſas collegii mercatorum
poſſe cognoſcere. & uerba Imperatoris in ead.l.fi.His
iudicibus tam in publicis,quàm in priuatis cauſis obe-
dire compelli hanc interpretationem a conſuetudine
recepiſſe,uidelicet,publicis,ſcilicet,ſocietatis, uel colle
gii illius,ut mercatores a procuratore,ſiue ſindico col-
legii ex cauſis,ſiue negociis collegii,quæ dicuntur pu-
blica ipſius collegii,coram conſulibus conueniri poſ-
ſint, ſi tamen cauſæ a mercatura proficiſcantur, non
enim conſules in publicis criminibus iuriſdictionem
habent,nam maioribus iudicibus duntaxat concedi-
tur.l.j.ff.de offi.eius.& in priuatis cauſis,ratione tamẽ
mercaturæ,& negociationis inter eos, & idem probat
Inno.in.d.c.cum ab eccleſiarum.& cum conſuetudo
ſit optima legum interpres, & minime ſint mutanda,
quæ certam interpretationem ſemper habuerunt,nos

Universidad de Deusto
Biblioteca



14 etiam prædictorum ſentétiæ aſſentimur. † Huic rei eſt
& illud adnotandum cauſa, & occaſione mercaturę co
ram dictis cõſulibus mercatorem ab eo , qui mercator
non eſt, conueniri poſſe. arg. l. pe. C. de iur. om. iud. &
probant Bal. & Pau. ca. in ead l. fi. quod & uerum eſt.
15 Nec tacebimus Sali. in ea. l fi. ſub nu. 4. † tentaſſe dice
re, hos iudices de communi delicto nõ cognoſcere, de
criminibus tamen, quæ ipſorum negociationem reſpi-
cerent cognoſcere, is enim ſcripſit in hæc uerba. Item
quod dixi de priuato delicto non cognoſcere intelligo
communi non de profeſsionali, puta quia facit contra
ſtatuta artis, uel negociationem in aliqua ſpecie falſifi
cant, quod nõ eſt expeditum. ſi enim mercatores mer-
ces ſupponũt, hoc eſt, adulterinas loco bonarum mer-
cium ſupponendo tradũt, uel corrumpunt, aut falſum
admittunt, uel pœna falſi coercentur, uel ſtellionatus
crimine poſtulari poſſunt. iuxta. l. iij. ff. de crimi. ſtel. &
quæ plenius attigimus in trac. noſtro de decocto. in. j.
par. ult. par. uer. ex crimine etiam. nu. 19. Solent autem
qui talia admittunt , aut in opus metalis damnari, aut
deportari, aut fuſtibus caſtigari, aut relegari, ut in. d. l.
iij. & l. ſaccularii. ff. de extrahen. crimi. & l. j. in fi. iun-
ctis commen. Bar. & aliorum. ff. de extrahen. crim. quę
cum meri Imperii ſint non iuriſdictionis , & conſules
iuriſdictionem tantum habeant , ſequitur de his non
poſſe cognoſcere, & merito Sali. notandum eſſe, & hãc
ſententiam probabis ex his, quæ Bar. ſcripſit in. l. impe
rium. præſertim ſub nu. 7. & ſeq. nu. ff. de iuriſd. omni.
iudi. & Deci. eod. in loco ſub nu. 38. Dicet aliquis Sali.
ſententiam defendi poſſe ex his , quæ Bal. ſcripſit in. l.
ceſſante. nu. 4. C. quomo. & quan. iud. is enim ait con-
ſules poſſe per ædicta citare , quia habent prætorium,
& quia habent mixtum imperium in iuratos ſuos per
conſuetudinem, quod etiam ſatis ſignificat iuramentũ
obedi ntiæ, quod eſt præciſum, in his tamen, quæ nõ
ſunt iuri contraria , ideſt, a iure communi reprobata,
unde & inter ſe faciunt ſtatuta pœnalia, quod pertinet
ad mixtum imperiũ, quia conſiſtunt in pecuniaria mul



ta, ut not. in. l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. hucuſq;
Bald. in relata uerba. Sed & in his animaduertendum
eſt, nam conſules de iure ius indicendæ multæ nõ ha
bere exiſtimo. l. defenſores. C. de deſen. ciuita. l. j. ff ſi
quis ius dicen. ſecundum unam interpretationem , in
quo loco uidebis Doctor. Defendi tamen poſſet, ſi ex
conſuetudine permitteretur, ut in ea. l. j. ſenſit Bal. Itẽ
cum ſtatuta mercatorum dicantur pacta ( ut non ſe-
mel diximus ) conſules uigore ſtatutorum, & ſic con-
uentionum contumaciam litigatorum punire poterũt
& ſic multam indicere. Nam & arbiter multam infligit
ubi a partibus facultas eſt attributa. l. nõ ex omnibus.
ubi glo. & Bar. ff. de arbi. Archi. in. c. legitima. de appel.
in. vj. Iaſ. in. d. l. j. ff. ſi quis ius dicen. nu. 17. in qua. l. an
multam indicere ſit mixti imperii, ut dixit Bal. uel me
ri imperii minimi, ut ſcripſit Bart. in. l. imperium. facile
cognoſces in quo loco Bal. etiam conſules ius relegan
di non habere ſenſit. Scripſit etiam Berta. in reper. ſuo
in uerbo mercator . conſules non poſſe punire delin-
quentes in mercatores, & refert Bal. in aut. habita, col.
vj. C. ne fil. pro pa. quod non inueni in libro meo.
16 † Quæritur apud Pau. ca. in ead. l. fi. Sempronius de
ſiit mercaturam facere, & conſequenter mercator eſſe,
quod quomodo contingat in. vii. parte declarauimus,
quã inſcripſimus, quando mercator eſſe deſinat. Num
pro his, quæ geſſit tempore, quo mercator erat, & quæ
ad mercaturam pertinebant, coram conſulibus merca
torum conueniri poſſit? & reſpondit poſſe citat. l. ij. C.
ubi de ratio. agi opor. l. prętor. §. idem etiã. ff. de eden.
& Iac. de are. in. l. demum. & in. l. de opere. C. de oper.
lib. & uera eſt Pau. ſententia, quam probat Seuerin. in
commen. l. omnes populi. ſub nu. 15. ff. de iuſti. & iu. &
ſe ex facto conſultum , ut ſupra reſpondiſſe , & addit
Pau. idem ſenſiſſe in. d. l. ij. quam ſimul cum. l. j. eſt in
terpretatus, & confirmabis ex his, quæ in præced. parte
ſcripſimus ſub. nu. 34.
17 † Quæſitum eſt etiam apud Cy. in ead. l. fin. ſi cleri-
cus mercaturã exerceat, num mercaturæ cauſa coram

Univerſidad de Deusto
Biblioteca



conſulibus mercatorum conueniri poſſit,& ait Pet. re-
ſpondiſſe clericum tanquam clericum non poſſe alibi,
quàm coram epiſcopo conueniri. aut. ſtatuimus. C. de
epiſc.& cler. c. ſi diligenti. de foro compe. Sed clericum
mercatorem poſſe, quia non ut clericus, ſed ut merca-
tor conuenitur. Subdit tamen Cy. expeditum non eſ
ſe, & forſan aliter de iure pontificio reſpondendum eſ
ſe, probat tamen relatam Pet. ſententiam Pau. caſt. ſub
nu. 4. & idem iuris eſſe dicit in milite mercatore; quæ
nos plenius explicauimus in. iij. par. prin. tract. de his,
qui mercaturam exercere non poſſ. in prin. uer. prohi-
bentur itaque clerici. & uerſi. ſeq. Remouent etiam le-
ges, &c. quæ igitur ad hunc locum attinent, illinc aſſu-
mes.

Baldus in. l. heres abſens in. §. ſi quis tutelam. ff. de
iudi. ſcriptum reliquit extraneum mercatorem quem
forenſem uocant, qui finge Anconæ tabernam pergu-
lam: ſiue menſam habeat, in ea cauſa eſſe ut ratione
18 contractus, uel quaſi Anconæ, † & ſi domicilium non
habeat conueniri, tamen poſſit, non ſolum coram prę
tor, ſed etiam coram conſulibus mercatorum. Sed et
addit, in his quæ ad mercaturam attinent. Nec abſi-
mile eſt, quod eleganter inquit Paul. caſt. in. l. argenta-
rium. ff. eodem titulo. Mercatores Florentinos qui mē
ſam nummulariam certo loco exercent teneri, ibidem
19 † ſe defendere, in his quæ ad mentem rationem
pertinent. Nec recipiendam excuſationem eorum, qui
ſe rationum codices Florentiam, tranſmiſiſſe dicant
afferri, enim ſumptibus periculoque eorum lex iu-
bet. l. prætor ait. §. finali. ff. de eden. ubi Accurſius
notauit.
20 † Sed finge aduenam mercatorem, qui nec taber-
nam, ſeu pergulam, aut menſam Anconæ habebat
merces comparaſſe, habita fide de præcio. Aut ab eo
emptas præſenti pecunia habita fide, de rebus quem
ſcit, inde confeſtim receſſurum, num is Anconæ, ſe de-
fendere debebit, & eo loci conueniri poſſit, & iuriscon
ſultus in eadem. l. heres abſens, in §. proinde negauit.



Nam ubi ſi uenit, ut ſtatim diſcedat quaſi a uiatore
emit, uel ab eo qui tranſuehebatur, emit duriſſimum
eſt, quot locis quis nauigat, uel iter faciens delatus eſt
tot locis ſe defendere. Plane ſi quis ab aduena Anco-
næ, rem emit, & pręcium ſoluit, uel Anconitanus ei
quid uendiderit fide, de re ſeu præcio, non habita poſ
ſet Anconæ, eum cōuenire, ne occaſio fugiendi detur,
cum re aliena: ff. de iudi. l. ſi longius. §. j. ff. de his quæ
in frau. cred. l. ait prætor. §. ſi debitorem credidit, enim
uenditor ſe confeſtim præcium recepturum, uel em-
ptor rem, & id tacite actum uidetur. l. ſi quaſi. ff. de pi-
gno. act. Idque placuit Bartolo Bald. & Ange. ac Pau.
eodem. §. & Baldo in rubr. C. de his quæ in fraud. cre.
nume. 7. & glo. in. c. Romana in. §. nec etiam, & in. §.
contrahentes in uerbo reſpondere, & in uerſi. contra-
hentes, & euidentioris intellectus gratia prædictorum
placet Paulum Caſtrenſem in eodem. §. ad uerbum
ferme referre, Peruſinus Florentiam ſeu Venetias ſe
contulit, & illic merces quasdam a Titio dilata ſolu-
tione precij, an certum diem emit. Venditor qui ſcie-
bat Peruſinum ſtatim receſſurum, & eo enim quod ter
minum ſeu tempus ad ſoluendum conceſſit, eius ani-
mum demonſtraſſe uidetur, quod non eo loci ſibi
ſolueretur, ſed Peruſij & ſcire uel ſcire debebat, cum
dies obligationis ueniſſet emptorem Peruſij futurum.
Si igitur poſt obligationis, diem Venetiis ſeu Floren-
tię repertus fuerit, non ideo iisdem locis conueniri po
terit, tacite enim actum cenſetur, ut Peruſij precium
ſoluatur, locus ergo collatæ ſolutionis inſpiciendus
eſt, ut notatur eadem. l. §. fina. & licet glo. contrarium
ibidem ſenſerit, a pleriſque tamen æque reprobatur
& notatur in. l. contraxiſſe. ff. de act. & obl. Non enim
forum ſortitur Florentiæ, aut Venetiis ratione origi-
nis non domicilij, nec ratione initi contractus, domi-
cilium igitur emptoris, ſequetur Titius uenditor, di-
uerſum reſpondendum eſt, ſi Venetiis uel Florentiæ
Peruſinus quid emerit, non habita fide de precio, ſci-
licet pure, ſi uenditio facta ſit, non dilata precij ſolu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tione ad diem, & Titius uenditor confeſtim, ſibi pre-
cium ſolutum iri crediderit, hic enim aduena Venetiis,
ſeu Florentię recte, quidem conueniri poterit, ut nota-
tur in.c.Romana, de foro compe. ſubiicit deinde ſi Pe-
ruſinus pergulam ſeu tabernam Venetiis, ſeu Floren-
tię habuit, uel domum conductam ad certum diem,
iiſdem locis ſe defendere debebit, & ſi ſe non defen-
dat ad immiſsionem bonorum, quæ ibidem habet ex
primo decreto deuenietur, ut in uerſi. præcedenti, &
ſubaudi ultra procedetur, etiam ad diffinitiuam ſen-
tentiam, ſi fuerit deprehenſus tempore, quo conuen-
tus extitit, licet poſtea abierit, alias conueniri non po-
tuiſſet, ſi iam receſſerat, & pergulam dimiſerat, niſi ut
ex primo decreto bona poſsideri patiatur, ut dictum
eſt, nec remiſsioni locus eſt, ut in dicto.c. Romana in
§.contrahentes de foro compe. lib.vj. ubi hic iuris ar-
ticulus terminatur. Hæc paulus quibus addes Angel.
in.d.l. hæres abſens, in.§.fi. ac Paul. ibidem circa rela-
tam glo. &. Phil. Franc. in.d.§. contrahentes præcipue
ſub nume.5.

Eſt & his adiiciendum, quod iuriſconſultus ait, in
eadem.l. hæres abſens in.§. apud labeonem. Si pro-
uincialis homo ſeruum inſtitorem, uendendarum
mercium gratia, Romæ habebit, quod cum eo ſeruo
contractum eſt, ita habendum, atque ſi cum domino
cõtractum ſit, quare ibi ſe defendere debebit. Ex quo.
§. iuris interpretes, notarunt Florentinos mercatores,
21 qui Anconæ inſtitores habent, ✝ poſſe ibidem ex eorũ
contractibus conueniri, ſi reperiantur idque directa
uel utili inſtitoria, quæ ex facto talium competit et
probat Nico. Boer. Deci. c.xiiij. ubi alios refert idem
ſentientes. Hoc amplius Baldo ex facto conſulto pla-
cuit menſam loco perſonæ fungi, & menſam conue-
niri poſſe. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. menſæ, & ſi plu-
22 res menſę ſint, ✝ in diuerſis locis principalem poſſe
conueniri ſi aliæ ei accedant, locus Baldi eſt, lib.v. re-
ſpu. conſil. lxxiiij. quandoque agitur &c. pro qua ſen-
tentia eſt. quod eleganter idẽ Paul. caſt. ſcripſit in.d.§.



ſi quis tutelam nume.7. uerſi. ultimo quæro, & de mẽ-
ſa ac calendario uidebis.l. qui filium. ff. de legat. iij. &
Iaſo. ac Dec. in.l. eius in prin. ff. ſi cer. peta. Denique &
illud placet referre quod in eodem.§. ſi quis tutelam,
poſt Barto. ſub nume.3. ſcripſit Angel. colum. iij. mer-
catores qui ad nundinas profecti ſunt, non poſſe nun-
23 dinarum tempore in ipſis nundinis, ✝ & ſi pergulam
uel tabernam ibidem cõduxerint ab his qui reſcripto
principis nundinas impetrarunt conueniri. Ab aliis ue-
ro mercatoribus, qui cum eis contraxerunt poſſe.
Vnde ſi nundinę ſunt Florentiæ mercatores, qui illuc
ſe contulerunt a Florentinis, ex ante geſtis, ſeu alia
cauſa conueniri non poſſunt ab aliis. uero poſſunt cũ
eiſdem contrahentibus, & ſubiicit Angel. conſuetum
eſſe proclamationes fieri, quibus nundinæ ſaluæ & ſe-
curæ redduntur omnibus uenientibus, his tantum
qui malæ conditionis, ac famę ſunt exceptis, & his etiã
addes Felin. in.c. dilectus filius, nume.26. de reſcriptis
ubi plenius differuit num mercator, qui certo loco
24 mercaturæ cauſa permanſerit. ✝ Licet domicilium
non contraxerit ex aſsidua, tamen conuerſatione fo-
rum ſortiatur.

Proxime accedit, his quæ paulo ſuperius diximus,
quod Paul. caſtren. inquit in.l. hinc quæritur. §. poteſt
autem circa finem. ff. de pecu. in commentariis, enim
Paul. ita ſcriptum eſt. Si mercator habet res in diuerſis
locis, & aliquis contraxit Bononiæ, ubi tabernam ha-
25 bebat, ✝ an poſsit ire Florentiam, & facere ibi ſolui?
breuiter ſi contractus nõ reſpicit mercaturam, ut quia
poſſeſsionem uendidit, reſpectu totius patrimonij cõ-
traxiſſe cenſetur, & ideo poteſt petere, ibi ſolui de mer
cibus Bononiæ, & in ſubſidium ire Florentiam, & ar-
gumento huius tex. & dixi in.l. procuratoris. §. ſi plu-
res. ff. de tributa. Hæc ille quibus adiiciendum eſt,
quod nos diximus in tracta. noſtro de decoctoribus
circa finem.

26 ✝ Incurrit hic agitata quæſtio, nec quidem friuola,
nec omnino indigna, quæ hoc loco proponatur. Ti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tius Senenſis cum Venetiis, menſam nummulariam
exerceret Meuio Senenſi, menſam nummulariam Ro-
mę gerenti, per literis ſignificauit, ut tercenta ſempro-
nio ſolueret. Idem Titius inde ad quoſdam annos ſe-
nas, reuerſus Romæ a Mæuio conuentus fuit ad ter-
centa ſempronio, eius mādato ſoluta. Sententia dicta
contra Titium, & ſecundum Meuium, literæ cenſura-
rum, uulgari modo decretæ fuerunt. Titius in ciuita-
te Senarum Meuium Senēſem, in urbe commorātem
in ius uocauit, coram officialibus cuſtodiæ, eo præ-
textu atque colore, quod in pœnas ſtatutorum Senē-
ſium incidiſſet, quibus cauebatur trahentem, in cauſa
aliqua ciuem Senenſem, coram alia curia: quam curia
temporale Sēnenſi, in pœnam quingētorum incidiſſe
intelligatur, quæſitum fuit, num Meuius legi munici-
pali ſubiectus intelligeretur, cauſa dicti negotij Ro-
mæ geſti, ex mandato Titij, tūc Venetiis degentibus,
Seueri. in repe. l. cunctos populos, ſub numero. 153. C.
de ſumma trini. quæſtionem tractat. & ait ſubiectum
dicte legi Meuium uidebatur, quoniam licet contra-
ctus mādati, inter prædictos per literas trāſmiſſas hinc
inde uideretur Romæ initus, quo loco mādatum erat
ſolui. l. contraxiſſe. ff. de actio. & obligatio. l. ſi ut pro-
ponitur. ff. de fide. & Romæ cenſeretur orta obligatio,
& conſequenter cognitioni atque deciſioni eiuſdem
loci, ſcilicet curiæ Romanæ, in qua forum ſortitus
erat, per contractum eiuſmodi, ſubditus uideretur,
id tamen locum habere poſſet, quo ad cauſæ deciſio-
nem. Sed quo ad iudicij ordinem & proceſſum uide-
batur ſeruandum ſtatutum Senenſe, inter Senenſes
iuxta notata in. c. licet cano. de elect. et per Bald. in. l.
leges et conſtitutiones. j. de lega. Subiicit deinde con-
tra dicebatur ſtatutum Senenſe, ſolum locum habere
in cauſis tractandis, in ciuitate Senarum, ſeu eius terri-
torio de re temporali. Non autem in cauſis agitatis in
curia Romana, coram ſuo iudice. Nam ex priuilegiis
atque conſuetudine notoriis Romanæ curię, et quidē
a tempore cuius initij memoria, in contrarium non

existit



existit contrahentes, in Romana curia poterant con-
ueniri, & trahi coram auditore cameræ Apoſtolicæ iu-
dice ordinario, & per conſequens debebat obſeruari,
ius pontificium & commune, nō autem lex prædicta
Senenſis, & ſecundum hanc ſententiam, ex facto cō-
27 ſultus reſpondit, ✝ Antonius Caſſarellus qui conatus
eſt oſtendere ſtatutum Senēſe nullum, & contra liber
tatem eccleſiaſticam. Subiungit Seue. in cauſa potuiſ-
ſent adduci, quæ ſcripſit Anca. in reg. ratihabitio de re-
gu. iur. in. vj. dum quærit, ſi negocium geſtum Floren-
tiæ ratum habeo Bononiæ, num debeam cōueniri Bo
noniæ, uel Florentiæ ratione contractus, & uidebatur,
quòd Florentiæ ubi negocium geſtum eſt, quia ex illo
facto fuit orta actio ſicut ſi hic mādauero, quòd emat
librum Florētiæ, nam ubi effectus dirigitur ibi contra-
xiſſe uidetur. d. l. cōtraxiſſe, & l. ſi ut proponitur, & no
tatur in cle. j. ut lite pend. Hactenus ille in relata ferè
uerba. Mihi autem (ut ſententiam meam interponam)
dicendum uidebatur, in poteſtate, ac manu Meuii fuiſ
ſe Titiū, uel Romæ, uel Senis, conuenire, Romæ quia
ibi contraxiſſe uidetur, Senis uero ratione originis, ſeu
domicilii. l. hæres abſens. §. fin. ubi docto. ff. de iudi. &
placet ſententia Antonii Caſſarelli Meuium a pœna le
gis municipalis defendi poſſe. Pro qua ſententia facit
tex. in. d. l. hæres abſens. in. §. apud labeonem. ubi Al-
28 beri. ait, ✝ Nota ex iſto. §. quòd ubi quis contrahit mā
dato meo, non attenditur locus ubi mādatum factum
eſt, ſed locus ubi exequendum eſt mādatum. quod fa-
cit ad quæſtionem ſi exiſtens Pergami mādaui Medio-
lani homicidium admitti, Mediolani poſſim conueniri
& reliqua. &c. & his addes, quæ proxime diximus. nu.
29 21. ✝ Accedit, quòd per cōtumaciam Titius priuilegio
declinandi forum, & ſic ſtatuto Senenſi renunciaſſe ui
debatur, ſecundum ea, quæ Matthæ. ab affl. retulit de-
ci. cxxxiij. fuerunt citati. Et quoniam ſimile ſtatutum
eſt Anconæ ſub rubr. de non uocan. cit. prædicta tan-
quam quottidiana, & non uulgaria notanda ſunt. Et
illud addendum ſtatutum Anconitanum priuilegiis

Ll

Universidad de Deusto
Biblioteca



pontificis ſpeciatim confirmatum fuiſſe. Ad cuius ſta-
tuti materiam uidendus eſt Cor. in conſi. xxv. uol. iij.
ſtatutum tamen noſtrum excipit conuenire uolentes,
ſacerdotem, clericum, ſeu perſonam eccleſiaſticam,
& recte.

30 ✝ Sed, ut propius ad propoſitam materiam noſtram
redeat diſputatio, illud quæritur, qua ætate conſules
creari posſint a collegio mercatorum, & Sali. in. l. fi. C.
de iuriſd. omnium iudi. in fin. reſpondi non licere con
ſulem minorem. xx. annis eligere, erit ergo conſul an
nis, natus minimum uiginti citat. l. cum lege. ff. de ar-
bit. &. ff. de re iud. l. quidam conſulebant, extra de of-
fic. delegat. c. cum uiceſſimum, quod confirmabis ex
his quæ ſcripſit Bald. in aut. habita. c. ne filius pro pa-
tre numero. 45. uerſiculo idem dico &c. & huic ſen-
tentiæ acquieſcendum uidetur, licet ex relatis iuribus
quædam contra occurrant.

31 ✝ Iurabunt et electi conſules, & in iureiurando
quod præſtatur ab his, quædam aſſumi poſſunt in
aut. iuſiur. quod præſt. ab his & ad interpretationem
Deci. in. c. ex parte ſecunda nume. 1. de offi. deleg. & in
c. uenientes de iure. qui text. notabilis eſt in materia,
ex quo tex. illud præcipue notandum eſt, in iuramẽto
ius ſuperioris exceptum intelligi. Vnde apud Bald. in
tract. de conſti. num. 10. Tho. viij. eleganter quæritur
conſules mercaturę, qui iurant ſeruare ſtatuta a colle-
32 gio facta, ✝ num obligentur ad periurium, ſi non ſer-
uant ſtatuta, quæ idem quod ius commune continen-
tur, & ex eo oritur dubitatio, quia ſtatuta dici nõ poſſe
uidebatur, idem quod ius commune diſponentia. c. j.
de conſtitu. in. vj. ubi notatur. Contra tamen putauit.
l. magiſtratus. ff. ad munici. & in eadem opinione eſt
Bald. in. l. ij. C. de conſtitu. pecu. nume. 8. & hanc ſen-
tentiam probauit Felin. in. c. j. de reſcript. numero. 38.
uerſiculo limita ter. quibus addes Ludo. Rom. in ſin-
gu. ſuis ſingu. 304. Iudex iurat ſeruare, qui tamen nil
concludit, & uidebis Bartol. & Alexan. in. l. j. ff. ad le-
gem falcidiam.



33 ✝ Fuit quæſtionis num conſules mercatorum, poſ-
ſint per edicta citare & Bald. in. l. ceſſante numero. 4.
C. quomodo & quando iudic. reſpondit poſſe, ſi pro-
ponantur edicta in foribus auditorij eorum, quia ha-
bent prætorium &c.

34 ✝ Apud Saly. in. d. l. fi. ſub nume. 7. C. de iuris. om.
iudi. eleganter quærit. Num conſules ſeu mercatorũ
iudices a collegio mercatorum creati reuocari, ſeu re-
probari ab eodem collegio posſint, & rationibus atq;
argumentationibus, hinc inde propoſitis putauit. Si-
quidem conſules præſidij autoritate confirmati ſint,
Præſide inconſulto reuocari non poſſe. §. iterum uer-
ſiculo non habente, in aut. de defen. ciui. l. ſolent. §.
ſicut. ff. de off. procon. & leg. eſt enim naturale, prout
unaqueque res contrahitur, eodem modo diſſoluatur
l. prout quisque. ff. de ſolu. l. ſi ut proponis. C. de nupt.
l. nil tam naturale. ff. de regu. iur. Si uero a præſide cõ-
firmati non fuerint (non enim neceſſaria eſt confirma
tio) ut non ſemel oſtendimus, ſed ſola ſufficit electio,
hæc diſtinctio ſecundum eum adhibenda eſt, ut ex
iuſta cauſa reprobari posſint, ſine cauſa uero non poſ-
ſint. l. ſed & reprobari. ff. de excu. tuto. l. ut gradatim.
§. reprobari. ff. de mu. & hon. l. ij. C. de profeſ. & med.
lib. x. quæ diſtinctio, ex mente Iuris. uidetur in. l. quod
ſemel. ff. de decre. ab ordi. facien. Subiungit idem Sali.
reprobatos, ſeu de facto reuocatos conſules reuoca-
tioni acquieſcere debere, quia de corpore collegij ſunt
& eorum iuriſdictio temporalis eſt, ſolent enim ad
ſex menſes, uel annum conſules creari. Et quia hoc
ipſo ſuſpecti ſunt, qui operas ingerunt inuitis. l. quæ
omnia. §. j. ff. de procurato. & his maxime qui coram
eis litigaturi ſunt. Lites enim ſine ſuſpitione procede-
re debent, & coram ſuſpecto iudice litigare durum
eſſe, non eſt iuris ambigui. l. apertisſimi. l. finali. C. de
iudi. & propter ſuſpitionem adminiſtrationi interdici-
tur. l. eum quem. C. de ſuſp. tuto. quæ ſuſpitio cum de
nouo emergit reuocandi, tunc iuſtam præbet cauſam.
Additque ubi nulla ſubeſt reuocandi cauſa, ſalua atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



illeſa eorum extimatione reprobationem fieri debere, & literis collegij id palam fieri oportere, & præterea omne damnum conſulibus abſque cauſa reuocatis, ſarciendum eſſe. Placet autem mihi quod ſuperiori loco Saly. ait, ut ex cauſa conſules mercatorum ante finitum officium reuocari poſſint, ſine cauſa non poſſint, quod uero poſteriori loco dixit admonere uoluiſſe Salicetum, crediderim iudices reuocationi ſeu reprobationi acquieſcere, & conſilium hoc Saliceti fuiſſe & eſſe, ſolent enim plerunque iuriſconſulti conſulere. l. legis uirtus, ubi Accurſius. ff. de legi. l. ſi tutor. ff. de ſuſpe. tuto. & benefacerent iudices, qui Saliceti conſilium ſequerentur, ſtare tamen reprobationi ſine cauſa factæ cogendi non eſſent, quum permiſſu legis, legitime creati & electi & iuriſdictionem ſibi a lege conceſſam exercere ceperunt, mouent me. l. quæ omnia in uerſiculo, niſi forte purgare magis conuicium. ff. de procurator. & quæ priori loco Salicetus citauit. Item quæ plenius ſcripſit Bartolus in. l. abſenti. ff. de donatio. & Rom. in conſilio. cxvj. uiſis neceſſariis, & his addes docto. in. l. diem functo. ff. de off. aſſeſſ. Nec quicquam facit quod Salycetus ait, ſe ſuſpectos reddere cum operas inuitis ingerant. Nam aut priuatorum erit cauſa, aut publica collegiis, ſi priuatorum circa ſuſpitiones, idem iuris in his iudicibus, quod in aliis ordinariis eſſe, ex mente eiuſdem Salic. ſupra oſtendimus ſi publica. collegij tantundem. Non enim preſidis loci iuriſdictio ſublata eſt, ex electione horum conſulum permiſſu legis facta, ut in dicta. l. finali. C. de iuriſdictione omnium judicum. Vnde ſi ad conſilium quod inferiori loco Salyce. ait, referas, eius ſententiam probo, ſi uero ad neceſſitatem æque reprobo, adde quia ſtatuta mercatorum ſunt pacta, & humanæ fidei conuenit, quæ placuerunt ſeruari lege prima. ff. de pactis, lege prima. ff. de conſtitu. pecunia.

35 † Circa autem modum conſtituendi collegium mercatorum, & uaria ac multa ad id pertinentia con-



fugies, ad Innocentium, in capitulo cum ab eccleſiarum de off. ordina. & capitulo dilecta de exceſſio. prælat. in quibus locis eleganter tractat, & Bartol. in. l. fi. ff. de colle. illi. ubi etiam differuit, quomodo collegium diſſoluatur, & eo diſſoluto quid iuris ſit in bonis ſeu rebus collegij, & an priuilegia pereant, &c. explicat ad materiam predictam pertinentia, quæ quoniam legi poſſunt, & non eſt hic narrandi locus conſulto prætereo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SVMMARIVM TERTIÆ PARTICVLAE VLTIMAE PARTIS PRINCIPALIS.

1 Libellus an admittendus ſit inter mercatores in quo petitur mutuum, & non exprimitur in eo mutuum cauſæ mercaturæ factum.

2 Statutum ſi mandat ſententias conſulum cauſa, & occaſione mercaturæ latas præſides executioni tradere debere num exequentur ſententiam cauſa mutui inter mercatores latam ſi non doceatur coram præſidibus ex cauſa mercaturæ mutuum factum.

3 Iuriſdictio ubi certo caſu aliquibus tributa eſt libellus coram eis productus non procedit niſi in eo narretur caſus ille in quo iuriſdictio eſt attributa, & in ſeq. nu. elegans declaratio additur.

4 Mutuum a mercatore mercatori factum preſumitur factum, et uerſum in cauſam mercaturæ.

5 Libellus ineptus tollerandus eſt ſi aliquo modo defendi poſſit.

6 Lex qui habebat locum non habet ubi cauſa cognoſcenda eſt de æquitate uel ſola facti ueritate inſpecta.

7 Mercator unam cauſam in libello proponens, & aliam probans non ſuccumbit, & quomodo intelligatur.

8 Mercator ſi directa actionem inſtituit cum utilis ſibi competit non ſuccumbit.

9 Libellus an ſit offerendus in curia mercatorum, & inter ipſos mercatores.

10 Præceptum reproductum loco petitionis deſendendum eſt inter mercatores, & in eorum curia loco libelli, & de præceptis multa relatiue.

11 Petitio generalis inter mercatores in eorum curia etiam parte opponente defenditur dummodo tanta non ſit incertitudo que reo deſenſionem tollat.

12 Libellus inter mercatores defenditur in quo actoris intentio recte exprimitur inepta uero actio adijcitur.



13 Libellus inter mercatores defenditur in quo non condemnari, ſed cogi dicitur.

14 Libellus an procedat inter mercatores in quo petitur centum quæ numerauit, & exhibetur inſtrumentum in quo per ſtipulationem promittitur reddi.

15 Mercator agens ex numeratione, & confeſſionem probans an ſuccumbat.

16 Mercator unus quandoque ſcribit nomen alterius in libellis tamen hac abuſio non procedit.

17 Actio acquiritur abſenti, & ignoranti ex numeratione pecuniæ ſuo nomine facta etiam ſi pecunia fuerit aliena.

18 Mercator faciens ſequeſtrationem mercium alterius mercatoris et nihil probans, quod reuocata ſequeſtratione per ſententiam damna, & intereſſe peti poſſint, licet in ſententia nil dictum de his fuerit.

19 Libellus inter mercatores, et eorum foro ab omnibus exceptionibus iuris apices reſpicientibus defendendus eſt.

20 Libellus et petitio quomodo differant.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## DE LIBELLIS, SEV PETITIONIBVS.

HIS igitur cognitis, quæ ad conſules,
iudicesque mercatorum pertinẽt, ſin
gularia quædam in petitionibus eo-
rum attingemus. Et primum quæſtio
nem quotidianam, & nõ inſubtilem
proponemus, quæ cõiunctionẽ cum
his, quæ proxime retulimus non modicam habet.

Conſules mercatorum permiſſu legis, mercatorum
cauſas, quæ tamen ad ipſam mercaturam pertinent, co
gnoſcunt, & in his ab eaque uenientibus duntaxat iu-
1 riſdictionem habere oſtendimus. ✝ Finge igitur Ameri
gum mercatorem Laurentio mercatori trecenta mutu
aſſe, petitionemque coram cõſulibus contra eum por-
rexiſſe, in eaq; expreſſum non eſſe ex cauſa mercaturæ
mutuũ factũ, nec etiã cõſtare, nũ libellus admittẽdus
2 reiiciẽdusue ſit? ✝ et ſi forte ſecundum Amerigũ con
ſules ſententiam dixerint, exequenda ne ſit a præſide
loci ad quem executio ſpectat uirtute ſtatuti mandan
tis ſententias conſulum cauſa, & occaſione mercaturæ
latas pręſidẽs executioni tradere debere ſi in executio
ne coram præſide petita doctum non fuerit mutuum
a mercatura profectum fuiſſe, ſeu ſententiã cauſa mer
caturæ latam? Prima fronte nec libellus admittendũ,
nec a præſide latam ſententiam exequẽdam eſſe uide-
batur. Nam licet libellus generalis parte non obiicien
te procedat. l. fin. ubi notatur. C. de anna. excep. l. j. in
glo. magna. ff. de eden. c. abbate ſane. extra de re iudi.
& tractat eleganter Ange. in conſi. xxv. pro deciſione.
3 &c. & ſcribit Mar. in ſingu. cccxlviij. libellus. &c. ✝ Ni-
hilominus ubi iuriſdictio certo caſu aliquibus tributa
eſt, libellus coram eis productus non procedit, niſi in
eo narretur caſus ille in quo iuriſdictio eſt attributa, ut
eleganter inquit Innoc. in. c. cum ſit generale. de foro
compe. quem ad rem noſtram, & propoſitam quæſtio
nem refert, ac probat Ang. in conſi. vj. lata eſt ſenten-



tia. &c. & idem Ang. in conſ. xxvij. quidam uictor, &c.
Inno. referendo probat, & Iaſ. in. l. j. ff. de eden. nu. 4.
Subiungit Ang. in ſuperiori loco hanc ſententiam pro
bari ex tex. claro in. l. qui habebat. ff. de inſti. citat etiã
Accur. in l. qui id quod. ff. de dona. Accedat quod nun
quam ſatis commendata glo. inquit in clem. uni. de ſe-
queſt. poſ. & fru. quòd & ſi nullitas opponi non poſſit,
quæ tamen a iuriſdictione proficiſcitur, quandocun-
que obiici poteſt, præſes ergo qui ſententias conſulum
ad mercaturam pertinentes exequi debet ex forma ſta
tuti hanc non exequetur. Ad quam glo. uaria, & diuer
ſa doctorum loca refert Marſi. in ſing. x. tu ſcis. & uide
bis Deci. in conſi. xxxviij. circa primum. &c. nu. 7. & in
conſi. cvij. in cauſa. Et hæc ſententia confirmari poſſet
ex his, quæ Rapha. cuman. ſcripſit. in conſilio. cxlvj.
Simon helias, &c. col. ij. uer. ſexto etiam poſſet. & Dec.
in relato conſi. cvij. in fi. Sed licet Ang. autoritas, & pr
dicta me ualde mouerint. In propoſita tamen quæſtio
ne, & libellum defendi poſſe, & ſententiam exequenda
eſſe uidebatur, mouet me, quod belliſſime differendo
ad rem noſtram ſcripſit Bal. in conſi. ccccxl. præmiſſis
4 uerbis, &c. uol. iiij. ✝ Inquit enim mutuum a mercato-
re mercatori factum, licet in diuerſas cauſas trahi poſ-
ſit, legem tamen præſumere in cauſam mercaturæ fa-
ctum, uerſumque fuiſſe, citat. l. fi. in. §. fi. & ibidem iu-
ris interpretes. C. ad ſenatuſconſul. maced. quod com-
plurium autoritate confirmabis, quos in. j. par. huius
ulti. par. retuli. uer. declarat etiam Iaſ. nu. 41. Hęc igitur
iuris præſumptio pro liquida probatione habetur. l. ſi
tutor. C. de peri. tuto. ubi not. & l. licet. ff. de leg. j. Cre
dit igitur Bal. & recte in hoc mutuo iuriſdictionẽ con
ſules habuiſſe, & uigore ſtatutorum potuiſſe procede-
re, cum in cauſam mercaturæ factum a lege præſuma-
tur, & eodem in loco eleganter idem Bal. diſſeruit, quã
do nullitas executionem impediat, & conſequenter
etiam ego puto a præſide exequendam ſententiam ſi
extra cauſam mercaturæ factum mutuum non appa-
reat, ſeu doctum fuerit. Nec obſtat, meo iudicio, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



relatus Inno. ait in.c. quàm ſit generale. eius enim ſen
tentia ( ni fallor ) reſtringenda eſt in caſu in quo lex
præſumptione non ſuppleat, quod ſingulariter notan-
dum puto, eſt enim hæc declaratio minime contẽnen
5 da, ✝ pro qua ſententia eſt, quod uulgo dici ſolet, libel
lum ineptum tolerandum, ſeu defendẽdum, ſi aliquo
modo defendi poſſit. de quo Innocẽ. in.c. examinata.
extra de iud. Bal. in pleriſque locis, & prǽſertim in.l.ij.
C. de formu. & in.l. per diuerſas. C. man. q. xj. nu. 15. &
plene Iaſ. in.l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff.
de iure. & in. §. omnium. inſti. de actio. & in conſi. ij. in
fi. uol. iij. inter clariſſimos. &c. & in conſ. cxij. in fi. uol.
iiij. & Deci. in conſi. xxviij. in fi. pe. col. perinde igitur
habendum eſt, ac ſi in libello, ſeu petitione in cauſam
mercaturę mutuum factum expreſſum fuerit, cum lex
id præſumat, & a præſumptione legis ſupplementum,
6 ac defenſionem libellus recipiat. ✝ Et ex his reliqua
contra hanc ſententiam priori loco relata non obſtare
liquet, ſolum placet adnotaſſe. l. qui habebat. ff. de in-
ſtito. locum non habere ubi cauſa cognoſcẽda eſt, uel
de æquitate, uel ſola facti ueritate inſpecta, ut elegan-
ter Alex. inquit in. l. ſi ita ſtipulatus. in. §. chryſoganus
ff. de uerbo. obliga. nu. 8. quod probauit, atque ad cœ
lum tulit Mar. in ſing. ſuis ſingul. cclxxij. in hac, &c. Et
ex his collige, quòd cum mercatorum cauſæ ex æqui-
tate cognoſcendæ, terminãdæque ſint ( ut in initio hu
7 ius ulti. part. diximus ) ✝ ſi mercator in libello unam
cauſam propoſuerit, & aliam probauerit, non ſuccum-
bet, quod etiam notauit Celſus in trac. ſuo clauſularũ
nu. 104. tom. j. quod tamen intelligendum puto quan
do iudices mercatorum plene de cauſa probata cogno
uiſſent, & tam pro parte actoris, quàm rei cognitum
fuiſſet, ita quòd defenſio reo non ſit ſublata, ut puta ſi
reus defenſionem tantum ſuper petitis feciſſet, & hanc
declarationem inter legẽdum reperi apud Mar. Blan.
in trac. ſuo de compro. nu. 38. q. j. tom. xij. quam inter
pretationem tanquam æquam, & rationabilem probo
& confirmabis ex his, quæ ſcripſit Bart. in trac. ſuo ad



reprimendum. in uer. & figura. col. ij.
8 ✝ Et cum ex bono & æquo, mercatorum cauſas tra-
ctandas iudicandumque in his eſſe non ſemel proba-
uerimus, ſi directa actio inſtituta eſſet, cum utilis com-
peteret, nec quicquam obeſt, curandumq; etiam non
eſt an litis conteſtatio interueniat, ut eleganter nota-
uit Bartol. in. l. ſi fideiuſſor in. §. quædam. ff. mandatis
& Bal. in. l. ſi pro ea nu. 14. C. eod. quibus addes quoſ-
dam alios quos in initio, ultimæ partis retulimus.
Item & illud crediderim, cum libellus in illis iuris
articulis, in quibus requiritur, porrigendus offeren-
duſque ſit aut. offeratur. C. de litis conteſta. c. j. de lib.
9 obl. extra. ✝ Pau. par. in conſi. cxiij. nume. 4. uolu. iiij.
uſqueadeo, quod ſi notarius poſtulãte aliquo in actis
petitionem ſcripſerit oblatus libellus non dicatur, nec
ordinario iure actum proceſſumue, ſed extra ordinem
ut ſcripſit Bartol. poſt Accur. in. l. in ſacris ſcriniis. C.
de prox. ſac. ſcri. lib. xij. Iaſo. in. §. tripli. nume. 33. inſt.
de actio. ubi alios refert Corſet. in nota. ſuis in uerbo
libellus & Marſi. ſingu. ccclxiiij. libellus, non eſſe hæc
in curia mercatorum quærenda. Similiter defenden-
10 dum præceptum puto a conſulibus, ✝ poſtulante mer
catore, alij mercatori factum & deinde loco petitionis
productum, licet coram ordinariis iudicibus, hoc mo-
do formæ a lege datæ, circa libelli oblationem ſatisfa-
ctum non dicatur, ut notauit Ioan. Baptiſta. In diſpu-
tatione ſua colum. xix. quæ inſeri ſolet poſt ſingula-
ria Franc. Cremo. hęc enim iuris apices, magis quàm
negotij ueritatem reſpiciunt, & comprobare ſenten-
tiam noſtram poterit etiam ex his, quæ Bartol. ſcripſit
in tracta. ad repri. in uerbo figura colũ. ij. & quoniam
de præceptis meminimus quæ ſolent hodie in curiis
frequentari placet, ad materiam pręceptorum leuandi
laboris gratia loca infraſcripta adnotaſſe Barto. in. l. j.
C. de excu. rei iudi. Alexand. & Iaſo. poſt alios in. l. de
pupillo in. §. meminiſſe. ff. de noui oper. nuncia. Aret.
in. §. curare inſtitu. de act. Lamf. in. c. quoniam contra
in uerbo citationes nume. 21. extra de proba. Pau. par.

Universidad de Deusto Biblioteca



in conſi. cxvj. in fin. uolumi. j. Ioan. ab ami. in conſil.
xxxv. & in conſi. cliiij. facti ſeries, & tractat eleganter
Bald. in conſi. clxxxvij. Ad euidentiam eſt prætermit-
tendum, lib. iij. & in conſil. cccclxiij. nume. 7. lib. iiij.
quatuor ſunt.

11 ✝ Item quia in curia mercatorum ſummarie proce-
ditur ac ex bono & æquo petitionem generalem, de-
fendi poſſe exiſtimaui iuxta, ea quæ ſcripſit Bartol. in
tracta, ad repri. in uerſi. & figura in ſecunda columna,
& iuris pontificij interpretes in clemen. ſæpe de uerb.
ſigni. Iaſo. in. l. j. nume. 5. ff. de eden. ubi Alexandrum
ſibi parum conſtitiſſe refert. Sed hæc intelligenda ſunt
dummodo tanta nõ ſit obſcuritas, & in certitudo quæ
reo defenſionem atque facultatẽ deliberandi adimat,
intelligi enim debet, quid ſibi actor uoluerit, licet ge-
neraliter protulerit, & hæc ſubiungere uolui remouen
di gratia rationes quas Alexander, contra hanc ſen-
tentiam propoſuit in conſilio. xxxij. libro quarto in
cauſa &c.

12 ✝ Et illum libellum abſque diſputatione, defen-
dendum puto, in quo intentio actoris recte exprimi-
tur inepta uero actio adiicitur, in quo iuris articulo le-
gum prudentum uertices in diuerſas ſententias diſtra-
huntur in. c. examinata de iudic. & in. l. j. ff. de eden.
ubi plene Iaſo. ſub nume. 45. & hoc propter æquita-
tem quæ præcipue ſpectanda eſt, & uidebis Abba. in
d. c. examinata ſub nume. 20. uerſi. fateor tamen quod
de æquitate &c. Sed & ſi non condemnari, ſed cogi in
libello mercator dixerit, non eſſe de eo diſputandum
13 puto, ✝ quod ait Bartol. in. l. j. C. de execu. rei iudi. &
in pleriſque locis alij notarunt, commodiſsime non
uulgaris quæſtio hic tractanda eſt. Pleriſque placuit
libellum reprobandum, in quo quis centum petit a
14 Titio quia numerauit, ✝ & exhibet inſtrumentum in
quo Titius per ſtipulationem reddere promiſit, non
enim agendum eſt ex numeratione, ſed ex ſtipulatio-
ne, ſimiliter a frequentioribus eſt receptum, quod agẽs
ex numeratione, & confeſsionem probans, ſuccumbit



15 ut Barto. inquit, ✝ in. l. certi conditio in. §. ſi nummos
ff. ſi certum peta. & in. l. ſi ita ſtipulatus in. §. Chryſo-
gonus. ff. de uerb. obliga. in quibus locis omnes iuris
interpretes ſcripſere, & præcipue uidendus eſt Iaſo. in
d. §. Chryſogonus ſub numero. 33. & ſequen. nume. &
Lamf. in. c. quoniam contra in uerbo confeſsiones nu-
mero. 34. extra de proba. & latiſsime, omnium Ioan.
Crot. in. l. j. in. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obli. Quid ergo
reſpondendum inter mercatores, & eorum curia? Bal-
dus inter mercatores ipſos, ex facto conſultus reiicien
dum libellum ſenſit, ut patet in conſilio. cxc. Sempro-
nius Manfredi &c. lib. ij quod reſponſum in materia
tota de qua noſtra eſt, diſputatio uidendum conſide-
randumque eſt, & apud eum ſpecies facti talis propo-
nebatur. Sempronius per literas permutatarum pecu-
niarum (quas cambiorum uocant) confeſſus extitit ſe
a Seio & ſociis quadringenta & triginta recepiſſe. Idẽ
Seius contra ſempronium agens in petitione aſſeruit
ſempronium debitorem in dicta ſumma habita & re-
cepta ab eo & ſociis, & quam idem ſempronius ſe rece-
piſſe confeſſus extitit, & eam ſoluere legitime cõuenit
ipſi Seio & ſociis, & dimidiam dictæ ſummę ad ſe ſpe-
ctare. Deinde idem Seius confeſſus extitit ſolutionem
a ſe factum non fuiſſe. Sed ab eius ſociis pro ſe & ſocie
tatis nomine. Reſpondit Bald. ex illis uerbis ſumma
habita & recepta demonſtrari Seium ipſum uere nu-
16 meraſſe. ✝ Et licet ex conſuetudine mercatorum unus
ſocius quandoque ſcribat nomen alterius, tamen in li-
bellis & in agendo non procedit iſta abuſio, quia a uer
bis libelli non eſt recedendum. C. de fidei. lib. l. fina. &
C. de libe. cau. l. cum precum, & agentem ex mutuo
naturali, & probantem mutuum ciuile ſuccumbere, &
ſubiungit deducentem ſtipulationem, & confeſsionẽ
uel numerationem probantem ſuccumbere, quoniam
ſecundum iuris regulas, cum nec actio nec cauſa pro-
batur actor non obtinet. l. actor quod aſſeuerat. C. de
proba. hæc ille qui pluribus utitur. Mihi autem cogi-
tanti iuris apices reiectos, reſpondendum uidebatur

Universidad de Deusto Biblioteca



ſiue confeſſio tantum probetur, ſiue numeratio tan-
tum, ſiue in libello ſit deducta ſola confeſſio et poſt-
ea numeratio ſit probata, uel contra actorem obtinere
debere, nec curandum eſſe, etiam de eo quod poſte-
riori loco relatus Bald. ait, hęc enim iuris ſubtilitas (ut
non ſemel diximus) reiecta eſt. Mouet etiam quod
Lamf. in relato loco ait relatas iuris ſubtilitates, coram
arbitratore ſpernendas eſſe. Item et quæ paulo ſupe-
rius diximus, item et tex. in. l. ſi fideiuſſor in. §. quidã.
ff. mand. et quoniam quod diximus a nemine animad
uerſum legi lector cogita, et illud adiiciendum eſt prę
dictis ex numeratione pecuniæ, facta nomine Seij ab-
ſentis et ignorantis Seio actionem quæri, etiam ſi pe-
cunia fuerit aliena. l. certi conditio in. §. ſi nummos. ff.
ſi cer. peta. l. ſi ita ſtipulatus in. §. Chryſogonus. ff. de
uerb. obli. ubi plene Iaſo. ſub nume. 19. et ſeq.
18 ✠ Apud Bal. ſpecies facti talis fuit propoſita, quidam
mercator mercium alterius mercatoris ſequeſtrationẽ
fecit, dominus mercium, idemque mercator damnum
paſſus eſt, quoniam propter ſequeſtrationem merces
uendi non potuerũt, deinde ſequeſtratio reuocata eſt
& iudex, qui reuocatoriam dixit ſententiam, in ea de
damnis, & intereſſe nõ meminit, Queritur ſi dominus
mercium poſtea damna, & intereſſe petat, num audien
dus ſit & non audiendum uidebatur, quia de calũnia
agentis quæri non poteſt, niſi in eodem iudicio. C. de
fruct. & lit. expen. l. terminato. C. de iudi. l. ſancimus.
Bal. uero in conſi. ccxlix. quidam mercator. uol. iij. ex
facto conſultus reſpondit mercatorem, qui ſequeſtra-
tionem fecit calumniatorem, & crimine ſtellionatus
poſtulari poſſe, quia eſt in dolo, & deficit titulum cri-
minis, ciuiliter ergo ad intereſſe teneri, nam ubicũque
delictum reſpicit, rem familiarem ex eodẽ delicto na-
ſcitur ciuilis, & criminalis. C. de falſis. l. qui nomine. C.
quando ciui. act. l. j. et notatur in. l. j. ff. de priua. delic.
citat etiam. l. ſi duo. §. ult. in fi. ulti. glo. ff. uti poſſid. et
ſubiicit ſententię glo. etiã ſapientiſſimos ſtare debere.
Subiicit poſtea. l. ſancimus. et. l. terminato nõ obſta



re, quia hic agimus de intereſſe rei principalis, quod
ſemper peti poteſt, et cum nihil probauerit, qui ſeque-
ſtrationem fecit, pręſumitur per calumniam litem mo
uiſſe. l. j. C. de aduoca. diuer. iudi. c. j. de elec. lib. vi. et
ſubiungit, aliud eſſe impẽſam, aliud rei precium. ff. de
cõdi. et demon. l. quibus diebus. §. j. et facit, quod no-
tat Inno. in. c. ult. quod met. cau. Hæc ille fermè in uer
ba ſupraſcripta, quæ m ad uerbum retulit, ac probauit
Pet. ubal. in trac. de duo. fra. in. viij. par. nu. 30. to. viij.
19 ✠ Et generaliter dicendum eſt, libellum, ſeu petitio-
nem inter mercatores, et ipſorum curia ab omnibus
exceptionibus iuris apices reſpiciẽtibus defendi, et tan
tum negocii ueritatem, ſeu factum ipſum de quo agi-
tur, expreſſum eſſe ſufficere, nec enim iuris ſolennitati
bus in libellis requiſitis mercatores in eorum foro ob-
ſtrictos eſſe puto, de quibus ſolennitatibus in. l. j. ff. de
eden. plene tractatur, et ſcripſit Soci. in. c. ij. de lib. obl.
q. xij. et hãc regulam ex relatorum interpretum men-
te exiſtimaui, et pro qua regula uidebis Bart. in extra-
uag. ad reprimen. in uerbo et figura. et omnia ad bo-
namfidem redigenda ſunt, ut in ſimili Iuriſconſ. ait in
l. ab emptione. ff. de pact. Et quoniam inſcripſimus de
libellis, ſeu petitionibus, ſciat lector de induſtria, atq;
conſulto a nobis factum, legi enim apud Card. in cle.
20 ſæpe. de uerb. ſigni. in prin. nu. 17. de uer. ſig. ✠ conſti-
tutam eſſe differentiam inter libellum, et petitionem,
libellus enim continere debet quædam, quæ iuris for-
mam reſpiciunt, & quędam quæ intentionem agentis,
et in his omnibus apte concipiendus eſt, petitio uero
ſat eſt, ut in intentione ſit bene conceptus, prætermiſ-
ſis his, quæ formam reſpiciunt, quem legito, ſi libet, &
Mar. blan. in trac. de cõpromiſ. in. viij. q. nu. 8. to. xij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# DE EXCEPTIONIB.

1 *Mulier an poſſit eſſe procuratrix in foro mercatorum.*
2 *Interpretatio ad.l.ſi fideiuſſor in.§.quedam.ff.mandati.*
3 *Exceptio hec tu non es procurator, quod ſit admittenda in curia mercatorum.*
4 *In quocunque iudicio etiam ſummario: & executiuo plene de perſonis querendum eſt, & legitimationem plena probatione fieri oportet.*
5 *Mercatores, & campſores ac nummularij exceptionem excuſſionis an poſſint obijcere.*
6 *Pater qui filium ſuum negociationi prepoſuit an poſſit conueniri non facta prius excuſione.*
7 *Exceptio excuſſionis an poſſit obijci coram arbitratore.*
8 *Exceptio excuſſionis duobus modis conſiderari poteſt.*
9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an poſſit in curia mercatorum a mercatore opponi.*
10 *Exceptio praſcriptionis, & uſucapionis an poſſit obijci in curia mercatorum.*
11 *Exceptio, quod nudo pacto promiſiſti reijcitur in curia mercatorum.*
12 *Exceptio non ſoluti uectigalis in curia mercatorum non eſt reijcienda.*
13 *Sollemnitates teſtamentorum in curia mercatorum ſeruandæ ſunt.*
14 *Exceptiones omnes ordinem proceſſus reſpicientes reijciendæ ſunt, quæ iuris apices reſpiciunt exceptiones uero quæ merita cauſe, & ueritatem negocij, & partis defenſionem reſpiciunt admittendæ ſunt.*
15 *Exceptio ex bono, & æquo accomodanda eſt ſemper.*
16 *Conſules mercatorum ſummatim poſſunt, et debent procedere.*

*Sequitur*



SEQVITVR, ut de exceptionibus diſpiciamus, & cum regulam ſæpius probauerimus, inter mercatores, & in eorum foro iuris apices inſpici non debere, ſed bonam fidem enumerabimus complures exceptiones, quæ ex ui uerborum ſuprascriptorū reiectæ cenſeantur, & de eis diſputare non conueniat.

1 ¶ Et primum illa ſe offert, certi iuris eſt, mulierem nec poſtulare, nec procuratricem poſſe exiſtere. l. fœminæ. ff. de reg. iur. ubi Deci. ſcribit ſub nu. xj. & ſeq. num. poterit eſſe procuratrix in foro mercatorum? Iaſ. Main. in. l. alienam. C. de procu. col. ij. uer. quinto limito. diſſerendo inquit exceptionem hanc, tu non potes eſſe procuratrix, quia mulier, uel procurator, quia miles de apicibus iuris eſſe, ſecundum glo. in. l. ſi fideiuſſor. in. §. quædam. ff. mand. Probat etiam quia hæc exceptio principalis facti ueritatem non reſpicit, ergo dicendum eſt de apicibus iuris eſſe, citat Barto. in. l. cum quis. ad fi. C. de iur. & fac. igno. & in. l. j. in fi. ff. de condi. inde. Sed de iuris apicibus inter mercatores, & eorū curia non cōuenit diſputare, ergo procuratrix eſſe poterit. Deinde ſubiicit animaduertēdum eſſe, quoniam lex alienam honeſtatem conſideraſſe uidetur, & inhoneſtum eſſe mulieres in foro uerſari, & conuētibus uirorum, uel iudiciis intereſſe. l. maritus. C. eo. tit. de procu. Hæc Iaſ. in ſumma, qui nil certi in propoſito articulo ſcriptum reliquit. Ego uero puto expeditū eſſe mulieres, & in curia mercatorum, & in foro pontificio, nec poſtulare poſſe, nec procuratrices exiſtere, idq; expreſſum eſt in. l. j. in. §. ſextum. ff. de poſtul. ubi Iuriſconſ. ait in hæc uerba, Ratio quidem prohibendi eſt, ne contra pudicitiam ſexui congruentem alienis cauſis ſe immiſceant, ne uirilibus officiis fungātur mulieres, origo uero introducta a Caia Affrania, & reliqua, & cū hæc ratio ſimiliter in omni foro interueniat, ſequitur ut idē debeat exiſtimari. l. illud. ff. ad leg. aquil. l. a Titio. ff. de uerb. ob. & idem Imperator ait in citata. l. alienam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uirile, ſcilicet, officium eſſe, & ultra ſexum muliebrem.
Confirmatur hæc ſententia ex loco a ſingulari. in. c.
cum dilecta. circa fi. ubi iuris pontificii interpretes de
confir. uti. uel inuti quod caput citauit Iaſ. & ſicut le-
ges non dedignãtur ſacros canones imitari, ita & ſacro
rum ſtatuta canonum principum cõſtitutionibus adiu
uãtur, legibus enim utimur in eccleſiaſticis cauſis, & fo
ro pontificio, niſi canones contradicant. c. j. ubi doct.
uerboſi commẽtarii extra de noui op. nun. Cum ergo
canones regulariter admittentes non legamus, nihil
cauſæ eſt, ut in eo foro admittamus, ſed ſolum in ſin-
gularibus caſibus a doct. receptis, canones enim hone-
ſtatis, atque pudicitiæ amatores ſunt, quinimo pontifi
ces honeſtati, atq; pudicitiæ conſulere magis, magiſq;
inuigilarunt, ut patet in ſexcentis locis, & preſertim ex
tit. de uita, & hone. cle. & hanc ſententiam puto uerã,
licet Deci. contra innuat in. d. c. cũ dilecta. nu. 17. uer.
quinto limita. Illic enim ita ſcriptum eſt, Quinto fallit
ubi eſſet procedendum de æquitate, remotis apicibus
iuris, ut probatur in. l. ſi fideiuſſor. in. §. quædam. ff.
man. ubi glo.

Nec moueat, quod dicebat Iaſ. hãc exceptionem tu
non potes eſſe procurator, quia miles, uel procuratrix,
quia fœmina iuris apices reſpicere, cõcedo etenim ue-
rum eſt, quod ait, adeo, quôd non imputatur fideiuſſo
ri conuento, ſi etiam ſciens hanc exceptionem omitte-
2 ret. ✝ Non tamen ex hoc neceſſario ſequitur procura-
trices eſſe poſſe. Nam ſi in caſu. d. §. quidam fideiuſſor
exceptionem hanc non omiſiſſet, ſed obieciſſet mulie
rem procuratricem exiſtere non poſſe, & ex relata ra-
tione, & citatis iuribus reiicere potuiſſet. Nec de hoc
diſputauit Iuriſcon. ſed an ex omiſſione procuratoriæ
exceptionis prædictę fraude careret fideiuſſor, & ait ca
rere, quoniam ad remouendum fraudem ſat eſt, ubi
agitur ex bono, & æquo hoc tantum diſputare, an de
bitor fuerit, necne, & ad hanc interpretationem uide
glo. ordina. in. l. ita demum. C. de procu. in gl. j. & Iaſ.
in. d. l. alienam. uer. quarto limito.



Eſt & alia procuratoria, exceptio tu non es procu-
rator, ſeu mandatum non habes. Vnde quæri poteſt,
an diſputandum ſit in curia mercatorum, ſuper hac
exceptione, necne tanquam de apicibus iuris ſit, Ac-
curſius in dicto. §. quædam ait illum. §. locum habere
3 in exceptione, proxime relata. ✝ Non autẽ in hac ex-
ceptione, tu non es procurator, putauit enim fideiuſſo
rem diſputare debere ſuper hac exceptione. An ſit
procurator citat eodem titulo, l. inter cauſas. §. man-
dato, Iacobus uero de Belui. relatus a Bald. in. d. §.
quædam, & hanc exceptionem de apicibus iuris eſſe.
& propterea fideiuſſori imputandum non eſſe, ſi quã-
cunque exceptione procuratoriam omitteret, & ait nõ
obſtare. l. inter cauſas. §. abeſſe, putat enim conſtituen
dam differentiam eſſe inter eum fideiuſſorem, qui liti-
gando procuratoria exceptionem omittant, & illum
qui ſoluendo non obiecit, ut ſuperiori caſu ſiue illam
omiſerit, quod non poſſit eſſe procurator, ſiue quod
non ſit procurator imputari fideiuſſori non poſſit pro-
pter dictum. §. quædam poſteriori, uero ubi ſcilicet
ſoluendo, an procurator eſſet, non inſpexit fideiuſſori
quidem imputetur dicto. §. mandato. Pro qua ſenten-
tia eſt, quia iuriſconſultus in dicto. §. quædam gene-
raliter ait, ſi procuratoriam exceptionẽ fideiuſſor omi-
ſerit fraude carere, & hanc exceptionem procuratoriã
appellari patet, ex l. inter quos in. §. pe. cum nota. ff. de
damno infec. & ex commentariis Abb. in. c. in noſtra
numero. 7. de procura. & uide. l. iij. in. §. procuratoriæ.
ff. de exceptio. & his adde Bal. in. l. qui procuratorem
in. §. ſi quis remiſit. ff. de procurato. & eundem Bald.
in dicto. §. quædam qui ait Accur. in dicto. §. ſi quis re
miſit, in uerbo procuratoriam ſenſiſſe. §. quædam & in
hac exceptione, tu non es procurator locum habere.
Ego uero Accurſio aſſentior in dicto. §. quædam, &
hæc ſententia placuit Bernardo optimo, iuris pontifi-
cij interpreti in. c. in noſtra in uerbo exceptio, extra
de procu. ait enim in hac exceptione, tu non es procu-
rator dictum. §. quædam intelligendum non eſſe, ſed

Universidad de Deusto Biblioteca



in illa tu non potes eſſe procurator propter.l.inter cau
ſas in.§. mandato.ff.manda. & conſequenter de hac
exceptione in curia mercatorum diſputandum eſſe.
Suadet enim æquitas , etiam in foro mercatorum in
primis animaduertere nos debere an procurator ſit,
qui alieno nomine agit , idque ne iudicium nullum &
nullius momenti controuerſiæ reputentur dicto.c.in
noſtra &.l.licet.C.de procu. & ne abſurdum ſequatur
quod mandatum non habens, præiudicium alicui in-
ferat,Id enim iuri naturali & æquitati contrarium eſt.
l ſi quis in ſuo.§.finali.C.de inoffic.teſta. Regula non
debet aliquis de regu.iur.in.vj.& pro hac ſententia fa
cit,quia in quocunque iudicio, etiam ſummario & ex-
4 ecutiuo plene de perſonis quærendum eſt,† & legiti-
mationem plena probatione fieri oportet , ut notarũt
Barto.Salice.& Alexand. in.l.ſecunda.C. de edi.diui.
ubi Iaſo.ſub nume.4. diſſeruit, & Deci.in.l.finali eo-
dem titulo, ſub numero. 47. a frequentioribus rece-
ptum ait, ut in legitimatione plena probatio requira-
tur,& his quæ Iaſo.in relato loco,contra communem
ſententiam propoſuit reſpondit, & his adde Bartol. in
extra.ad reprimen.in uerbo & figura columna ſecun-
da Aret.in conſil.cxxvij.in cauſa. Nec moueat quod
Iacobus de Belui. differentiam conſtituerit inter fide-
iuſſorem qui litigando exceptionem procuratoriam
omittat , & illum qui ſoluendo . Hæc enim diſtinctio
(ni fallor) eſt ſine ratione. Nec etiam moueat iuriſcon
ſultum generaliter de exceptione procuratoria omiſſa
locutum eſſe . Nam legem generalem declarationem
& interpretationem ab aliis legibus ſummere ſexcen-
tis probari poteſt argumentis . Et non longe abieris.
Nonne iuriſconſultus in.l. qui procuratorem in.§. ſi
quis remiſit,in hæc uerba ait , ſi quis remiſit exceptio-
nem procuratoriam non poterit ex pœnitentia eam
opponere, & tamen Accur.Bald.& Alber.interpretan-
tur,& recte in illa exceptione,tu non es procurator.§.
illum locum non habere,ſed in ea ſolum. Tu non po
tes eſſe procurator.



5 † Vulgaris eſt illa quęſtio,nec ideo prætermittenda
num mercatores ſeu campſores, et nummularij , qui
pro aliis intercedunt, poſſint excuſſionis exceptionẽ
obiicere, in qua nunquam ſatis commendatus Accur-
ſius in.§.penulti. in aut.de fideiuſſo. ſenſit non poſſe.
Idque propter pręcipuam fidem , quæ in huiuſmodi
perſonis eſſe debet , publicaque utilitatem & probant
Accurſij ſententiam Bald.Salyce. & Paul. in.l. fruſtra.
C.de non nume.pecu. & idem Bald.in.l.finali ad fin.
C.ad legem falcid.& Angel.Areti. in.§. item ſi quis in
fraudem nume.x.uerſiculo quęro ſtatuto cauetur in-
ſtit.de actio.Iaſo.in.l ſingularia numero.30.ff. ſi cert.
peta.& plenius in.l.ſi conſtante numero.180.ff.ſoluto
matrimo.Marc.in rep.rub de fideiuſſ.nume.8.quibus
addes Roma.in conſilio.cccxcij. circa primum &c.nu
mero.9.& Bald. in conſilio.cccclxvj. uolumi.v.nu.9.
& quæ de fide mercatorum ſcripſimus in ea parte quã
de ſtatu mercatorum inſcripſimus . His accedat quod
plerique dixerunt , ubi ex bono & æquo procedendũ
eſt,ſeu ex æquitate exceptionẽ excuſſionis obiici non
poſſe,ut inquit, Bald in.l.ſi mancipia.§.j.ff.de euic.in
additionibus, & ex mente Accurſij ibidem , quoniam
ut frequentioribus placuit hæc exceptio , iuris apicem
reſpicit, de quibus uidebis Iaſo. & alios in relatis locis
& Deci.in.c.ex parte nume.6. extra de offi deleg.& in
l.fina.numero.23.ff.ſi cert. peta. ubi quoſdam impro-
baſſe refert,& Nicol.Boer.deciſi.ccxxj. ſi pater nu.15.
in ſecunda parte, qui Gui.Pap. & quoſdam alios præ-
dicta probaſſe refert , & in quo loco copioſe diſſeruit.
Num pater qui filium ſuum negociationi ſeu merca-
6 turę propoſuerat , † non facta excuſſione conueniri
queat,de quo uide.l.penul.in.§.tabernæ præpoſitus.
ff.de inſtitu.& his propoſitionibus , non eſt diſſimilis
7 agitata illa quæſtio, † an coram arbitro & arbitratore
excuſſionis exceptio opponi poſſit.Placet autem mihi
in omnibus relatis quæſtionibus, quod non inſubtili-
ter quidem quoſdam referendo ſcripſit Negus.in trac.
de pigno.in prima parte,octauæ partis principalis ſub

Universidad de Deusto
Biblioteca



8 num.35.ſcripſit enim in hæc ferme uerba. ✝ Exceptio
excuſſionis duobus modis conſiderari poteſt, Vno
modo reſpectu ordinis iudiciarij, ut ſcilicet de ordine
iudicij ſit, quod prius excutiantur bona principalis de
bitoris, quam poſſit agi hypothecaria contra tertium
poſſeſſorem, & ſi iſte ordo peruertatur poſſit, excipi de
nullitate proceſſus, contra creditorem agentem, ut in
aut. hoc ſi debitor. C. de pign. uel quod agens non ſit,
audiendus omiſſa excuſſione principalis debitoris. Se
cundo modo conſiderari poteſt dicta excuſſio non ha
bita ratione, ad dictum iuris ordinem & iudicium præ
poſterum, ſed eo ſolum quod intereſt tertij poſſeſſo-
ris conſiderato. Idque conſiſtit in hoc, ut ſi debitor
principalis ſoluendo ſit, exigatur ab eo antequam ter-
tius poſſeſſor moleſtia afficiatur, et quidem hoc ſe ter-
tius poſſeſſor tueri poteſt. Non excipiendo de ordine
iudicij non ſeruato, et quod præpoſtere agatur, ſed ſo-
lum ratione, eius quod ſua intereſt, modo prædicto ex
ceptionem proponendo, quod ſcilicet æquitas ſugge-
rit ut ipſe tertius non uexetur, quoniam principalis de
bitor eſt ſoluendo iuxta. l. perſecutione. C. de pigno. et
commentarios Barto. in aliorum ibidem. Subdit hoc
ſenſiſſe Baldum in. l. fina. §. ſed et ſi quis columna. j.
uerſi. fuit a me quæſitum. C. commu. de lega. et Alex.
in. l. ſi conſtante num. 24. ff. ſolu. matrimo. dum inquit
hanc exceptionem nō ſolum iuris ordinem reſpicere,
ſed etiam partis beneficium ſeu intereſſe et probat au-
toritate Cornei, in conſil. lv. in ter. uolumi. nume. 28.
qui non inargute ait, in cauſa in qua procedendum
eſt ſola facti ueritate inſpecta, non poſſe obiici exce-
ptionem excuſſionis ratione ordinis, et præpoſteri iu-
dicij, ſed ea non obſtante poterit, ſimul et cumulate
agi contra debitorem et tertium poſſeſſorem, et in eo-
dem iudicio diſcutietur, de bonis utriuſque ſimul, nec
omiſſi ordinis exceptio obſtabit, et hoc modo in-
quit procedere quod glo. et Bald. notarunt in. l. ſi man
cipia. §. j. ſupra citata. Locuntur enim ratione excep-
tionis reſpicientis ordinem, quæ eſt de apicibus iuris.



ſed reſpectu eius, quod partis intereſt, uidelicet, donec
debitor eſt ſoluendo nō uexetur tertius poſſeſſor non
reſpicit, hęc exceptio iuris apices, & ordinem, ſed æqui
tatem. Et ideo licet ratione non ſeruati ordinis tertius
poſſeſſor ſe tueri non poſſit, poteſt tamen creditor in
eodem proceſſu ſimul utrunque conuenire, & diſcute
re, & ſibi prius de bonis debitoris ſatisfacere, ſi tamen
creditor omiſſo penitus debitore uellet ſolum agere
contra tertium poſſeſſorem, poſſet tertius poſſeſſor ſe
tueri exceptione, non eſſe æquum, ut donec principa-
lis debitor ſoluendo ſit, ipſe conueniri poſſit. Conſide
randus eſt ergo excipiendi modus, nam exceptio, quæ
reſpicit ordinem iudicii non eſt admittenda in propo
ſitis iuris articulis, ſed exceptio, quæ reſpicit, quod par
tis intereſt, & ipſam æquitatem, quæ eſt, ut donec debi
tor eſt, ſoluendo tertius poſſeſſor non uexetur, admit-
tenda eſt. Hactenus Negu. fermè in uerba infraſcripta,
& huic diſtinctioni acquieſcit Mar. blan. complura re-
ferendo, & addendo in trac. ſuo de compro. in. j. q. nu.
47. quem locum ſat ſit retuliſſe breuitatis cauſa, quam
diſtinctionem tāquam (ni fallor) rationabilem æque
non reprobo. Et his addes, quod inter mercatores ex
facto conſulto placuit Guid. pap. in conſi. ciij. uidetur.
ubi etiam de conſuetudine mercatorum ſcribit.
9 ✝ Quottidianum, & frequēs eſt illud, num exceptio
non numeratæ pecuniæ in curia mercatorum a mer-
catore obiici poſſit. Bal. in. l. fruſtra. C. de non nu. pec.
ait, ſi campſor pro alio non obligato promittat, uel ſe
ſoluturum conſtituat, exceptionem ei non compete-
re, quoniam excuſſionis beneficium nō habet, de quo
(ut ſubiicit) magis mirandum uidetur. Salic. uero ibi-
dem contra, ait enim beneficiū excuſſionis ſi non com
petit, non lædit, cum habeat a quo repetat. Et illud ex
perſona ſua ſibi competit, unde fatetur, quòd ex perſo
na ſua campſori non competit hæc exceptio, ſed dubi
tationem eſſe, an ex perſona principalis poſſit hanc ex
ceptionem obiicere, Putat igitur, ſi ex obligatione ali-
cuius confeſſa campſor promiſerit, ita quòd contra il-

Universidad de Deusto Biblioteca

lam obligationem opponi poſſet hæc exceptio,& cam
pſori non eſſe denegandam.argu.l.tam mandatori.C.
eo.de non nu.pecu.Diuerſum ſi ſimpliciter, ut debitã
ab aliquo ſpopondiſſet,tunc enim & ille,& campſor fi-
dem debiti uidentur agnoſcere.l.cum fidem. eo.titu.
Hactenus Sali.Iaſ.uero in l.ſingularia.nu.30.ff.ſi cer-
peta.refert Bal.& Sali.nec quid ſentiret ſcriptum reli-
quit.Ego uero in propoſito iuris articulo relatæ diſtin-
ctioni Sali. acquieſcendum puto,& me non ſolum ra
tiones Salic.mouent, uerum & lex fruſtra,quæ ſecun-
dum Cyn.& Alb.intelligenda eſt in eo, qui ſucceſſit,
ſeu ſubſtituit ſe loco alterius animo nouandi. Accedit
quia ius ſingulare eſſe in mercatore lege cautum non
reperitur.l.ſi ſeruus ſeruum.§. inquit lex.ff.ad legem
aqui.l.ſi ſeruum.in.§.prætor ait.ff. de acqui.hæred.l.
uni.§.ſinautem ad deficientium.C.de cad.tol.Deci.in
conſi.ccccxlij.nu.8.Aym.cra.conſi.vj.nu.97.& regu-
læ inhærendum eſſe admonet Barto.in.l.quoties.ff.ſi
quis cau.& Deci.in reg.j.de reg.iur.& Iaſ.in conſ.xvj.
col.ij.uol.iij. uideretur,&c. Nec huiuſmodi exceptio
iuris apices uidetur reſpicere, & magis hanc exceptio-
nem mercatoribus, quàm aliis concedẽdam admonet
experientia,atque conſuetudo,ſeu quod ipſi mercato-
res ſolent,ex quibus iura fortiſſima ſumunt argumen
ta.Videmus enim quottidie mercatores fidem alterius
ſequi, & ſe pecunias mutuas recepiſſe ſub spe futuræ
numerationis fateri.Quare ( ni fallor ) nil proponitur
quin & mercatoribus, atque in mercatorum curia ex-
ceptio non numeratæ pecuniæ competat, atque obii-
ci poſſit.

10 † Eſt & illud animaduerſione dignum, an in curia
mercatorum,& inter mercatores uſucapionis,ſeu præ-
ſcriptionis exceptio obiici poſſit, dicet aliquis cum ex
bono,& ęquo procedendum ſit, & præſcriptio ſit iuris
ſubſidium iniquiſſimum,ut in aut.ut eccle. Roma.§.
habeat, reiiciendam hanc exceptionem eſſe, & quia
odioſa eſt hæc defenſio,& contra naturalem æquitatẽ
eſt præſcriptio, ut notatur in.l.j. in uerbo uel iniuria.



ff.de neg.geſt.& in.l.nam hoc natura.ff.de cond.inde
bi.& ſcribit Iaſ.in rep.l.ſi is qui pro emptore.nu.90.&
Marſi.ſing.ccclxx. mihi autem omiſſis argumentis,&
quidem breuitatis cauſa, dicendum uidetur, prout in
arbitro,qui ex æquitate iudicare debet, diſtinguendo
Deci.& Mar.blanc.ſcripſere, ſcripſit enim Deci.in.c.j.
de proba.nu.50.& in.c.ex parte.il.ij.nu.5.de offi.de-
leg.& Mar.blã.plenius in trac. de compro.q.j. nu.46.
tho.xij.illic enim ita ſcriptum eſt in hac quæſtione ex
mente doct. diſtinguendum eſt,aut obiiciens præſcri-
ptionis exceptionem præſcripſit,ſeu uſu cepit mala fi-
de,& probari poteſt, & reus audiendus non ſit in hac
exceptione. Si uero opponens bona fide præſcripſit,
reiicienda non ſit hæc exceptio,ſed admittenda.Cum
enim præſcriptio ubi bona fides interuenit, tam iure
Cæſareo,quàm Pontificio non ſit improbata,cõtra na
turalem æquitatem eſſet ius alteri legitimo modo quę
ſitum auferre,idque ex uerbis,& mente Bar. in extra-
uag.ad reprimen. in uerbo uidebitur.in fi. ubi in hæc
uerba ſcripſit. Quæro an dictis caſibus iudex poſſit
reiicere exceptionem præſcriptionis, uel aliam proce-
dentem ex mero rigore iuris ciuilis,Reſpõ.in his,quæ
ipſe iudex habet facere,non tenetur ſequi regulas iu-
ris ciuilis,ſed in his,quę iam a iure facta ſunt,ita quòd
ex hoc ius alteri quæſitum ſit,uel ablatum,iudex non
immutat,ſed ſequi tenetur.ff.depo.l. bona fides, aliâs
aufertur ius alteri quæſitum, quod eſt contra natura-
lem æquitatem, hæc ille. Licet enim æquitas ſeruan-
da ſit,non tamen contra leges iudicandum eſt,ut non
ſemel diximus,& præſertim in princi. huius ulti.partis
prin.referendo Bart.in.l.quintus. & in.l.fideiuſſ.in.§.
quædam.quibus adde Arc.in.l.iiij.in.§.cato.de uerb.
obliga.& ibidem Car.ruy.& Iaſ.in.l.ij.§.item ſi in fa-
cto.eo.tit.nu.17.Et hanc diſtinctionem & ueram, & ra
tionabilem puto, & cõfirmabis ex uariis iuris interpre
tum locis relatis a Mar.blan.ubi ſupra, qui inter alios
bona fide retulit Ange.in.l.ſequitur.in.§.ſi uiam.ff.de
uſucapi. Sed & his addes circa relatam diſtinctionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quod in relatis locis animaduertit Deci. de iure ponti-
ficio, quod ſeruandum eſt, malæfidei poſſeſſorem nul-
lo tempore præſcribere. l. fi. de præſcrip. & in reg. poſ-
ſeſſor. de reg. iur. in. vj.

11 ✝ Reiicienda eſt etiam illa exceptio in curia merca
torum, quòd pacto nudo agatur, & nuda pactio actio-
nem non pariat, ut ſcripſit Bar. in. l. quintus. in fine. ff.
mand. & Bal. in. l. ſi pro ea. C. mand. Deci. in. c. ex par-
te. nu. 3. de offi. deleg. et Mar. blan. in trac. paulo ſupe-
rius relato. nu. 45. et nos in pleriſque locis alios referē-
do probauimus.

12 ✝ Quæritur apud Bald. in. l. ſi pro ea. C. manda. ſub
nu. 14. an exceptio non ſoluti uectigalis in curia merca
torum ſit admittēda, & non eſſe reiiciendam putauit,
quoniam uectigal fauore publico eſt introductum, &
quia ius municipale, quod inter ciues pro iure commu
ni habetur, detrahit iurigentium ex cauſa, ideo ſeruan
dum eſt in foro naturalis æquitatis, & idem probauit
Bald. in. d. §. quædam. & eſt relatum apud Bar. in eod.
§. & hæc ſentētia placuit Salt. in. d. l. placuit. C. de iudi.

13 ✝ In quo loco addit ſolennitates teſtamentorum in ea
dem curia ſeruandas, quæ retulit, & probauit Iaſon in
conſi. lxxxij. uiſis, & diligenter. &c. uer. præterea (ut di
cit Bal.) col. pe. lib. j. quibus addes circa teſtamenta,
quæ relatiue diximus in calce tract. de nauig.

14 ✝ Credimus etiam exemplo eius, quod dicitur de iu
dice, ſeu arbitro, qui ex bono, & æquo procedere, ſeu
iudicare debet, in curia mercatorum generaliter dici
poſſe omnes exceptiones ordinem proceſſus reſpicien
tes reiiciendas eſſe, quæ ſunt de iuris apicibus, ſecun-
dum Are. in. l. ſi ſeruum. in. §. ſequitur. ff de uerb. obl.
& illas exceptiones, quæ merita cauſæ, negociique ue
ritatem, ac partis defenſionem reſpiciunt admittendas
eſſe, recte ergo opponetur rei iudicatæ, uel finitæ exce
ptio, ad impediendum proceſſum, quia de iure natura
li eſt ne bis iudicetur in idipſum. Et quæ magis diffe-
runt, & ueritatem cauſę fruſtrantur, quàm ipſam reſpi
ciant a iudicibus repellentur. Idque ex ſententia Bar.



in. d. tract. ad reprimend. in uerbo & figura. col. ij. & ui
debis eundem Mar. blan. in relato tracta. de compro.
q. j. nu. 43. & ſeq. nu.

15 ✝ Et illud meminerimus ex bono, & æquo exceptio
nem ſemper accommodandam eſſe. l. ij. §. pe. ff. ſi quis
cau. & ex naturali æquitate. arg. l. quòd ſi ephaſi. §. j.
uſque in fin. ff. de eo quod cer. loco. l. iij. §. ſi quis. ff. de
condi. ob cau. l. ſi ſeruum. in. § ſequitur. ff. de uer. obl.
& l. ij. §. item uarus. ff. de aqua plu. arcē. in illis uerbis,
hæc æquitas ſuggerit etiam ſi iure ſtricto deficiamus,
quæ iura memoria tenenda ſunt tanquam ſingularia.

16 ✝ Sciāt etiam iudices ſumatim poſſe, & debere pro-
cedere, mouet me, quod eleganter ſcripſit Bal. in. l. ob
ſeruare. in. §. proficiſci. ff. de offi. procon. uer. uigeſimo
quinto quæritur. cuius uerba notanda ſunt, & Bal. re-
tulit, ac probauit Deci. in. c. ex parte. nu. 6. de offi. dele
ga. & plenius Blan. in. d. trac. q. j. nu. 50. quibus adde
Bar. in. d. tract. ad repri. in uerbo & figura. ex quo loco
& iam dictis, ac infra dicendis reliqua ad iudicium ne-
ceſſaria in materia, de qua noſtra eſt diſputatio, facile
colliges, deſcendemus ergo ad probationes iuxta pro-
poſitum a nobis ordinem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# DE PROBATIONIB.

1 *Probationes minus legitimæ an admittantur in curia mercatorum pro legitimis.*

2 *Probationes ſunt arbitrariæ, & iudices mercatorum exprimere debent cauſam quare fides ſit habita probationibus minus legitimis uel contra.*

3 *Publicatio teſtium fieri debet in curia mercatorum.*

4 *Teſtes produci non poſſunt in curia mercatorum poſtquam partes teſtimonia dixerunt.*

5 *Scripturarum tria ſunt genera, publica ſcilicet priuata, et ſollẽnis, & declarantur.*

6 *Interpratatio ad. l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. hab. relatiue.*

7 *Stante ſtatuto Florentino, quod ſciptura librorum mercatorũ uel artificium deſcriptæ ſeu exemplatæ ex mandato iudicis pro inſtrumento publico habeantur, et paratam habeant executionem pro, ut infra guarentigiæ, & bona intelligatur hypothecata ipſius debitoris ſcribentis, quod creditor ex dictis ſcripturis ut ſupra præferatur poſteriori creditori habenti publicum inſtrumentum.*

8 *Priuatæ ſcipturæ tria ſunt genera, & quæ ſint declarantur.*

9 *Comparatio literarum quomodo fiat, et in quo caſu, et de comparatione multa.*

10 *Mercatores admonentur ne fidant ſimplicibus apochis clam factis, et a nemine ſubſcriptis.*

11 *Teſtes deponentes apocham ſeu aliam ſcripturam eſſe manu alicuius ſcriptam quia notam habent manum ſi non fuerint præſentes quando ſcripta fuit non probatur.*

12 *Conſuetudo mercatorum, quod credatur teſtibus, quod aliqua ſcriptura ſit manu alicuius quia manũ notã habeãt an ualeat.*

13 *Literæ quæ inter ipſos mercatores abſentes mittũtur an probẽt.*

14 *Mercatores accipientes literas, & tacentes ſibi praiudicant, & quomodo intelligatur.*

15 *Literæ credentiæ, et commendatitiæ an obligent, et probent.*

16 *Literæ quæ inter abſentes mittuntur non probant ubi deceſſiſſet is qui ſcripſiſſet antequam ei cui aſcriptæ erant literæ traditæ fuiſſent.*



REQVENS & neceſſaria probationum eſt materia, in qua prudentiſſimi iuris interpretes in ſexcentis locis, multa ac uaria ſcripſere. Nos igitur pauca tractabimus ad rem, de qua agitur pertinentia.

f

1 ✝ Et primum illud neceſſario tractandum eſt. Num inter mercatores & eorum curia probatione, quæ regulariter pro non legitimis habentur admittendæ ſint, tanquam legitimæ. Dicet aliquis cum ex æquitate procedendum ſit, ueriſimilem probationem a iudicibus mercatorum qui boni uiri ſunt, quinque æquitatis amatores eſſe debent, admittendã eſſe: & hanc ſententiam probari poſſe uidebatur, ex his quæ ſcripſit Franc. Areti. in conſil. cxxvij. in cauſa dominæ Antoniæ numero ſecundo, ubi referendo Baldum in. l. ſolam. C. de teſti. in fin. ait probationem ueriſimilem, & non concludentem de iure apud bonum uirum concludere debere, qui de facto ueritate & æquitate procedit, & idem probauit Areti. in conſi. lxxxiiij. diligenti ponderatis &c. numero. 5. quibus ad de Iaſo. in. l. ſingularia nume. 32. ff. ſi certum peta. & Deci. in. c. dilecti in tertio notabili, extra de iudi. Mar. Blan. in tract. de compen. quæſt. prima, num. 39. Tho. xij. Mar. ſin. cccclxxxvj. communiter. & ſin. ccccxciiij. probationes &c. Mihi autem in propoſita quæſtione, reſpondendum uidetur ius ſingulare in probationibus in curia mercatorum conſtituendum non eſſe, & propterea legitime probationes requirantur, nec uериſimiles ſufficiãt. Idq; eleganter probauit Soci. in conſi. cxx. cum in præſenti &c. col. vij. uerſi. nec ex eo. lib. primo. Ait enim in curia mercatorum & inter mercatores probationes legitimas eſſe debere, tantum enim reiectæ uidentur cauillationes, & in legitimæ defenſiones citat Abba. in. c. dilecti extra de iudic. Bald. in c. j. circa fi. de mil. uas. qui con. eſt & Bar. a nobis non ſemel relatum in. d. §. quædam. l. fideiuſſor. ff. manda. qui inquit. Licet ex ęquitate iudicandum ſit iuris ciui

Universidad de Deusto
Biblioteca



lis tamen diſpoſitionem ſublatam non cenſeri.l. bona fides.ff.depo.ſed tantum iuris apices reiecti cenſentur, qui ueritatem negocij non tangunt. Cum autem probationes ueritatem reſpiciant & merita cauſæ, nõ autem rigorem iuris in procedendo,ut ſcripſit Io.cald. in ſua diſputatione, quę incipit clericus conuentus & refert ac probat Bald.in.l.ij.C.quæ ſit long.conſuetu. concludendum merito uidetur probationes legitimas eſſe oportere, & conſequenter ex æquitate procedendum eſſe quæ iuri conformis ſit. Addit.l. primam.ff. de iuſti.& iur.in illis uerbis ius eſt, ars boni & æqui & ibidem Bald.& Paul. qui uerba illa notarunt, contra illos qui dicere conſueuerunt, aliud de iure aliud de æquitate. Hæc ille,pro qua ſententia eſt quod ſcripſit Barto.in aut.ad reprimendum in uerſi.& figura,refert enim uerba clemen.ſepe de uerbo.ſignifi.non tamen ſic litem iudex,acceleret quin probationes ueræ & defenſiones &c. & ſubdit quod iuris naturalis rationi congruit. Et paulo inferius ſcripſit in hæc uerba. An in caſibus in quibus proceditur ſine figura iudicij teſtes debeant iurare,hoc enim non reperitur de iure di geſtorum niſi in.l. Theopompus. ff. de dote prælega. ſed uidetur mera conſtitutio Imperatoris ut. C. de teſti.l.iuriſiurandi,puto tamen quod iurare debeant propter ea quę dicta ſunt, de iuramento calumniæ. Sed an pręſente parte, & puto quod ſic, alias aufertur ei defenſionis copia quod repugnat naturali æquitati. Circa uero dicta teſtium puto, quod debeant eſſe talia quæ concludunt ſicut in cauſis ordinariis argumento eius, quod dicitur in Danielle de Suſanna, & quod notatur.C. de teſti.l.teſtium. Hactenus Bartol.in ſupraſcripta uerba. Nec moueat quod contra hanc ſententiam primo loco retulimus, locum enim habent ubi ſola facti ueritate inſpecta procedendum iudicandumque eſt, cuius clauſulę uim maximam eſſe ex relatis locis liquet, & extra propoſitam quæſtionem eſſe ipſamet loca indicant noſtra, etenim diſceptatio eſt. Vbi ex bono et ęquo ſeu ex equitate procedendum



eſt,in quo genere cum probationes merita cauſæ re-
ſpiciant,et negotij ueritatem, et iuri naturali conue-
niat legitimas et ueras probationes eſſe oportere,bene
(ni fallor) Soci.cenſuit,quem legi relati apud Bartol.
2 in.d.§.quædam et non improbatum. ✝ Huic rei eſt et
illud adnotandum arbitrarias probationes omnes eſſe
dicere ſolemus, et in manu iudicis eſſe quid, aut cui
credat,et quanta fides ſit habẽda teſtibus.l.iij.§.ideo-
que diuus Adrianus.ff.de teſti.cum igitur inter merca
tores, et in eorum curia legitimas probationes eſſe,
oportere probauerimus conſules, iidemque mercato-
rum iudices non ignorabunt, cauſam exprimendam
eſſe, cur teſtimoniis et aliis probationibus habita uel
non habita ſit fides, ut eleganter admonuit Bartol.no
ſter in.l.lucius.ff. de infa. et plene circa prædicta ſcri-
pſit Deci. in conſi.cclxxv. nume.2.uiſo et in conſilio
cccclxviij.numero.29. et Gram.in uoto. xiiij.tremen-
di &c.numero.20.
3 ✝ Sed poſtquam de teſtibus referendo Barto. quæ-
dam attigimus,placet eodem in loco eundem Bartol.
referre, qui ait, publicationem fieri debere, alias parti
defenſio tolleretur. Si enim teſtes non publicarentur
& eorum dicta oppugnari non poſſent, quod iuri natu
4 rali contrarium eſt, ✝ et poſtquam partes teſtimonia
didicerunt regulariter teſtes poſſe produci negauit,
quod ex quadam naturali æquitate prohibitum ait,
ne ſcilicet alter alteri inſidietur. ff. de iuſticia et iure.l.
ut uim et introductum et poſitum eſſe, inter alia ci-
uilia præcepta aut. At qui ſemel. C. de probationibus
et reliqua.

De ſcripturis circa probationes tractare non ab re
eſt,ſed quoniam plena ſunt omnia iuris uolumina, &
ſolemus abdita,& non uulgaria referre generalem di-
ſceptationem miſſam faciemus, & pauca ad mercatu-
ram pertinentia referremus,& illud præcipue ſciẽdum
eſt,quod ex facto conſultus in cauſa mercatorum cer
ta doctrina,inquit Bal.in conſil.cxlix.proponitur.&c.
5 in fi.uol.j. ✝ Scripturarum tria eſſe genera,ignorare de

Universidad de Deusto Biblioteca



bere nominē, publicam, ſcilicet, priuatam, & ſolēnem.
Publica fit manu publica, quæ contrahentium factum
inter omnes probat. l. deſiderium. C. de poſ. quam legē
ſingulariter notandam puto ſecundum interpretatio-
nem Bal. & adde eundem Bal. ibidem, ac Pau. ca. et cę
teros iuris interpretes, ac Mar. ſing. ccccLxiiij. ex pacto.
Solennis, quæ eſt trino teſte notata. C. qui poti. in pig.
6 hab. l. ſcripturas. ✝ dum tamen conſtet de manu ſcri-
bentis, & ſcribentiū, ad cuius. l. interpretationem uide
quæ copioſe Negu. ſcripſit in trac. de pign. in. ij. mem.
v. par. nu. 72. et ſeq. qui inter alia refert conſi. Soci. ſub
nu. cclxxiiij. in cauſa dominæ Lyſæ. col. vij. uer. circa
tertium. uol. ij. refert etiam eundē Soci. in conſi. ccxl.
7 circa pręſentem, co. uol. ex facto conſultum ✝ ſuper ſta
tuto Florentino, quo cauetur, ſcripturas librorum mer
catorum, uel artificum deſcriptas, ſeu præſumptas ex
mandato iudicis pro inſtrumēto publico haberi, et pa
ratam executionem, prout inſtrumenta guarentigiæ
habere, et bona intelligi obligata, ac hipothecata ipſi-
us debitoris ſcribētis, et reſpondiſſe creditorem ex ra-
tionibus in libro, deſcriptisque iudicis mandato, ut ſu-
pra, priorem in tempore præferendum poſteriori credi
tori, qui publicum habeat inſtrumētum, & ſubiicit ua-
lentisſimis uiris ex facto conſultis placuiſſe dictas ratio
nes (ut ipſe ait) exemplatas iuxta formam dicti ſtatu-
ti, non ſolum uim contra principalem debitorem ha-
bere, ſed etiam contra tertium, nōnullaque alia ad in-
terpretationem. d. l. addit, quæ quoniam, & Soc. & Ne
gu. inter manus ſcripta uerſantur, breuitatis cauſa non
refero, ſed ſolum circa interpretationē. d. l. conſi. Bal.
uidendum addo. ccccLxvj. ad euidentiam. lib. v. ubi la
te diſſeruit, & in cauſa mercatoris, ſed ad Bald. redeo,
8 qui ait, ✝ Priuatę autem ſcripturę triplicem eſſe speciē,
una extrauagans, quæ uocatur apocha, uulgo apodiſ-
ſa. C. de fide inſtru. l. plures apochis. & aut. ſi quis uult
caute deponere. C. qui pot. in pigno. hab. Alia, quæ in
corpore codicis rationum clauditur, quæ in duas spe-
cies diuiditur, quarum altera medium tenet inter pu-





blicam, & priuatam, ut ſcriptura nūmulariorum, & ar-
gentariorū, Altera extrema, ideſt, omnino priuata, quæ
non eſt facta ratione alicuius officii, ut. C. de proba. l.
rationes. &. C. de conuc. fiſ. debi. l. inter cartulas. lib. x.
Hactenus Bal. bellisſime quidem, & in uerba fermè ſu
praſcripta. Verum Iaſ. in repe. l. admonendi. ſub num.
75. ex mente docto. non relata Bal. noſtri diſtinctione
ait, Priuatæ ſcripturæ tres eſſe species, quædam dicitur
apocha, ſeu apodiſſa, quidam eſt liber rationum, quem
unuſquiſque ſibi conficit, quædam & tertio eſt epiſto-
la. Nos prætermiſſa diſputatione circa codices, & ratio
nes (attigimus enim in pleriſque locis) de apocha, &
literis pauca dicemus, & audi quid de apocha docte
quidem ſcripſerit Ang. in aut. ſi quis uult caute depone
re. C. qui po. illic enim ita ſcriptum eſt, in gl. in. l. com
9 parationes. ✝ Hic articulus ſcholaribus eſt difficilis, &
ideo ſcias, quōd ſcriptura ad quam fit comparatio eſt
illa ſcriptura principalis, quæ in iudicio producitur de
biti conſequēdi gratia, & negatur ſcriptura manu eius
cuius aſſeritur, et ſi illa ſcriptura eſt priuata, non poteſt
peti, ut per illam fiat comparatio literarum, niſi habe-
at ſubſcriptionem trium teſtium, uel probetur per tres
10 teſtes, qui uiderint illam ſcribi, ut hic, ✝ ſint ergo cauti
mercatores, ut non fidant ſimplicibus apochis clam fa
ctis, & a nullo ſubſcriptis, quia ſi producantur in iudi-
cio, & debitores negent eorum manu ſcriptas, uel for-
ſan debitores mortui ſint, nō poterit peti, ut per talem
ſimplicem apodiſſam fiat comparatio literarum, ut hic
in ſi. poterit tamen interrogari conuentus, ut respon-
deat, an manu ſua ſcripta ſit ex æquitate. l. ubicunque
ff. de interroga. actio. &. C. de inge. & manu. l. ad reco-
gnoſcendas, poterit etiam compelli ad ſcribendum, ta
men hæc non erit ſufficiens comparatio, cum quotti-
die forma ſcribēdi mutetur multis accidentibus, ut in
aut. de inſtru. cau. & fid. circa prin. Scriptura autem ex
qua, eſt illa, quæ producitur in iudicio ad hoc, ut fiat
comparatio, & illa ſcriptura oportet, quōd ſit indubita
ta, & ideo requiritur, quōd ſit publica, aut de archiuio

Universidad de Deusto Biblioteca



publico ſumpta, aut trino teſte notata, quorum ſaltim
duo eorum ſubſcriptionem atteſtentur, aut dictas ſub
ſcriptiones eorum manu factas eſſe, per comparationẽ
probetur, ut. l. comparationes. C. de fide inſtrumẽ. uel
quòd illa ſcriptura ex qua petitur comparatio per ad-
uerſariũ producatur uelut ſcriptura ſcripta manu eiuſ
dem, ut in aut. ad hæc. C. de fide inſtru. Hucuſque An-
ge. in uerba ſupraſcripta, quem ad uerbum retulit Mat
thæ. ab affl. deci. clxxxj. in quodam proceſſu. ubi ſub-
dit quando petitur fieri comparatio de apocha ſimpli-
ci ſine teſtibus cum alia ſcriptura eiuſdem, qui dicitur
feciſſe illam apocham, quæ eſt ſimplex, & ſine teſtibus
talis comparatio fieri non poteſt, quia facilius immuta
ri poteſt ſcriptura unius, quàm ſcriptura ubi plurium
ſunt ſubſcriptiones, ut dicit Sali. in. d. l. comparationes
in. iiij. col. in prin. & deinde ſubiungit Fran. are. prudẽ-
tiſſ. uirum in conſi. lxiiij. diligenter, & mature. &c. ſen-
11 ſiſſe, † teſtes deponentes non fuiſſe præſentes quando
fuit ſcripta apocha, ſed affirmantes ſcriptam manu ali
cuius, quoniam manum notam habent, non probare,
tunc enim teſtes probant, cum deponunt ſe fuiſſe præ
ſentes quando debitor apocham ſcripſit, & propterea
ſacrum conſilium iudicaſſe ſcripturam priuatam ſine
ſubſcriptione teſtium, & abſque depoſitione teſtium,
qui uiderint illam ſcribere, ſed ſunt teſtes, qui dicunt
ſe notam manum habere, & tamen non uiderunt eum
ſcribere nullam fidem facere, quæ omnia placuit ad
uerbum fermè referre, ſunt etenim, etſi inculto ſermo
ne ſcripta, docte tamen, & ex legum mente. Et his ad-
des, quę de comparatione copioſe iuris interpretes ſcri
pſere in. l. comparationes. & in. l. admonendi. ff. de iu-
re. Bal. in conſi. ccxviij. nu. 3. lib. j. & in materia, ac cir
ca prædicta Deci. in conſi Dcxv. uiſa inquiſitione. nu.
3. & plene Pau. par. in conſi. xix. nu. 32. uſque ad num.
46. uol. iij. & in conſi. lv. attingam, &c. uolum. iiij. & in
conſi. xxvij. nu. 44. & ſeq. uol. ij. Mar. in repe. rubr. de
prob. nu. 197. quibus addes Iaſ. ad probationem adiu-
uandam, quæ fit per comparationem in conſil. cxxix.



in caſu præſenti &c. uolumine. j. cuius tamen reſpon
ſum conſidera.

Sed licet prædicta uetiſſima ſint in iure ſolent, ta-
men mercatores teſtibus deponentibus apocham uel
ſcripturam aliam eſſe, manu alicuius mercatoris ſcri-
ptam quia manum ſcribentis notam habent, & ad tra-
ctus caracteres ex figuras, literarũ fidem habere, tam
& ſi teſtes ſcripturam in iudicio productam negent, ſe
uidiſſe eum ſcribere, cuius manu ſcripta aſſeritur. Vn-
de incurrit hic non minus elegans, quam neceſſaria
12 quæſtio, † num hæc conſuetudo quod teſtibus ut ſu-
pra deponentibus credatur ualeat. Dicet aliquis teſti-
moniis huiuſcemodi fidẽ habẽdam non eſſe. §. ſi quis
igitur in aut. de inſtitu. cau. & ſi. & probant relati do-
ctores Areti. Deci. Aff. Pariſius & Cor. in conſi. lviij. in
tertio uolu. in hac conſultatione &c. & conſuetudinẽ
huiuſmodi reprobandam, quoniam hac cõſuetudine
homines ad falſum inuitantur ut ſcilicet ad immuta-
tionem literarum ſemetipſos, maxime exerceant, ut in
aut. de inſtitut. cau. & ſi. in princ. ubi optimus text. &
hæc ſententiam probari poſſe, uidebatur ex eo quod
dicitur conſuetudinem non ualere, quod omni ſcri-
pturæ mercatorum ad eorum fauorem credatur, quo-
niam ad falſum inuitarentur, ex ſententia Bald. in. l.
uni. nume. 13. C. de conſes. Abba. in. c. bone. &c. de po-
ſtula. præla. in fin. Iaſo. in repe. l. admonendi ſub nu-
mero. 102. ego autem ut uno uerbo concludam, quid
in propoſita quæſtione ſentiam, quoniam periculoſa
eſt hæc conſuetudo intelligendam putarem, iuxta ea
quæ in prima parte huius ultimæ partis principalis di-
ximus, uerſi. ſed quoniam nume. 37. & iudicis conſen-
ſu accedente, & ſi iudici uidebitur, ſtatu atque condi-
tione petentis, & conuenti, rei qualitate, ac quantitate
ipſiſque teſtimoniis, & teſtium conditione diligẽter co
gnitis atque perſpectis argu. eorum quæ Bald. & Abb.
in relatis locis ſcripſere, & aſſumes hic quæ diximus in
relato loco. Reliqua ad materiam apochæ circa proba
tionem ſupple ex his quæ omnes ſcripſere in. l. admo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nendi.ff.de iure. & præſertim Io.cre. ſub nume.44.&
multis numeris ſequen.
13 ✝ Sed nunc de literis pauca referamus,quæ inter ab
ſentes mittuntur, & quibus literis ſolent mercatores ſe
certiores reddere, de his quæ ad mercaturam pertinēt
& breuiter dicendum eſt. Aut literæ ſunt confeſſæ &
agnitæ & probant.l.publia in fi.ff.depo.cum aliis ſex-
centis ſimilibus & hoc procedit, ſi literæ tantum ſint
ſubſcriptæ perinde enim eſt, ac ſi a ſubſcribente ſcri-
ptæ eſſent,ſi ſubſcriptio ſit agnita.l.emptor in.§.lucius
ff.de pact.ubi Bart.l.Gaius.ff.de pig.act.ſi uero literæ
confeſſæ non ſint,ſed negentur,& tunc ſi publico ſigil
lo ſint ſubſignatæ probant.l.ſi qua per calumniam.C.
de epi.& cle. ubi not.idem iuris ſi ſint ſubſignatæ pri-
uato & ſolito ipſius ſcribentis ſigillo,quinimmo magis
probant ex ſententia Specul. in tit.de prob.§.ult.uer-
ſic.x.citat.l.diſtrahere.C.de rebus alie.nō alie.& pro-
bat Cato ſac.in rep.l.admonendi nu.74.& Iac.pet.de
Tho.in ea.l.nu.193. quibus adde quod negatis literis,
ſigillo carentibus,& quæ abſentibus mittuntur per cō
parationem literarum plenam probationem fieri rece-
ptum eſt, & idē iuris eſt quod in libris,& cur diuerſum
in apocha,& literis illa ratio redditur,quoniam in apo-
cha imputandum eſt, parti quæ ſolemnem ſcripturam
fieri non procurauit,nimirum ſi comparatio locū non
habet,quæ ratio in epiſtolis quæ abſentibus mittūtur
ceſſat,quæ omnia uera eſſe patet,ex cōmentariis Bart.
in.l.nuda ratio in fi.ff. de dona. & omnium in.d.l.ad-
monēdi,ac ex his quæ Feli.ſcripſit in.c.ij.nu.19.& ſeq.
extra de fide inſt. in quibus locis alia adduntur & ſcri-
bit Pariſius prædicta comprobando in conſi.xix.ad re
ſolutionem nu.cv.& multis nume.ſeq.uol.ij.& conſi.
xlvij.nu.j.& ſeq. uolu.j. ubi de rationibus quædam
14 adiicit & in cōſi.cxij.nu.44.& ſeq.eo.uol. ✝ ubi admo
net etiam accipientes literas ne taceant,quoniam uidē
tur conſentire, & idem Pariſius plenius idem probauit
inter mercatores in conſi.xcj.uiſo copioſo,eod.uolu.
& uide eundem in ante.conſi. quod tamen declarabis



ſecundum Iaſo.in repe.l. admonendi ſub num.114.ff.
de iure.
15 ✝ Solent mercatores literas , quæ uulgo credentiæ
nuncupantur per ſæpe ſcribere. Item & commendati-
tias , unde quæſtionis fuit an probent & obligent ſcri-
bentes.In qua quæſtione plene quidem , et inter mer-
catores ſcripſit Bar.in.l.lucius.ff. de fideiu.et apud eū
Alex.notauit Spec.in ti.de obl.et ſolu.§.prænotandū
nu.8.uerſi.pone mercator et plene Bal. in rubri.C.de
conſti.pecu. inter ipſos mercatores diſputans et Iaſo.
in repe.l.admonendi.ff.de iure. ſub nu.116.quibus ad
des reſponſum Pau.Pariſij in cauſa mercatuæ reſpon.
xlvij.nu.27.et ſeq.et nu.80.et ſeq.ac antece. numeris
et Mar.in repe.rub.de proba.nu.289.quę loca retuliſſe
ſufficiat ne aliorum labores deſcribere uideamur.
16 ✝ Non eſt hic illud ſilentio prætereundum quod di
ximus literas , quæ inter abſentes mittuntur probare
non procedere, ubi antequam ei cui aſcriptæ erāt, lite
rę traditę fuiſſent, deceſſiſſet is qui ſcripſiſſet,cuius rei
illa ratio redditur quia per literas abſens abſentem di-
citur alloqui non ergo dici poteſt alloqui , qui miſit ſi
antequam traderentur deceſſit, idque probat Iaſo. in
relato loco ſub nu.114. et ad cœlū tulit Marſilius alios
referendo in ſin.ccclxxiij.ut noſti et in rub. de prob.
nume.ccxlviij.et ſequen.et in.l.fi.ff.de quæſt. nu.46.
et uide inno.in.c.cum dilectus ex de ſucce.ab inteſt.
et hęc breuiter attigiſſe circa probationes ſufficiat , tū
quia in plerisque locis non nulla ad hanc materiam
pertinentia attigimus. Tum maxime quia quæſtiones
circa probationes ſunt agitatæ,ualde et in ſexcentis lo
cis tractatæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# VLTIMA

## PARTICVLA.

1 Mercatores qui ſe æquitatis magiſtros credunt , quod longe erre
rent, & æquitas melius cognoſcatur a iuriſconſultis.

2 Queſtiones mercatorum ex bono , et æquo cognoſcendæ ſunt in
quo genere plerunque ſub autoritate iuris ſcientiæ pernitioſe
erratur.

3 Mercatores in dicendis ſententijs conſulere debent iuri ſconſul
tos bonosque uiros ubi cauſæ expoſtant.

4 Mercatores non putent ſe clementiores aut æquiores lege, & de
legibus ſeruandis pulchra, & ſeq.

5 Mercatores oportet ſeruare æquitatem ex circunſtantijs a lege
conſideratam, & pulchra dicta referuntur.

6 Conſules mercatorũ ex arbitrio dato, quod cognoſcant de æquo
& bono ſi æquitas in iure ſcripta reperiatur, licet non in ſpe
cie, ſed uel in genere uel in ſimili poſſunt de ſimilibus ad ſimi
lia procedere.

7 AEquitas ſi reperiatur ſcripta in iure licet non in ſpecie in ſimi
li tamen iudex ad cauendum poteſt compellere ex arbitrio ſi
bi a lege, quod ſi ephieſi attributo, contra uero ſi iudex moue
retur æquitate nec in caſu nec in ſimili ſcripta.

8 Conſules Chriſti fideles eſſe debent quoniam ſine diuino auxi
lio dubia explicari non poſſunt.

9 Salomon ita ſapientiam a Deo popoſcit, ut daretur ſibi cor pru
dens audire, et iudicare cum iuſtitia.

10 Præcepta multa, & uaria conſulibus mercatorum traduntur.

11 Conſules non debent ſe intromittere temporibus aliorum conſu
lum, & dum res in controuerſia eſt immiſiones in poſſeſſio
nem accelerare non debent.

12 Conſules oportet obſeruare conſuetudinem mercatorum, & enu
merantur quidam caſus relatiue.

13 Conſules curant plerunque, ut mercatores eligant calculatores
unde quedam relatiue.

14 Conſules debent interrogare partes ubi æquitas mouerit in
quacunque parte iudicij etiam parte poſtulante , & interro



gationum forma religioni eorum committitur.

15 Conſules exprimere debent quare probationibus minus legiti
mis fidem habuerint uel contra.

16 Conſules tanquam ſpeculum habere debent præ oculis. l. ſi me.
& ticium, et quaſdam alias leges, et interpretationem bonæ
fidei ſemper ſequi.

17 Conſules habere debent præ oculis. c. i. de ſent. & re. iud. in. ui.
et non ſubitas, ſed deliberatione habita in ſcriptis ſententias
proferre debent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# VLTIMA PAR-TICVLA, IN QVA IVDICES, IIDEMQVE CONSVLES ADMONENTVR.

RELIQVVM eſt, conſules merca-
torum (ut polliciti ſumus) admonea-
mus, qui ſi admonitus, inſtitutioni-
buſque noſtris audiuerint, & æquita-
tem multis iniuriis hucuſque agitatã,
in eorum foro conſiſtere, & confirma-
ri perſpicient, & (ni fallor) ſummo cum honore con-
ſulatus officium gerent. Scribit igitur Paul. caſt. in. l. j.
1 nu. 9. ff. de iuſti. & iur. † Nota tex. contra ignaros, impe
ritosque mercatores, qui ſe ęquitatis magiſtros eſſe cre
dunt, & inquiunt Iuriſcon. cauillationes concupiſcere,
& ſequi, mercatores uero æquitatem. Longe enim me
lius quid æquitas ſit Iuriſcon. norunt, quàm ipſi quid
ſit rigor, qui æquitati opponitur, nam cõtrariorum eſt
eadem diſciplina, uno enim cognito cognoſcitur, & re
liquum. l. j. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. & merca-
toribus natura tantum æquitatis cognitionem facit,
Iuriſcon. uero ars, & natura tribuit, nimium igitur ſibi
aſſumentes, & eorum iudiciis freti iniquas ſententias
plerunque dicere conſueuerunt. Hæc ille in alia uer-
ba, quem refert, ac probat Nico. boe. deci. xxiij. motus
2 fuit. nu. 60. † Sed illud nos nõ negabimus quæſtiones
mercatorum ex bono, & æquo cognoſcendas eſſe, in
quo genere plerunque ſub autoritate iuris ſciẽtiæ per
nitioſe erratur, ut eleganter Iuriſcon. inquit in. l. ſi ſer-
uum. in. §. ſequitur. ff. de uerb. oblig. & ſcribit Ange. in
conſi. xxv. pro deciſione. &c. in fi. & in conſi. lxxv. plu-
res creditores, &c. col. j. et in conſil. ccxix. arbitror di-
ctam litem, &c. Vnde eleganter Iuriſconſul. ait in. l. ita



uulneratus. in fi. ff. ad. l. aqu. multa in iure ciuili contra
ſtrictam rationem diſputandi pro utilitate communi
recepta eſſe innumerabilibus, exemplis comprobari
3 poſſe. † Conſulant itaq; mercatores indicendis ſenten
tiis (ubi causę expoſtant) iuriſcõſultos bonoſq; uiros.
Vetus eſt enim illud, ne ſutor ultra crepidam et fœli-
4 ces eſſent artes, ſi de illis ſoli artifices iudicarent, † et ſe
lege ipſa clementiores aut æquiores ne putent. §. opor
tet in aut. de iudi. l. reſpiciendum. ff. de pœnis. l. fin. C.
de emã. Nam ut Demoſtenes dicere conſueuerat lex
eſt cui omnes homines decet obedire, propter multa
et uaria, et maxime quia omnis lex eſt inuentio quæ-
dam et domum Dei. Dogma autem omnium ſapien-
tum, et reliqua relata a iuriſconſulto in l. ij. ff. de legi.
Vnde illud melius eſt ciuitatem ab optima lege quam
ab optimo uiro gubernari. His accedat quod qui legẽ
præeſſe iubent uidentur, iubere Deum pręeſſe et leges
qui autem hominem iubet, præeſſe adiungit et beſtiã
ſæuam ita Philo. ad fi. iij. libri polit, ubi rationem red-
dit, obſeruent igitur pręceptum, imo uerius conſilium
noſtrum, ut petitiores conſulant, et leges præeſſe ma-
lint, quod ſi fecerint & honori & animabus conſulent,
Et quoniam (ut diximus in ſecũda parte) quam inſcri
pſimus de ſtatu mercatorum, placet nobis mercatorẽ
literarum non ignarũ eſſe: diſcant mercatores ipſi quid
ſit æquitas, ex uariis diuerſiſq; circunſtantiis ut differẽ
do in prin. huius ultimæ partis demonſtrauimus.
5 † Obſeruare ergo oportet conſules mercatorum
æquitatem ex circumſtantiis, a lege conſideratam ex
quibus (ut eodem in loco diximus) plerunque euenit
ut æquo aliquid æquius eſſe iiſdem legibus, ſumma cũ
ratione probemus, et a legibus ne trãsuerſum (ut aiũt)
unguem recedãt, quorſum enim attinebat leges ſcribi
ſi iudicibus liceret diſcedere a ſcripto, & ſuo arbitrio
æquitatem fingere, ut inquit Phil. Melan. in epitome
moralis philoſophiæ quod & multis probat And. Ti-
raq. in repe. l. ſi unquam in uerſi. libertis nu. 14. C. de
reu. dona. Vnde Bald. noſter eleganter ſcripſit in rub.

Universidad de Deusto Biblioteca



C.de conſti.pen.col.ij.uer. quæro circa nu.xj.debere
nos ſequi æquitatem rationi coniunctam nõ imagina-
riam & noſtri capitis, & idem Bal.in.c.j.§.& quia uidi-
mus col.ante.uerſi. quæro quomodo in tit.de his qui
ſeu.da.poſ. æquitates hominum ait, non habere in ſe
pondus ſtatuti, niſi legibus uel conſuetudine præſcri-
pta ſint roboratæ & probat And. Tiraq.in com. de ut.
ret.§.35.glo.j.num.31.pagi.706. Nec abſimile eſt quod
idem Bal.ait in.c. clerici de uita & hone.cle. conſcien-
tiam legis uincere conſcientiam hominis, quæ dicitur
abuſiua quando non habet pro ſe leges, refert Mat.ab
Aff.deciſi.cccxxj.in regia &c. poſt princ.ubi ex fonte
legum hauriendam ſubiicit. Credimus tamen ex arbi-
6 trio a lege dato conſulibus mercatorum, † quod ex
bono & æquo procedant. Si æquitas in iure ſcripta re-
periatur, licet nõ in ſpecie ſed uel in genere, uel etiam
in ſimili poſſe conſules de ſimilibus , ad ſimilia proce-
dere ubi caſus qui in controuerſiam uenit.l. compre-
henſus ſpeciatim nõ eſſet , arg.eorũ quæ ſcripſimus in
prin.huius ultimæ par.prin. & legis non poſſunt.ff.de
leg.& argu.eius quod Alex.& Pau.ca.& Io.fab.referẽ-
do ait in.l.ſtipulationum in prin.ff.de uer.obli.iudicẽ
ex arbitrio ſibi a lege dato per legem quod ſi epheſi.ff.
7 de eo quod cer.loco , † ſi æquitas reperitur ſcripta in
iure licet non in ſpecie in ſimili , tamen ad cauendum
poſſe compellere, de ſimilibus ad ſimilia procedendo.
At ſi iudex mouetur æquitate, quædã nec in eo caſu
ſcripta nec in ſimili ad cauendum neminem eſſe cogẽ-
dum per.l.placuit.C.de iudi. &.c.ult.de tranſac.quod
ultimum probat And.Tiraq.in com.de ut.ret.§.j.glo.
xviij.nu.46.pagin. 355. eſt tamen in eo quod diximus
cogitandum tanquam(ni fallor)et nouo & ſingulari &
uide quid ad rem plures referendo ſcripſerit Mar.blã.
in tracta.de compro.q.ix.uerſi.viij.num.28. Tho.xij.
quo in loco diſſeruit, num in dicenda ſententia arbiter
æquitatem ſequi debeat & quomodo.
8 † Admonendi ſunt etiam conſules Chriſti fideles
religioſique ſint, & religionis amatores, nam ſine diui-



no auxilio dubia explicari non poſſunt. Inquit enim
Bal.in.c.quia propter.col.vj.de elect.propter peccata
iudex cauſarũ dubia neſcit ſoluere, quem refert Affli.
9 deci.ult.in fi.& Aym.crau.in conſi.xv.in prin. † & ſa-
pientiſſimum Salomonẽ imitentur, qui teſte diuo Am
broſio.ij.offi.lib. ita ſapientiam a Deo popoſcit, ut da-
retur ſibi cor prudens audire , & iudicare cum iuſtitia,
quem refert Iaſ.in conſi.cxxxij.Salomon.uol.j.
10 † Audiant & conſules litigantes, & ſe in adeundo fa
ciles præbeant, in cognoſcendo non excãdeſcere opor
tet, animi motum uerbis, & uultu tegant, ſe contemni
non patiantur, opprimi aliquem per aduerſarii poten-
tiam non ſinant, patientes ſint ne tamen contemptibi
les uideantur, concinatores, uel cauſarum redempto-
res ſi deprehenderint, pati eos non oportet.l.obſeruan
dum.ff.de offi. præſi.l.ne quicquam.§.j.&.§.fin.ff.de
offi.procon.& ſummatim ita ius reddant, ut autorita-
tem dignitatis ingenio augeant.d.l. obſeruãdum. Nec
ignorent, quod in ueteri eſt adagio Magiſtratus oſten-
dit uirum, & uir oſtendit magiſtratum.
11 † Et quoniam temporalis conſulum eſt iuriſdictio
gerant conſules , quæ ad ſui temporis adminiſtratio-
nem pertinent, nec ſe intromittant temporibus aliorũ
ff.de iure fiſ.l.fiſcus.§.delatoris.& ſcribit admonendo
Bal.in.l.ij.in fi.C.de conſti.pecu.ubi addit dum res in
cognitione, atque cõtrouerſia eſt immiſſionem in poſ-
ſeſſionem accelerare non debere.ff.de iur. fiſ.l.res.§.
j.ff.de re iudi.l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.
12 † obſeruare etiam oportet conſules noſtros mores,
& conſuetudines mercatorum , ut inter mercatores in
quottidiano caſu ex facto conſultus inquit Phil.corn.
in conſi.cccxix.nu.12.uol.iij.Et conſuetudinem inter
mercatorem obſeruandam eſſe in caſu notabili probat
plenius Guid.pap.in conſi.ciij.col.ij.uidetur quòd do
mini iudices, &c.& idem probat Pau.par.in conſ.xciij.
dicendum, &c.nu.8.uol.j.citat Bald.& alios in.l.ij.C.
de conſt.pecu.quod & nos in pleriſque locis probaui-
mus, & præſertim in hac ult.par. cum de conſtitutioni

Universidad de Deusto Biblioteca



bus mercatorum diſputabimus,& hac eadẽ par. in tit.
de proba.nu. uer.ſed licet,&c.& in trac.de nauiga.
nu.24.ac in aliis pleriſque locis.

13 ✝ Solent etiam conſules mercatorum curare,ut par
tes ipſæ calculatores eligant,idque in negociis ad mer
caturam attinentibus per ſæpe euenit. In qua re uiden-
da ſunt ſcripta a nobis in.ij.parte trac.prin.uer.ſolent
etiam iudices,ſeu mercatorum conſules,nu.66.& ſeq.

14 ✝ Et ubicunque conſules æquitas mouerit, æque
oportere fieri interrogationem dubium non eſt.l.ubi-
cunque.ff.de interro.actio.c.cum Ioannes.extra de fi-
de inſtru.& quoniam ſummatim procedere debent ex
arbitrio a lege dato,interrogabunt in quacunque par-
te iudicii etiam parte poſtulante, & interrogationum
formam religioni conſulum commiſſam puto, ut ſcri-
pſit Lanf.in cle.ſæpe in fi.de uer.ſi.ubi Bal.elegans re
ſponſum ad uerbũ,retulit,& uide quæ Abb.ſcripſit in
d.c.cum Ioannes nu.8. & quæ notatur apud eundem
Mar.ſing.155.& in.l.j.§.fi.nu.55.& ſe.q.ff. de quæſt. &
Io.Am.ſing.xxxvj.

15 ✝ Item quia plerunq; conſules, iidemq; mercatorũ
iudices ſolẽt probationibus, minus legitimis ſentẽtias
proferre. Admonendi ſunt ut uel cauſam in ſententia
exprimant, uel in actis appareat quare probationibus
fides ſit habita,aut forte non habita ſecundum ea quę
diximus in antecedenti particula in fi.primæ.q.nu.2.

Sunt & aliæ quæ ad admonitiones conſulumq; inſti
tutiones pertinent, quæ lector colliget ex diuerſis lo-
cis in toto opere, & præſertim ex his quæ hac eadem
ultima parte diximus et eo in loco,quo de conſulibus
tractauimus præcipue ſub nu.34.

16 ✝ Conſules etiam & mercatores, ſemper tanquam
ſpeculum habeant.l.ſi me & titium.ff.ſi cer.pet. ut in-
quit Bal.in conſi.cccxlviij.factæ fuerunt &c.colum.ij.
uerſi.conſidera interdũ &c uol.j. cuius legis diuinam
& nobilem æquitatem appellat,addo ego alia non mi
nus elegantem legem, quam perpetuo fixam eſſe in
animo noſtris conſulibus & mercatoribus, uellem in



titu.depo.l.bona fides nec ommittimus,non ſemel re-
latum.§.ſequitur in.l.ſi ſeruum.ff.de uerborum obl.
ubi uidendus eſt Iaſ.in.l.ſi fideiuſ.in.§.quædam et.l.
quintus.ff.mand.Item et conſules bonæfidei interpre
tationem ſemper ſequantur,ad quam omnia redigẽda
ſunt.l.ab emptione.ff. de pac.et deniq; caput primum
de ſen.et re iu.lib.vj.ſemper præ oculis habentes non
17 ſubitas, ✝ ſed deliberatione habita ſententias inſcriptis
proferant. Reliqua ad id pertinentia lector ſupple ex
commentariis Bar. ſuper conſtitutione, quæ uulgo ad
reprimendum nuncupatur in plerisq; locis, & præſer-
tim in uerbo et figura, ac ex his quæ complures in ma
teria arbitrorum ſcripſere, et præcipue Marc. Blan. in
trac.de compro.præcipue in.ix.queſti.

Hæc habui cãdide lector,quæ de mercatura et mer
catoribus ſciberem,plura deſideraui non ignoro,quę
diligens lector ex immenſis legũ uoluminibus,addit.
Hæc autem qualiacunq; ſunt,ſummis certe cum uigi-
liis cõſcripta, et amiciſſimorũ mercatorũ precibus ma
turius edita, boni quæſo conſules,et animũ non rem
eſtimabis, et errata (quoniã materia noua eſt)benigne
corriges,ardeo cupiditate incredibili poſteritati iuuãdi
ſed ad id præſtandum uires forſan non ſufficiunt. Et
non recte ſcribentibus (ut aiunt) gratia habenda eſt.
Mihi autem alios ad ueritatem eruendã,et materiam,
quottidianam, quodammodo neglectam ornandam,
ſat ſit excitaſſe. Vale.

*LAVS. D. O. M.*

BEATIS. VIRGINI MARIAE,
Diui Hieronymo, et Caterinæ ad-
uocatis meis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca